MONVMENTA
GERMANIAE
HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI

AVCTORVM ANTIQVISSIMORVM TOMVS XIV

MEROBAVDES DRACONTIVS
EVGENIVS TOLETANVS

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MCMV

MONVMENTA
GERMANIAE
HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI

AVCTORVM ANTIQVISSIMORVM TOMVS XIV

MEROBAVDES DRACONTIVS
EVGENIVS TOLETANVS

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MCMV

FL. MEROBAVDIS RELIQVIAE
BLOSSII AEMILII DRACONTII CARMINA
EVGENII TOLETANI EPISCOPI CARMINA
ET EPISTVLAE

CVM APPENDICVLA CARMINVM SPVRIORVM

EDIDIT

FRIDERICVS VOLLMER

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MCMV

Aulae Vimariensis officina typographica.

I. DE MEROBAVDIS CODICE EDITIONIBVSQVE.

Fl. Merobaudis[1]) *Hispani poetae quae extant nobis tradita esse schedis ipsi prope aequalibus nota res est. servantur hodie ubi a. 1823 repertae sunt in bybliotheca S. Galli sub n. 908. cum tamen Niebuhrio inventori et editori felici uti etiam licuerit foliis liberis facileque tractandis, postea bybliothecarius anxius sedulusque secutus ordinem scripturae secundae, qua glossarium non attinet quale pictum est, liganda curavit cum aliis rescriptis in permagnum volumen, cuius paginae nunc obtinentur verbis Merobaudis hae:*

fol. I pag. 255—6 et 273—4
fol. II pag. 257—8 et 271—2
fol. III pag. 259—60 et 269—70
fol. IV pag. 261—2 et 267—8

folium illud quod nunc inter dimidia fol. IV^{i} ligatum est, signatum paginarum numeris 263—6, alius cuiusdam olim codicis fuit, non Merobaudis. scriptura foliorum est nitidissima uncialium[2]) *saec. V/VI quae hodieque facile plerumque agnosci possit nisi ubi propter tenuitatem pretiosissimae membranae alterius paginae litterae pellucent. at talibus quoque in locis folio contra lucem opposito bene cernuntur vestigia litterarum atramento evanescente in ipsa membrana exesa. sunt tamen quae, cum nunc lateant sub tergo foliorum interiorum, sola fide Niebuhrii hodie nitantur, imprimis carminis IV^{i} versuum 1—22 tertiae quartaeve litterae et panegyrici poetici 27—49 secundae vel tertiae a fine, ubi sensus quidem vix ullam admittit dubitationem. peius habentur versus quidam in marginibus foliorum tum cum novus consuebatur codex secando dimidiati vel adeo paene desecti (carm. 3, 8. 4, 23. paneg. pros. 1 A 1. 1 B 1. poet. 50. 74); ibi enim tempore nonnullae perierunt*

1) *de poeta ex Baetica oriundo pauca quae novimus sufficiet hic adnotare unde comperta habeantur. titulus est statuae in ipsius honorem positae in foro Traiano CIL VI 1724, de qua statua agetur p. 9 nota 2; adde et verba aliquantum malevola Apollinaris Sidonii carm. 9, 296—301 et Hydatii chron. min. II p. 24, 128 ad a. 443. de singulis rebus ex ipsius carminibus quae addiscamus, disputabitur p. 9 not. 1. 2. 23 et p. 20 ad paneg.* 2) *de scriptura et de orthographia cum cura exponemus in indice p. 444.*

133658

membranae particulae cum evolveretur et inspiceretur codex. perlustranti autem editionem nostram, cuius paginae singulas ipsius codicis reddunt paginas, facile apparebit tria folia mutilata esse a margine superiore, ubi deesse videntur fere quaterni versus, unum (p. 257—8. 271—2) ab inferiore, item fere quaternis versibus in unaquaque pagina privatum.

atque Niebuhrium, qui passim litteras iam pereuntes medicamentis aptis reparavit, unde dolendum quod hodie p. 272 et p. 274 partes infimae paene destructae sunt, diligentissime legisse testes sumus et Bücheler[1]*), qui anno 1875 codicem ad S. Galli contulerat suaque notata ultro mihi commodavit, et ego, cui, postquam ad S. Galli degens intellexi longius studium in his laciniis esse ponendum, A. Fäh bybliothecarius qua multos superat liberalitate codicem Monacum transmisit. his solis locis gravius erravit Niebuhr: carm. 2, 7, paneg. pros. 1 B 1, 2 A 23 (*hispaniam *dederat Niebuhr), 2 B 18, poet. 108 (de correctione non recte rettulerat); gravissimum est quod non indicavit ante eum versum qui nunc est primus panegyrici alterius unum vacuum esse in membrana, i. vere primum deesse (v. p. 10 nota).*

itaque cum de litteris traditis non saepe dubitare liceat, difficilior surgit quaestio, quo ordine olim inter se secuta sint singula folia. nam seriem pristinam turbatam hodie iam testantur litterae in pp. 255—6. 259—60. 261—2. 267—8. 269—70. 273—4 inversae, cum pp. 257—8. 271—2 sint rectae. is igitur qui ad glossarium scribendum (totus codex 908 hoc nunc efficit) consuit lacinias cum variorum codicum tum Merobaudis, non retinuit veterem foliorum conexum[2]*). quem ut restituamus, unum habemus certum testimonium: in paginae enim 269 superioris orae angulo sinistro, qui fuit in vetere libro inferioris dexter, legitur numerus* VIII, *folium igitur quod ex ordine primario continebat paginas 260—59. 270—69 extremum erat quaternionis VIII*^{i} *in codice nunc discerpto. leguntur autem in his paginis:*

260	259	270	269
c. 1, 1—23	c. 2, 1—3, 7	pros. 2 A	pros. 2 B

non tam certe constat de alio folio quod complectitur pp. 256—5. 274—3. cernitur tamen p. 274—3 intervallo fere 2 cm. a nova plicatura separata vetus plicatura, cuius tergum videtur fuisse p. 273, non p. 274, paginae igitur 255 et 274 interiores erant huius folii, 256 et 273 exteriores. haec autem continent:

256	255	274	273
3, 8. 4, 1—22	4, 23—46	pros. 1 A	pros. 1 B

quae cum ita sint facere non possum quin probem Niebuhrii coniecturam ponentis hoc alterum folium esse eiusdem quaternionis VIII^{i} *atque fuit puto secundum, i. priori extremo proximum, nam pentametrum (3, 8) nunc dimidiatum in principio p. 256 nil obstat quin iungamus cum carmine 3 elegiaco. sequitur ut panegyrici prosarii pars in pp. 274—3 scripta praecedat eam quae in pp. 270—69 agnoscitur, id quod rebus tractatis probatur. folia autem duo huius quaternionis interiora nunc deperdita continebant olim finem carminis 4, si finis deest, alia fortasse carmina minora et initium panegyrici prosaici.*

quae restant duo folia 257—8. 271—2 et 268—7. 262—1 repleta sunt hexametris, quos unius in Aetium panegyrici esse res narratae convincunt. atque de ordine recte iudicavit Niebuhr (ad v. 50) statuendo esse eiusdem quaternionis primum i. extremum folium (numerus periit in margine inferiore absciso) et tertium, deesse igitur post v. 49 duas paginas, post 97 quattuor, post 143 duas.

at in una re gravissime erravit vir clarissimus. videtur enim, quamvis caute p. VI^{2} *verba posuerit, tamen hunc alterum quaternionem numerasse pro IX*^{o} *indeque coniecisse*

---

1) *cf. ind. lect. Bonn. 1877 p. 13.* 2) *foliis singulis secundum pristinam plicaturam inter se adaptatis efficitur veterem librum latum fuisse fere 16 cm., altum fere 26 cm.; codex qui nunc est habet formam 13/20 cm.*

verba prima in p. 257 si hic litterae excusandae sunt, *quae sequitur subscriptio* ExPlIcIt PrAeFaTiO, *claudere illud ipsum opusculum prosa oratione scriptum quod legitur in fine quaternionis VIII^{i}. inde ortus est ille error qui editionem nitidissimam (a. 1824) foedavit, id dico quod huic ipsi opusculo prosaico Niebuhr inscripsit* panegyrici praefatio. *at praefationis panegyrici poetici non habemus nisi verba illa* si hic litterae excusandae sunt[1]); *duo ultima quaternionis VIII^{i} folia quae continent fragmenta prosa oratione composita sunt alius opusculi, quod nostro iure panegyricum prosarium vocamus, cum et genus dicendi et ordo rerum*[2]) *aperte prae se ferant proprietates orationis epidicticae.*

haec igitur Niebuhrii opinio perfalsa erat. utro tamen ille alter quaternio relegandus sit, ante an post VIII^{um}, ne ego quidem pro certo compertum habeo. ideo reliqui in editione ordinem iam tempore sanctum. quamquam non reticendam duco meam de universo corpore scriptorum Merobaudis sententiam. si cum cura inspexeris haec quaternionum servatorum schemata:



et tecum reputaveris nos notitiam habere carminis panegyrici in primum Aetii consulatum factum (v. p. 20), habere item carmen parvum de Christo, non improbabile videbitur librum

---

1) *vera iam C. Fr. Heinrich docebat in praelectionibus Bonnensibus; et ipse Niebuhr in editione priore (S. Galli 1823) inscripserat* orationis de laudibus Aetii patricii fragmentum I. 2) *cf. Fr. Leo, die griech.-röm. Biographie p. 227.*

Merobaudis coepisse a panegyricis maioribus ut Claudianum maiorem quem dicebant, continuasse carmina minora, exiisse in prosaria. quod si verum est, sextus potius quam decimus olim fuit ille alter quaternio. atque adeo potuit in singulis partibus servari series temporum, nimirum ut inter panegyricos ille deperditus in primum Aetii consulatum locum haberet ante eum quem tenemus, qui tertium celebrat consulatum, aeque ac nunc inter carmina minora primum et secundum, quae sunt a. 439 vel 440, leguntur ante quartum, quod potest esse a. 440, quamquam non nego merito carmina quae sunt de domo Augusta antecedere Aetiano.

edidit reliquias quas Merobaudi rectissimo iudicio vindicavit primus B. G. Niebuhr (S. Galli 1823), quam editionem anno post iteravit (Bonnae 1824), cuius libri censuram conscripsit P. Hofman Peerlkamp (bibl. crit. nov. II 1826 p. 105—111). repetivit editionem W. E. Weber (corp. poet. latin. Francofurti 1833 p. 1367 sqq.), item I. Bekker ante Corippum (Corp. Script. Byzant. Bonnae 1836). symbolas criticas C. Fr. Heinrichii suis mixtas publici iuris fecit Fr. Heimsoeth (Rhein. Mus. 2, 1843, 531—43), pauca attigit E. Baehrens (Rhein. Mus. 27, 1872, 225).

carminis christiani secundum G. Fabricium e libro antiquo quem ad nos Oporinus misit *Merobaudi recte ut videtur adscripti (cf. Jeep, Rh. Mus. 28, 1873, 301) satis habeo hic verba cum brevissimo apparatu critico repetere; plura vide in Birtii Claudiano (Mon. Germ. auct. ant. X p. CLXXI et 411). cum ederem, non memor eram Ihmii, qui Pseudo-Damasianis inseruit (n. 69 p. 71), unde petere debebam addenda exemplis imitationibusque. de alio Camertiano carmine quod Merobaudi nullo iure imputabant v. Birt p. CLXXII.*

II. DE DRACONTI CARMINIBVS CODICIBVS EDITIONIBVS.

De Draconti Eugenique libellorum fatis priusquam exponam quae opus erunt, turis acerra litandum manibus RVDOLFI PEIPER, quem quae sibi proposuerat perficere vetuit sors angusta mortalium. conlegerat autem magnam partem eorum quae erant colligenda, recensuerat etiam pleraque carmina, ita tamen ut in dies ut fit deleret, corrigeret, hic illic etiam pessum daret curas priores. itaque ego cui liberalissime intercedente W. DE HARTEL viro clarissimo Peiperi schedae traditae sunt tum cum et ipse operis magnam partem confeceram cuique non id erat agendum ut Peiperi ederem reliquias, sed ut Draconti Eugenique restituerem memoriam, excussi defuncti chartulas, comparavi cum meis, excerpsi utilia, abieci inutilia, pro virili parte cautus ne quid periret quod ille bene invenerat neu mihi quae ille occupaverat adscriberem. multum sic sane temporis perdidi retractando ea quae melius faciliusque ex integro essent acta, neque tamen ita rem instituisse me paenitet; optime enim aliqua administraverat Peiper, quae me fugerant, et iniustum erat diuturnas viri de latinis litteris bene meriti lucubrationes putore tineisque perire. quaequae igitur fugere horae inutilia legendo iudicando abiciendo, compendia sint diligentiae sedulitatisque indefessae PEIPERI.

DE DRACONTI LIBRORVM TEMPORIBVS

iam cum de vita poetae egerim sub nomine 'Dracontius' in encyclopaedia Wissowae[1] *breviterque scitu dignissima in indice huius ipsius libri (p. 299) composuerim, hic sufficiet persequi quae de tempore librorum ab ipso editorum licet scire.*

de editione Romuleorum

atque cum inter omnes constet primos adulescentis adhuc poetae fetus esse carmina illa ex Romuleis quae memoriae Feliciani magistri sacrata ipse voluit, non minus certe affirmari potest hanc variorum poematum collectionem, quam 'Romulea' inscripsit ipse Dracontius[2]*, non esse editam ante carmina christiana*[3] *quae a captivo poeta sub Gunthamundo rege (a. 484—496) pacta esse ipsa docent. namque epithalamium Ioannis et Vitulae (Rom. VII) et ipsum per tempus captivitatis compositum est (v. 25. 69. 106. 118 sqq.), epithalamium in fratribus dictum (Rom. VI) vel a poeta ex carcere dimisso (v. 40). dubi-*

---

1) *V p. 1635—1644. partim nondum absolutis curis illa conscripta sunt, ita ut hodie ipse aliqua non iam comprobem. inprimis monendum est tum nondum inventum fuisse librum Bambergensem A ideoque numeros versuum ex fine libri tertii laudum dei adlegatorum inde a versu 3, 632 minores esse (plerumque numero 17) quam in editione cernantur.* 2) *hoc nomen ex florilegio Veronensi rectissime restituit acephalis in Neapolitano carminibus W. Meyer, Sitz. Ber. Berl. Akad. 1890, 267.* Romulea *autem poeta voluit appellari non quasi Graeca cecinisset aut Punica Vandalicave, sed quae poetas imitarentur Romanos, quam artem a Feliciano edoctus est (Rom. III 17* de vestro fonte, magister, Romuleam laetus sumo pro flumine linguam*), fortasse etiam ut opponeret christianis. neque tamen se ipse barbarum fuisse dicit Rom. I 14 aut linguam in schola demum Latinam didicisse Rom. III 17, quod conicit Meyer.* 3) *vide tamen p. VI.*

tare autem num ordo carminum in Neapolitano servatus genuinus sit hoc est evertere fundamentum artis notitiaeque[1]).

et optime concinunt cum his quae scimus ea quae aliunde licet conicere. cum enim Orestis tragoedia sit Draconti[2]), *quaeritur quomodo edita sit. neque dubium esse potest, modo spectes raptum Helenae et Medeam carmina in ipso Romuleorum corpore tradita, quin et Orestis tragoedia pars olim fuerit huius collectionis. hoc ne audacius positum putes facit florilegium Veronense, in quo cum insit cum titulo* Bloxus in Romulea *fragmentum (vide infra p. 228 frg. 1) quod in Neapolitano frustra quaeras, pro certo concluditur Romulea olim fuisse pleniora quam nos habemus. necdum metam attigimus. etenim quae CORIO (L'historia di Milano, in Vinegia 1554 p. 13) edidit poematia (de mensibus, de origine rosarum p. 227 sq.) et maius illud quod se in antiquo codice vidisse testatur 'in laudem Thrasamundi'*[3]), *quin Draconti fuerint, dubitari non quit quidquid ille de Trasimundo comite Capuano nugatur*[4]). *quod si Dracontius scripsit laudes Thrasamundi, qui post Gunthamundum inde ab a. 496 usque ad a. 523 inter Vandalos regnavit, lusitque poematia quae sunt de mensibus et de rosarum origine, nonne haec sunt qualia vocitabat 'Romulea'? horum corpori indidit duo epithalamia, potuit igitur et panegyricum regis, in quo quin Claudianum vel Merobaudem fuerit imitatus nemo dubitabit, et illa minora qualia multi ante eum facere Romani. 'potuit', inquam, non 'debuit', quamquam qui secum reputabit quam facile vetus Romuleorum exemplar Italicum unicum illud, de quo certam habemus notitiam, in quattuor partes potuerit dividi ita ut 1) una esset ille codex Bobiensis, ex quo descriptus est Neapolitanus carminum quae dicuntur minorum, 2) altera XIV etiam saeculo cum prima coniuncta, ex qua florilegium Veronense, in quo non adhibetur Orestis tragoedia fragmentum suum hauserit, 3) tertia archetypon Orestis tragoediae, quae postea semper sola descripta et excerpta est, 4) quarta illa folia, quae Corius vidit*[5]) *— haec qui reputabit concedet opinor veri similia esse quae divinavimus.*

quod si fuit illud magnum corpus Romuleorum de quo egimus, compluribus editum est libris. et quamquam in Neapolitano nullum eiusmodi divisionis est vestigium, fieri potuisse concedo ut carmina I—V (600 fere versus) quasi liber primus Romuleorum ederentur ante poetae captivitatem. nihil tamen ob versuum numerum obstat quominus huic primo libro etiam impertias carmina VI et VII[6]*): tunc editum putabis post captivitatem. ergo*

---

1) *tali coniecturae etiam obest id quod in florilegio Veronensi loci allegantur ex carm. VIII et IX, haec igitur iam tum erant iuncta.* 2) *quam Angeli Mai coniecturam (appendix ad opera edita ab A. M. Romae 1871 p. 1 not. 1) veram esse sat superque probaverunt qui in Orestis Dracontique sermonem artemque accurate inquisivere: R. Peiper, Dracontii Orestes tragoedia Wratislaviae 1875 p. 44sqq. C. Rossberg, de Dracontio et Orestis quae vocatur tragoediae auctore eorundem poetarum Vergilii Ovidii Lucani Statii Claudiani imitatoribus. diss. Gotting. Nordae 1880 B. Westhoff, quaestiones grammaticae ad Dracontii carmina minora et Orestis tragoediam spectantes. Monasterii 1883. C. Rossberg, Neue Studien zu Dracontius und der Orestis tragoedia, Fleckeis. Jahrb. 135 (1887) p. 833sqq. B. Barwinski, quaestiones ad Dracontium et Orest. trag. pertinentes. quaestio I: de genere dicendi. diss. Gotting. 1887. C. Rossberg, Materialien zu einem Commentar über die Or. trag. Hildesheim 1888/9. B. Barwinski, quaestiones etc. quaestio II. de rerum mythicarum tractatione. progr. Deutsch-Krone 1888. quaestio III. de rationibus prosodiacis et metricis. progr. Deutsch-Krone 1890.* 3) *A. Riese, Rhein. Mus. 32 (1877) 319 et rectius E. Baehrens, Rhein. Mus. 33 (1878) 313. Poet. lat. min. V (1883) p. 127. Daverius fecit veteris codicis apographon, sed et hoc et ille si non perierunt, adhuc latent. Corii verba sunt haec:* Transimondo Conte di Capua, à laude del quale Dracontio poeta elegantemente scrisse et l'opera del quale noi in caratteri Longobardi hauendo trouata, par Giouan Cristoforo Dauerio, la cui famiglia già per Federico primo à Milano fu ornata della cittadinanza, è stata tradotta in lettere latine. Onde per dignità dell'elegante poeta, n' è parso metter questi suoi uersi; *secuntur illa carmina.* 4) *gravissimum documentum est quod carminis Coriani alterius* de rosis *v. 6 ad verbum, ut solet Dracontius, repetit versum satisfactionis 162. v. ad l.* 5) *Thrasamundi autem laudes seorsum esse editas vix probabile videtur, cum in codice Coriano carmina tam levidensia fuerint adiuncta.* 6) *carm. VI quamquam posterius est tempore, positum est ante VII ea de causa ut honoraretur domus Victoris eius qui poetae libertatem reconciliavit; potuit igitur bene pandere librum alterum.*

quomodo libri divisi fuerint quandoque editi incertum est. certum autem puto magnisonam illam inscriptionem 'Romulea' non inditurum fuisse nisi eum qui plus quam unum eumque parvum paratum habuerit libellum. atque etiam si obicies florilegium Veronense non afferre versus nisi ex carminibus VIII et IX neque igitur constare etiam priora fuisse sub titulo Romuleorum, respondebo facilius titulum 'Romulea' potuisse perire in initio codicis quam inter VII et VIII carmen. 'at' inquies 'legitur ante VIII: Dracontii opus de raptu Helenae, *vestigium fortasse antiquae librorum divisionis'. respondeo: at etiam ante carmen X legitur in N:* Dracontii Medea, *quae inscriptiones profectae sunt a librario saeculi XV^i qui cavebat ne haec folia cum alterius codicis miscerentur.*

finem facio, ne hariolandi fiam reus. hoc statuo, Dracontium et ante et post captivitatem fecisse fautoribusque, quiqui fuerunt sive nobiles sive magister sive ipse rex, misisse carmina illius generis, quod post cum erat omnia praeter christiana complexurus appellabat 'Romulea', edidisse autem hoc corpus post christiana demum regnante Thrasamundo.

de editione satisfactionis et laudum dei.

christiana vero carmina iam diximus facta esse a poeta dum esset in vinculis *(subscr. sat.). atque apparet satisfactionem missam esse ad regem a quo libertatem sperabat captivus. carmen maius*[1] *nusquam adloquitur regem, ergo non ad eum est datum. quod probatur etiam ea re quod 2, 100 sqq. acriter*[2] *Arrianam haeresin condemnat poeta; adeo invehi in fidem regi acceptam potuit postea Fulgentius cum rege iubente Arrii doctrinam refutaret fretus favore Thrasamundi, non potuit Dracontius qui iam contraxerat in se regis iram. contra in satisfactione licet ter de Christo agatur, nullum est verbum quod Arrianum potuerit offendere. regnantis igitur Gunthamundi, qui ipse manebat Arrianus et tamen procedente regno magis magisque catholicis si non favebat at indulgebat*[3]*, satisfactionem veri similius est referre in annos priores*[4]*, tres maioris carminis libros putare non esse compositos, nedum editos nisi posterioribus.*

de satisfactionis tempore.

de satisfactione autem certius opinor posse sciri. dicit poeta v. 213

contulit absenti terrae pelagique triumphos:
Ansila testatur, Maurus ubique iacet

quae per chiasmum quem dicunt intellegenda esse agique de Ansilae clade maritima apertum est[5]*. atqui ex Cassiodoro (chron. min. II p. 159, 1327 cf. Ennod. paneg. Theoder. 13, 70 p. 280, 13 H.) novimus a. 491 Vandalos coactos esse cedere Sicilia, quam annuis expeditionibus vastare sueverant. Ansilam autem fuisse Gothum, legatum Theoderici, ipsum docet nomen. eum devictum esse a Vandalis testis est Dracontius. quare et clades Ansilae et Draconti carmen non multo, sed aliquanto certe ante a. 491 reiciendae sunt*[6]*); suggerere enim regi memoriam receptus recentis est insipientis, non supplicis.*

carmen ad principem externum.

restat quaestio de carmine quo Dracontius regis moverat iras. habemus haec ipsius testimonia:

---

1) *de titulo qui est* de laudibus dei *mihi non tam certo constare quam Meyero l. l. p. 271 libere profiteor. res enim tractatae aliam videntur sibi vindicare inscriptionem. qui adhuc carmen enarravere (Ebert l. l. p. 387 sqq. Manitius, Gesch. d. christl. lat. Dicht. p. 331—338, Meyer l. l. p. 271) non sat diligenter ad consilium dispositionemque carminis adtenderunt, quare longior fui Pauly-Wiss. l. l. p. 1638. debebat inscribere Dracontius* de dei ira et venia: *hoc enim quasi thema suum per tres illos libros tenacissime sequitur. id autem concedo: non esse nobis traditum alium titulum, retinendus igitur erat in editione.* 2) *convicia:* insipiens omnis rationis egenus. 3) *a. 488 Victor Vitensis queritur de persecutionibus catholicorum nondum finitis (3, 64 sqq.); eodem tamen anno* coemeterium sancti martyris Agilei apud Carthaginem catholicis dare praecepit *Gunthamundus* Eugenio Carthaginensi episcopo iam de exilio revocato. decimo autem anno regni sui *(10. Aug. 495)* ecclesias catholicorum aperuit et omnes dei sacerdotes petente Eugenio . . . de exilio revocavit *laterc. reg. Wandal. Mommsen chron. min. III p. 459.* 4) *falsissimum puto sat. v. 94* vel dominum *interpretari de carmine in laudem dei iam perfecto. quae sequitur comparatio talem sensum plane excludit.* 5) *de victis Mauris cf. quae nuper composuit L. Schmidt, Geschichte der Vandalen. Lpzg. 1901 p. 114.* 6) *contrarium inde deducit L. Schmidt l. l. p. 115, 2.*

	sat. 19	sic mea corda deus . . . pellit ad illicita
	21	ut qui facta ducum possem narrare meorum, nominis Asdingui bella triumphigera . . .
	25	praemia despicerem tacitis tot regibus almis ut peterem subito certa pericla miser.
porro:	*93*	culpa mihi fuerat dominos reticere modestos ignotumque mihi scribere vel dominum [1]).
deinde:	*105*	te coram primum me carminis illius, ausu quod male disposui, paenitet et fateor.
tum: Rom. VII, 70		dederant quia carmina clades.
denique:	*127*	non male peccavi nec rex iratus inique est, sed mala mens hominis, quae detulit ore maligno et male suggessit tunc et mea facta gravavit.
	130	poscere quem veniam decuit, male suscitat iras et dominum regemque pium saevire coegit.

ex his versibus Papencordt [2]) *conlegit Dracontium carmine suo celebrasse Leonem II Zenonem, id quod sane veri simillimum est* [3]). *nempe catholici tum temporis ab imperatore Byzantino suae fidei auxilium sperabant et expetebant* [4]). *atque si rerum spectas memoriam, hoc probabile videtur: Dracontium, cum novum regem Gunthamundum secus ac speraverant christiani viderent non minus fidei catholicae infestum esse quam Hunericum, carmine ad Zenonem misso id egisse ut imperator denuo quasi sequester et defensor existeret christianorum.*

conspectus *ut igitur summam faciam eorum quae cum aliqua probabilitatis specie poni possunt, arbitror*

carmen ad Zenonem datum esse	*a. 485 vel 486*
satisfactionem ad regem missam	*a. fere 490* [5])
carmen maius trium librorum compositum	*per annos fere 486—496* [6])
Romulea edita	*post a. 496*

LECTORES IMITATORES *fata librorum Draconti enarraturum oportet incipere a christianis. atque* laudes dei *in Africa lectitatas* [7]) *fuisse vix comprobat Anth. lat. 383, 2* [8]): *accedit quod ex carm. 387 probabile fit hos* versus de singulis causis *esse antiquiores carmine Dracontiano* [9]).

---

1) *versum melius editoribus, qui* nec *interpolabant, intellexit A. Ebert, Gesch. d. christl. lat. Litteratur I*^{2} *p. 385 'seine Schuld bestand darin, einen Fremden sogar als seinen Herrn besungen zu haben'.* 2) *Geschichte der vand. Herrschaft in Africa p. 377. cf. A. Ebert, l. l. C. Lohmeyer, Schedae philologae Hermanno Usener oblatae (Bonn 1891) p. 66. cogitare de Anastasio vetat tempus satisfactionis nec novimus Zenonis successorem succurrisse catholicis Africanis.* 3) *non recte aliquando dubitabam (v. Pauly-Wissowa Real-Enc. p. 1636), cum ad Hunericum carmen datum esse putarem.* 4) *cf. Vict. Vit. 1, 51* (ecclesia Carthaginis) vix reserata est Zenone principe supplicante per patricium Severum. *2, 2* (Hunericus) dedit . . . licentiam, Zenone imperatore atque Placidia . . . rogantibus ut Carthaginiensis ecclesia sibi quem vellet episcopum ordinasset. *2, 3. 3, 19. Euagrios scholast. 3, 20 (Migne gr. 86, 2 p. 2637).* 5) *Dracontium iam aliquod temporis in vinculis fuisse probat v. 120* tempore tam longo non decet ira pium. 6) *carmina christiana videntur coniunctim libris IV edita fuisse cum in codicibus Hispanis et Columbani coniuncta ferrentur. v. infra p. IX.* 7) *hanc de Draconti imitationibus provinciam multi administravere, non semper sat cauti, saepe magis lexeon thesauris quam historiae litterarum consulentes. quare si in excutienda taediosa inutilium farragine quaedam me bona fugerunt, veniam rogo a peritis. in notis hoc egi ut certas indicarem imitationes, hic illic eas de quibus dubitari liceret, reliqua quatenus ad cognoscendum poetae sermonem facerent in indice verborum exhiberem.* 8) *cf. Drac. 1, 263 et X 90.* 9) *quae collegit C. Rossberg (Fleck. Jahrb. 133, 1885, 721sqq.) de carmine in laudem Solis (Anth. 389) vix efficiunt ut credas poetae Dracontium exemplo fuisse nedum eum fuisse ipsum Dracontium. eodem iure Dracontio attribueres Anth. 718.*

Fulgentium novisse poetam catholicum fere aequalem veri simile est[1]. *imitatorem Draconti saepe se prodit Corippus*[2]. *apud Verecundum Iuncensem nil inveni notabile. at qui scripsit carmen ad Flavium Felicem de resurrectione mortuorum*[3] *aliqua describendi auxilia ex Dracontio petiisse videtur. nec Byzantium pervenisse opinor Draconti carmina, cum apud Priscianum non extent quae eius exempla sequantur*[4].

in Hispania legerunt carmen qui composuit a. 630 titulum Legionensem[5], *Isidorus, Eugenius, de quibus infra plene erit agendum. per Hispaniam potest pervenisse ad Gallos, inter quos nondum novit Alcimus Avitus*[6], *incertum est an sit imitatus Venantius*[7].

ex Italis nondum vidit Ennodius[8] *necdum Boethius*[9]*; passim in suos usus contulerunt Arator*[10] *et Rusticius Helpidius*[11], *versus solidos inde ut ex satisfactione suis inseruit carminibus Columbanus*[12].

inter Anglos innotuisse Draconti carmen maximum Aldhelmo non satis probaret unus locus[13], *nisi constaret eum legisse satisfactionem genuinam, non Eugenianam. certiora adsunt exempla in carminibus Bedae*[14], *maxime in celeberrimo* de die iudicii.

restant poetae aevi Carolini, apud quos iam caute discernendum erit inter ipsum Dracontium recensionemque Eugenii. ac de hac infra seorsum agetur; genuinum carmen novisse probari potest solus Alcvinus[15], *anceps est iudicium de carmine illo quo conventus Caroli et Leonis papae Paderbornae celebratur*[16]. *at Koaena*[17] *non habuit Dracontium, sed versum imitatus est Alcvini. neque sufficit unius versus clausula atque ea sat vulgaris*[18] *ut statuamus Egbertum Leodiensem (a. fere 1000) in manibus habuisse Dracontium.*

certo autem constat unum Draconti, non Eugeni[19] *versum abiisse in Exempla Vaticana prosodiae causa saeculo VIII° composita, quae etiam Orestis tragoediae unum versum bis exhibent*[20]. *item unus versus*[21] *comparet in glossario Phillippico 4226 saec. XII*[22], *qui tamen videtur esse Eugeni, non Draconti.*

satisfactionem noverunt Corippus[23], *Isidorus*[24], *Eugenius, in Italia Maximianus*[25], *Arator*[26], *Columbanus*[27], *ex Anglis Aldhelmus*[28], *Cellanus*[29] *abbas* SATISFACTIO.

---

1) *ex iis quae composuit R. Helm, Rhein. Mus. 54, 1899, 118 sq. cetera nullius sunt momenti ut communia cum aliis scriptoribus; unus est qui probare possit, locus de arca (Drac. 2, 391 sqq.) comparatus cum Fulg. aet. mundi p. 136, 5 sqq.* 2) *Amann, de Corippo prior. poet. imitatore I p. 39 sq. Manitius, Zeitschr. f. öst. Gymn. 37, 1886, 101. luculentiora vide in notis ad 1, 439. 744. 2, 311. 3, 545. 546.* 3) *v. ad 1, 625.* 4) *non sufficiunt phrases* nobilis ira *(Lucan.) et* movet arma leo *(Verg.) apud Prisc. laud. Anast. 68 sqq. et Drac. 1, 295 et V 310 nec quae adscripsimus ad III 15 vel in indice sub vocibus* egestas specto. 5) *ad 1, 611. Hübner inscr. christ. Hisp. 142 (Bücheler carm. epigr. 720) cf. N. A. 26, 394 not.* 6) *hoc dico contra Manitium (Zeitschr. f. österr. Gymn. 37, 1886, p. 245 sqq.). quae in libro primo de genesi occurrunt similia Dracontianis velut Alc. 1, 34. 154. 172. 221 sq. (hic comparandus est Sidon. carm. 2, 409), 1, 302 ea generavit materia eadem aut exemplum Vulgatae, non imitatio Afri. neque Alc. Av. 6, 170* cum portet nomen inane coniugis *formatum est ad Drac. 2, 637* flebile coniugii portabant nomen inane, *cum sensus utrubique plane diversus subsit.* 7) *v. ad 2, 159.* 8) *fallitur Manitius l. l. p. 407 sq. aliquantulam speciem habet comparatio Drac. 2, 13* credaturque chaos spatio sub noctis adesse *et Ennod. carm. 1, 6, 10* antiquum credit adesse chaos, *nec tamen sufficit.* 9) *nihil probat comparatio locorum Drac. 2, 460 cum Boethi cons. 2, 5, 28.* 10) *certissimum exemplum v. ad 1, 542, alia ad 1, 473. 2, 87. 90. 537. 770. 772.* 11) *ad 3, 467.* 12) *v. ad 3, 47. 539.* 13) *v. ad 2, 554. ceteri multi quos congessit Manitius Sitz.-Ber. Wien. Ak. CXII, II (1886) p. 579 sq. nil valent.* 14) *v. ad 1, 7. 14. 16. 650. 2, 559. 3, 682.* 15) *v. ad 2, 391. 3, 559, praeterea ad 1, 650. 3, 1. 3, 20; de florilegio A ex libris 2 et 3 ab Alcvino facto vide infra p. XV.* 16) *ad 1, 279.* 17) *ad 3, 20.* 18) qui condidit omnia solus, *cf. Drac. 3, 11 et fecunda ratis 1, 1005.* 19) *v. ad 1, 326 et attende lectionis varietatem.* 20) *ad Orest. 661.* 21) *ad Eug. hex. 163.* 22) *v. Ellis, Journal of phil. VIII, 1877, 122 Bährens poet. lat. min. IV p. 440. de carm. de Benedicta cf. infra de Eug.* 23) *ad v. 4. 58. 263.* 24) *ad v. 63.* 25) *ad v. 224.* 26) *hoc propter locos ex laudibus dei sumptos verisimile est, non probatur ex sat. 28.* 27) *ad v. 229 et 247.* 28) *ad v. 5 et 9* 29) *ad v. 189; nota lectionem concinere cum Dracontio, non cum Eugenio.*

Perronensis (mortuus a. 706) [1]*, postea Alcvinum qui laudes dei imitatus est et excerpsit habuisse etiam satisfactionem sinceram probabile est* [2]*. versum unum (sat. 53 quem quidem habet et Eug.) mutuatus est qui ante Alcvinum composuit* miracula Nynie episcopi *in cod. A id est Bamb. B II 10 saec. X (cf. infra p. XV) fol. 157ᵉ sqq. vers. 131.*

ROMVLEA *Romulea carmina certum est legisse Flavium Felicem (Anth. 254)* [3] *Corippum* [4]*, Maximianum* [5]*, Venantium* [6]*, Aratorem* [7]*; dubito de epithalamio Laurenti* [8]*, de Aldhelmo* [9]*. ex Orestis tragoedia an sumpti sint aliquot in Anthologia* [10] *loci potest ambigi. verisimilius est meminisse Orestis Corippus* [11]*, incertum an Arator* [12] *et Venantius* [13]*. de tragoedia versu bis recepto in Exempla Vaticana iam dixi* [14]*, florilegia recentiora infra erunt tractanda* [15]*.*

CODICES *iamque, cum de Eugeni imitatoribus postea videndum sit, pergamus ad notitiam et descriptionem eorum librorum qui nobis servaverunt verba Draconti.*

AVDVM DEI *vidimus laudes dei per totum orbem christianum quatenus latine loquebatur lectas fuisse. attamen non plus unius exemplaris memoria ad nos pervenit, quod exemplar per Hispaniam propagatum est. id infra probatum eo, nunc agatur de codicibus ipsis.*

---

1) *Traube, Perrona Scottorum p. 489.* 2) *ad v. 29 et cf. ind. s. v.* pagina. *de Ermoldo Nigellio mihi non sufficit in hon. Hlud. 2, 337* deseruitque deum, coluit mox idola vana *comparatus cum Drac. sat. 96* cum dominum norunt, idola vana colunt. *adde quod Eugenius eadem retinuit verba.* 3) *ad III 19. at Florus (Anth. 88), cuius versus 4 admodum accedit ad Rom. X 21, videtur Dracontio antiquior esse. Patricius, si hoc nomen est poetae, qui fecit epithalamium Auspicii et Aellae (Anth. 941) et ipse vetustior est Dracontio; neque tamen insunt in hoc poemate, quae Dracontius sit imitatus, id quod voluit Bünte diss. Marpurg. 1891 p. 26.* 4) *ad II 22 III 16 IX 171 X 220. etiam V 308 Bücheleri coniectura* arma tenentes *probatur imitatione Corippi Joh. 6, 426.* 5) *cf. ad VIII 236. postea inveni etiam hos locos: V 195 cf. Maximian. 5, 149; X 344 cf. Maximian. 5, 65.* 6) *ad VIII 384.* 7) *ad II 46 VIII 3. 388 sqq. 415 X 20. 601.* 8) *ad VIII 648. verba* ite pares *non memini me alibi legisse, videntur tamen sollemnia fuisse in epithalamiis.* 9) *ad VII 154. exemplum potest antiquius esse, cf. Verg. buc. 6, 81 Ciris 51.* 10) *Reposianus (cf. ad Orest. 278, vix 221) potest ante Dracontium vixisse. scholae usum sapit phrasis de Medea apud Dracontium (Orest. 431) et Anth. 102, 3 obvia, nimis leve indicium est quod adnotavimus ad Orest. 588.* 11) *ad 182. 522. 850. 909. 933. 938 omnia levia sunt, sed fortasse iuncta probant.* 12) *ad 165.* 13) *ad 820, cf. ad 183.* 14) *v. p. IX.* 15) *somnia sunt quae dixit Peiper Orestis trag. p. 42 de Alberto Stadensi Orestis tragoediae imitatore. quae ille adtulit nil valent neque ipse cum perlustarem Troili libros quidquam attendi quod concineret cum tragoedia aut cum Medea Helenave. alia etiam vestigia fallunt. sane titulus tragoediae per multa saecula non fuit ignotus, cf. Donati art. (gramm. Keilii IV p. 375, 24):* sunt praeterea alia sono masculina, intellectu feminina, ut Eunuchus comoedia, Orestes tragoedia, Centaurus navis. *commentum Einsidl. saec. X (anecd. Helvet. Hageni p. 236, 11)* Orestes tragoedia. Orestes sono masculinum est quia in -es desinit, intellectu femininum, quia cum dico 'Orestem lego', intellegis fabulam, quae de eo est scripta apud Terentium, quae tragoedia vocatur. *ex nota cod. Einsidl. marginali haec addo:* (Orestes) postea furuit, de cuius miseriis Horatius tragoediam fecit id est luctuosum carmen. *haec autem et similia grammaticorum commenta redeunt sine dubio ad Servii verba (Aen. 4, 471* scaenis agitatus Orestes*)* quia et furuit et multae sunt de eo tragoediae. *at subesse etiam memoriam carminis Dracontiani multi crediderunt (Hagen, l. infra l., Peiper p. 43 editionis, Bährens poet. min. V p. 218 not.; rectius iudicat Usener Rh. Mus. 23, 1868, 223) imprimis nixi scholio cod. Bern. 165 saec. IX ad ipsum locum Verg. Aen. 4, 471 (Hagen, Philologus 27, 1868, 167):* Orestes Agamemnonis filius et Clitemestrae, cuius tragoediam Lucanus describit ... cui Oresti videbatur quod illum ubicumque esset mater sua persequeretur armata facibus et nigris serpentibus et quandocumque intrasset templum Apollinis, illa non ingrediebatur templum, sed expectabat eum in limine ut rursus egredientem invaderet. *namque Hagenus, licet recte intellexisset ultima scholii verba nil habere cum Dracontiano carmine commune, putabat verba* armata facibus et nigris serpentibus *reddere ipsum Dracontii versum 822* sed faculis armata rogi subcincta cerastis, *quasi non legeretur apud Verg. Aen. 4, 472* armatam facibus matrem et serpentibus atris. *nec magis appositum ad persuadendum (ut taceam de Hageni Lucano altero per V vel VI saeculum vivente) quod ponit Peiperus, hunc scholiasten in manibus habuisse ipsum Bongarsianum librum, in quo Lucanum excipit tragoedia, sive eius libri simillimum; modo legisti sciolos et Terentio et Horatio attribuisse Oresten tragoediam: an forte ex his nugis speras te aliquid veri extorturum? res eadem est cum glossa cod. Bern. 224 f. 195ᵃ (Hagen l. l. p. 168 Thes. gloss. VII p. 31):* Orestis traguidia ubi prosternuntur multi homines in bello, *quam facile apparet deductam esse ex aliqua definitione tragoediae. mihi quidem ex omnibus his gramma-*

longe uberrimus fons ut qui totum contineat carmen est codex nunc Bruxellensis **B**
bybl. reg. 10615—729 saec. XII, olim Nicolai Cusani, quem post Traubium (Poet. aevi Carol. III p. 152) accuratius describere supersedeo, addo quae ad ipsum spectant Dracontium. legitur carmen de laudibus dei in parte codicis, quae numero 10723 (non ut solent referre 10722) distincta est, atque incipit in summo folio 204v. titulus deest[1]*, item littera initialis* Q, *utrumque videtur pictori explendum esse relictum. carmen scriptum est litteris perparvis sed nitidissimis tam anguste ut in unoquoque folio duo extent ordines quorum uterque 70 contineat versus. initium libri secundi indicatum est f. 207rA v. 47 post verba* Quo te promitis *(sic)* nimia pietate parentem *additis* Incip(it) L(iber) II, *nullo relicto spatio. contra inscriptio* INCIPIT LIBER TERCIVS *explet unum versiculum f. 210rA v. 25. finit Dracontius f. 212vA v. 28, subscriptum est* EXPLIC(IT) LIB(ER) S. AVGVST(INI) DE LAVDIB(VS) DEI, *reliquum ordinis primi vacuum est, sequitur f. 212vB* DE S. LVCIA | (V)irginis eximiae cunctis recolenda Luciae. *folia et scriptura tam bene servata sunt ut perraro de lectione dubitandum sit. totum carmen ipse cum Bruxellis exsularem bis contuli neque nunc iam commemorandum duxi si quid Grossius et qui Meyeri in usum multos contulit versus Vollgraffius in legendo peccasse videbam, id quod sane raro accidit. non semel erravit librarius*[2] *in describendo exemplari, quod cum sensisset, carmen finitum ipse sedulo correxit atramento iam usus aliquanto magis nigricante et ductibus si res ferebat maioribus. quae ita addidit signavi* B^2, *ut monerem his etiam certiorem subesse* B^2
fidem quam quae prae se ferant notam simplicem B. bis enim de suo aliquid ascripsit B^2, *ceteris locis id solum egit ut errores in describendo ortos tolleret*[3].

---

ticorum tricis nihil hauriendum videtur nisi suspicio, rene vera Dracontius carmini inscripserit Orestis tragoedia *an potius* tragoedia *vocabulum additum sit a tali scholastico quales supra accivimus. atque libere profiteor me titulum in uno exemplari* (tragoedia *B*, fabula *A*) *traditum (non habent florilegia quae afferunt* proverbia Horestis*) in editione mutaturum fuisse, nisi succurreret altera Romuleorum subscriptio (post II)* exp. fabula Hylae. *de hac quaestione iam ab aliis mota v. Cloetta, Beiträge zur Litt. Geschichte des Mittelalters und der Renaissance, Halle 1890, p. 5.*

1) *errat Meyer p. 270.* 2) *notanda sunt vitia in ordinandis versibus haec: 1, 164 qui est in B debuit esse 151; 1, 287 positus post 289; 2, 225—33 ponendi erant post 2, 261; 2, 635 post 638; 3, 680—686 post 3, 707. de versibus omissis dicetur p. XII not. 2. certius inde quidquam de magnitudine et forma archetypi ratiocinari non potui, at aliqua conveniunt cum eis quae sequuntur ex turbis factis in v. 36—49. hae cum non iterentur post fere 20—30 versus, intellegitur v. 1—49 olim scriptos fuisse duobus scilicet ordinibus in vetusti codicis primo folio verso. in tali autem codice potuit facile perire nomen poetae, quod in avo aut abavo Bruxellensis factum esse apparet cum ipse exhibeat nomen Augustini. ceterum ad explicandam illam in B post 1, 35 farraginem non sufficiunt ea quae disputavit Meyer (l. l. p. 278) de finibus versuum super initiis adscriptis; necesse est putare primi folii partem interiorem scissura ita fuisse loco mutatam ut fines versuum cum initiis antecedentium coire viderentur describenti. quamquam ne sic quidem omnes quae adsunt falsae versuum consectorum copulationes satis explicantur. Traube (Bibl. de l'École des chartes LXIV 1903 p. 456) ex his turbis et ex magna in B circa finem libri tertii lacuna mavult conicere carmen olim scriptum fuisse in codice papyraceo. tamen turbas factas esse ante IX saec. non veri est simile.*

3) *exempla ut ponam: 1, 1* nescire B^1, ue scire B^2 *1, 58* statur *corr. in* satur B^1, fatur B^2 *1, 122* solor(um) *i. r cum cauda qua solet notari* rum B^1, *hanc caudam delevit* B^2 *1, 159* apet *plane deformata* t B^1, apex *in margine* B^2 *1, 174 lacunam inter* Numera *et* spondens *reliquit* B^1, laeeıcıae *inscripsit* B^2 *1, 279* raucos B^1, raudos B^2 *1, 309 inter* fraglans *et* messes *spatium reliquit* B^1, *neque* B^2 *agnoscere potuit quae erant in exemplari, imitata tamen est adpingendo* besaa *1, 518* Teda letieie B^1, Teda leticiae B^2 *1, 545* fretda *in fine om.* B_1, *add.* B^2 *1, 707* Qui aur' B^1, d & ẽſ *interposuit* B^2 *1, 735* et B^1, te B^2 *quod falsum est (item falsum restituit 2, 405) 2, 147 in initio* bena *solas legit* B^1, *neque* B^2 *intellexit quae antecedebant, appingebat tamen ductus fere* Vτ *possim addere plura, sat habeo enumerare versus omissos a* B^1, *suppletos a* B^2: *sunt enim 1, 287. 2, 32. 3, 453 bis tamen coniecturam temptavit* B^2: *1, 348* amiratur amgenũ *pinxerat* B^1 *ad exemplar, et* B^2 *in margine praeposito* (ue)l *addidit coniecturam facilem et rectam* mirat(ur) amenu(m) *3, 537 ludendo (an deceptus signis in archetypo adpictis?) scriba* B^2 *verba versus alio ordine repetivit aliquot locis corruptis adscripsit* B^2 *in margine* Γ *ut 1, 309. 2, 147. 245. 249. 2, 375, aliis .N. ut 3, 679. 687. 683; hoc signum potest esse* ꝶ *ex archetypo repetitum. aliquoties ut correctis in margine suum attribueret locum usus est punctis ∴ vel :: (1, 45. 2, 255. 321. 542), bis ⌣ vel ⌢ (1, 159. 2, 650).*

ex uno B *deducti sunt codices quos habemus recentiores*

M	*Vaticanus lat. 3853*	*saec. XV*
V	*Vaticanus lat. 5884*	„ *XV*
R	*Rehdigeranus bybl. municip. Vratisl. 59*	„ *XV*
U	*Vat. Urbinas 352*	*a. 1481*

M *id quod recte exposuit W. Meyer (l. l. p. 263). M codex membraneus formae quartanae foliis 37 exhibet solum Dracontium. eum qui scripsit* M^1*, castigavere tres docti* M^2 M^3 M^4 *doctrina non ex alio codice petita, sed ex ingenio hausta. potissimum digna relatu sunt ea quae adscripsit vel correxit* M^3*, partim correctiones elegantissimae. ex M codice*
V *iam ab* M^2 *correcto descriptus est V, codex papyraceus formae octavariae foliorum 43, et ipse solo hoc carmine completus. etiam V subiit manum correctricem (*V^2*), quae tamen*
R *in folio fere vicesimo sexto elanguit. V codicem nondum correctum propagavit R papyraceus formae quartariae*[1]*), qui post Calpurnium Nemesianum Serenum Sammonicum habet carmen de laudibus dei fol.* 57^r—108^r *sat vitiose scriptum. Rehdigeranum priusquam corrector parum acutus invaderet,* Federicus Veteranus Vrbinas transcripsit anno salutis MCCCCLXXXI
U id. Aug., *ut ipse in fine testatur, in codicem U membraneum forma maxima. quae insint in codice pulcriore quam pretiosiore enumerat Arevalo Drac. prol. p. 50 sqq. Dracontius occupat folia* 260 — 297^r.

haec de stemmate codicum recentiorum quae rettuli nondum cognoverat Peiper, optime ordinavit W. Meyer et ipse probavi dum codices evolvo ac digero. argumenta exemplaque qui desiderabit poterit inspicere quae Meyer attulit p. 263 et examinare Meyeri apparatum ad 1, 1 — 53 compositum p. 272[2]*). meum est referre habuisse me librum tertium Peiperi in usum collatum cum M et V ab E. Haulero, cum U a L. Sternbachio, codicem R totum descriptum a L. Glaesero, eiusdem R librum primum exscriptum ab Aem. Grossio, praeterea me ipsum Romae enotavisse ex MVU quae usui essent. neque tamen ut par est in apparatum criticum recepi ex recentibus MVRU nisi quae a correctoribus doctis bene essent inventa, tum ex M aliqua addidi ut fulcirem lectionem hodie dubiam codicis B, ex quo ille M ante hos quingentos annos sua hausit. Bruxellensis autem varietates exhibui praeter orthographicas in indice seorsum componendas ad unam omnes.*

cum Bruxellensis editioni sit solum atque fundamentum, antiquioris et melioris
C *codicis non habemus nisi excerpta, centones dico Claromontanos cod. Berolinensis, Meermann-Phillipps 1824, saec. IX, olim collegii Parisiensis soc. Iesu, de cuius fatis et materia videndi sunt W. Meyer l. l. p. 259 Rose (Verz. d. lat. Hss. d. K. Bibl. zu Berlin I 382 n. 169). codicem cum Parisiis adhuc esset*[3]*) vidit Ph. Labbeus; refert ille (nova bibl. mss. Paris 1653 p. 58):* Dracontii nonnulla carmina nisi forte mentitur inscriptio ijs superaddemus, quae pridem emisit in publicum cum nonnullis alijs Eugenii Toletani &c. R. P. Iacobus Sirmondus *et porro (p. 59):* Gisleberti Aureae Vallis abbatis ordinis cisterciensis versus in sanctissimam eucharistiam addi poterant ex Petauiano Indice cum centonibus de poenitentia ex Dracontio, oratione ad Christum versibus adonicis . . . et pluribus aliis.

centones[4]*) in codice occupant f. 1—*7^v*, ultimam paginam luce imitandam curavit Meyer (l. l. tab. II). excerpti sunt ex tribus Dracontii libris, qui 2317 sunt versuum,*

---

1) *accuratius descriptum esse in programmate gymn. Frederic. Vratisl. 1839, p. 2 dicit Glaeser praef. p. 3.* 2) *tamen in usum eorum qui dubitant in scriptis per recentes codices traditis agnoscere lacunas, adscribo quot versus in hoc carmine per saecula interierint. in B desunt iam 62 versus (1, 285. 327. 328. 340. 684. 710. 721. 3, 623—677) nisi etiam plures exciderunt per librum II et III., in U (item fere in Arevali editione inde derivata) non minus 97 versus desiderantur (praeter eos qui in B iam desunt 2, 100. 109. 147. 156. 157. 200. 294. 319. 422. 493. 3, 9. 14—16. 88. 297—301. 386. 425. 481. 560—2. 617. 749). v. 1, 271 sq. quos numeravit Arevalus non sunt Draconti, sed Eugeni. v. ad l.* 3) *neque enim ex Labbei verbis id deduci oportet, etiam Draconti centones fuisse in indice Petaviano.* 4) *sequor editionem Meyeri, praeterea habui descriptos a Peipero; qui vades cum nisi bis terve in minimis non inter se discrepent, ipse supersedi codicem denuo conferre.*

fere 410 versus. cave tamen credas illum qui florilegium confecit hos integros ex codice suo sane optimo transtulisse. ut materiam suam in duas divisit partes

I in laudibus dei et de sua pęnitentia
II de origine mundi ab Adam et Eva,

ut sub his partibus collegit singulos sententiarum ordines plane securus de genuina versuum apud Dracontium serie, repetivit etiam aliquot versus alio loco[1]*, ita non erubuit in versibus suum in usum compositis verba demere addere mutare ut singuli coirent ad sententiam excerptoris, non Draconti. quare qui antiquam codicis perboni fidem ex his centonibus recuperare studet nec vult inprobos accipere nummos pro asperis, oportet diligenter perpendat cur florilegus ita composuerit versus ut nos nunc legimus*[2]*. quae cum ita sint necesse est in usum eorum qui suum sequi iudicium malunt quam editoris adiungere laterculum eorum versuum qui extant in C et adnotare graviora quae a centonario videantur esse mutata.*

VERSVS CENTONI EX LIBRIS DRACONTII IN LAVDIBVS DEI ET DE SVA PAENITENTIA. *f. 1r*

I 1—9. 18. 19. 42. 62. 71. 74—77. 302. 79. 86[3]*).*

89—92. 96—98. II 565[4]*). 566. I 101. 103. 106. 110. 560. 696—697. 699—700*[5]*).* *f. 1v*
702—703. 707—708. 711[6]*). 714—*

I —715. 733—736. II 36. 696—697. 700. 704—706. 713[7]*). I 738—739. 741. 746—* *f. 2r*
750[8]*). II 57*[9]*). 154—155*[10]*). 157—158*[11]*).*

159. 161. 198+199[12]*). 208—214. 216—217. 204*[13]*). 218—219. 221—223. 235—238*[14]*).* *f. 2v*
597. 603[15]*). III 98*[16]*). 248—249*[17]*).*

II 481—484[18]*). 467—473. III 564. 566—567*[19]*). 572—577. 579—583—* *f. 3r*

III —584—590. 592—593. 599—601[20]*). 603—607. 610—611*[21]*). 613. 618—626—*[22]*).* *f. 3v*

III 627—631. 643—661. 664—669[23]*).* *f. 4r*

III 674—678. 720—725[24]*). 735—736*[25]*). 745—748*[26]*). 750—755.* EXPLICVIT | *f. 4v*
INCIPIT EIUSDEM DRACONTII DE ORI|GINE MVNDI AB ADAM ET EVA |
I 329—330[27]*). 333—334.*

---

1) *1, 560 f. 1v et 6r, 2, 566 f. 1v et 7r, 597 f. 2v et 7r.* 2) *qua in re ne Meyerus quidem semper sat cautus egit.* 3) *verborum ordo iam in archetypo turbatus fuisse videtur.* 4) Aut certe *et* reum *pro* Paeniteat *et* reos *mutata propter centonum conexum.* 5) *700* novae terrae *pro* vaga terra *indocti est centonarii.* 6) *711* prodidit *ex* condidit *propter centones et antecedentem et consequentem mutatum.* 7) *713* reuocas *in C adulteratum ex* -ans. 8) *748* Conatusq; *in C vetus mendum.* 9) Deus *pro* Nam *in C interpolatum.* 10) *155* igne *C falsatum.* 11) *158* facis *pro* facto *mutatum in C ut sententia esset plena.* 12) *versus est mirum in modum concinnatus ex versiculorum 198, 199 et 88 partibus ut fieret initium grandisonans novi capitis centonum.* 13) *non est dubium quin 204 in C falsum teneat locum. quare vereor ne lectiones quae discrepant a B ortae sint a centonarii licet non ita sollerti manu.* 14) *236* foliis frondescit *C interpolate; agitur de fructibus non de fronde. item 237* laudant *additum versui corrupto.* 15) circa te *qui in centonibus pro vero* pēnes te *substituit, doctrina glossarii usus est male sedulus, cum* penes *et* paene *confunderet; cf. Corp. gloss. IV375, 17* pene prope circa vel iuxta. 16) finem expectat *C mutavit quod in exemplari invenerat* exspectat finem *contra metrum; cf. 1, 445.* 17) *248* Nam *pro* Quid *substituit centonarius.* 18) *II 482* superat *corrupit centonarius in* superbos. 19) *II 472* ego miser, *473* captivum, *III 564* sum ignarus *contra metrum sat inepte induxit florilegus propter singularem in versu sequenti III 566.* 20) *599 et 600 quod in unum contracti sunt in causa fuisse puto vetus mendum exemplaris; idem valet de v. 603 clausula corrupta.* 21) *610* domine *a florilego additum contra metrum.* 22) *622* His scelerum *in C pro* scelerum *videtur ortum ex scriptura hispanica* iscelerum. 23) *vv. 623—677 desunt in B.* 24) *722* quaeso, *723* somni *(hoc etiam A) C interpolate.* 25) *735* benigna *quin sit falsatum, genuinum* sueta *(sic B) nullus dubito.* 26) *748* post corpus, *ut habet B, magis Dracontianum videtur quam vulgare illud* post tempus *(C).* 27) *I 329* in genitis *voluisse videtur centonarius pro inutili in initio capitis* his genitis. *330* Formatus *(pro* -tur*) sat defenditur Eugenii recensione*; Forma dei *in B ortum est ex verbis insequentibus.*

f. 5r *I 336. 338—341*[1]*. 343—348. 183. 182. 192*[2]*. 349—351. 353—355*[3]*. 360. 371—374*[4]*. 377—384.*

f. 5v *I 386—390*[5]*. 393—397. 364—365. 367—370*[6]*. 399—400. 402. 405+404*[7]*. 406—407. 414—415. 427—429. 435—436. 439. 440—441. 443—444—*

f. 6r *I —445. 459—465. 469—474*[8]*. 477—484*[9]*. 488—491*[10]*. 493. 535—536*[11]*. 542. 545. 549—551. 553. 555. 560. 619. II 373—*

f. 6v *II —374—379. 388—389. 393. 405—406. 412*[12]*. 415*[13]*. 418—420. 429—431*[14]*. 435—436*[15]*. 485. 625—628. 630—633. 636—637. 635*[16]*. 641—642. 650—652*[17]*. 657. 796—*[18])

f. 7r col. 1 *II —797. 800—801. 803—805. 808. 659—661*[19]*. III 480—481*[20]*. 483*[21]*. 485—486*[22]*. 489—490. II 664—666*[23]*. 672—673. III 210. 212. 216—218. II 686—688. 690—692. 597*[24]*. 599—601. 509—510.*

f. 7r col. 2 *II 516—519. 524. 528. 531. 534. 536. 541—542. 552—554*[25]*. 556—559. 566* | EXPLICVIT LIBER.

ex hoc indice et eis quae adnotavi sat puto apparet quam saepe centonarius recesserit ab archetypo suo ut laciniae delectae melius conecterentur. qua in re ne metro quidem ubique parcebat (cf. adn. p. XIII not. 5. 11. 21. XIV not. 12. 13), licet alibi propter metrum mutavisse videatur (p. XIII not. 15. XIV not. 8). accedit quod iam vetustus ille codex a quo pendet gravium vitiorum non erat expers (p. XIII not. 8. 14. 16. 20. 22. XIV not. 9. 14. 18. 22) nec florilegus omnia recte videtur intellexisse. neque credendum nos habere ipsius florilegii primarium exemplar: codex Claromontanus uno tenore est perscriptus, nusquam apparent vestigia laboris adscribendi mutandi corrigendi qualem exercuisse consentaneum est eum qui ex ipsis Draconti libris collegit centones[26]*. hoc igitur omnino iis qui apparatu critico quem Dracontio subiunxi sunt usuri cavendum est ne singulas expiscentur ex C lectiones easque non respecto centonum ordine malint ipsi Dracontio obtrudere.*

A *his codicibus BC tum demum*[27]*) cum verba poetae iam operis tradideram comes et socius accessit A, codex Bambergensis B II 10 saec. X, de quo cum Fischer byblio-*

---

1) *338 totum transformavit qui inseruit centonibus.* 2) *hos versus 183. 182. 192 interpositos esse a florilego inter 348 et 349 facile intellegitur: apposuit ut interpretaretur illud* miratur amoenum *in v. 348. neque dubitandum est de recto ordine versuum 182. 183 in B et Eug., namque post* miratur amoenum *centonarius maluit addere 183 quam 182, quia* hortus in orbe dei *statim indicabat agi de paradiso. sane quomodo intellexerit ille v. 192 et cur excerpserit plane corrumpendo sensum cum pro* Non *induceret* Quem, *ipse rationem reddat si poterit, ego nescio.* 3) *355* rura *cf. not. 5.* 4) *374* de quo *pro* de quod *adulteratum.* 5) *de lectionibus 388* astare *ut 355* rura *v. p. XXVII not. 3.* 6) *versuum seriem turbavit florilegus breviandi causa.* 7) *duo versus in unum redacti et* deus *additum ut hexametri evaderet species.* 8) *471* iam *pro* heu *metri causa positum ut videtur.* 9) *481* peregit *pro* comedit *ortum est ex mendo. 484* mox est a *pro* sed mox est *interpolatoris est.* 10) *488 ut excerptus est omni sensu caret.* 11) *536* si *pro* sed *mihi suspectum; potuit interpolator sic aliquatenus adnectere sequentia.* 12) *412 mutatus ita ut metrum discinderetur propter ea quae in centonibus sequuntur.* 13) *415* cunctos *pro* e cunctis *contra metrum novatum.* 14) *429* Lothque pius *pro* Loth iustus *vetere vitio ortum videtur.* 15) *435* auget *ex 437 videtur errore scribentis inlatum.* 16) *636. 637. 635 genuinum esse ordinem, turbatum in B iam vidit Meyer.* 17) *650—651 a librario in unum versum conflati sunt, cum oculus a* nova nupta *aberraret ad* nova gaudia. 18) *796 licenter deformatus, nisi forte vetus suberat mendum.* 19) *sub finem operis historiolas a Dracontio tractatas ex ordine temporis composuisse centonarium dixit Meyer id quod probatur vel titulo* De origine mundi ab Adam et Eva; *cum vero Tobias et Iudith ante David locum habeant rectius iudicabis eum secutum esse ordinem librorum Vulgatae.* 20) *3, 480 utrum C an B verum servaverit, vix poterit diiudicari. certe causam aut rationem interpolandi non video.* 21) *3, 483* Ingreditur *additum ex 482 ut sententiae coirent.* 22) *3, 486 in centonarii exemplari erat corruptus.* 23) *2, 666 quae a B recedunt suspicioni interpolationis sunt obnoxia.* 24) *2, 597* deus *ab interpolatore additum.* 25) *2, 554 interpolator mutavit ut explicaret vocem* caterva. 26) *noli putare notam Tironianam qua f. 7r in versu 2, 808 scriptum est* sanguine *huius operae esse testimonium.* 27) *necesse erat p. 65—74 editionis meae iterare ut lectiones codicis A suis locis darentur. cum tamen novis 17 versibus augerentur inde a 3, 632 numeri in margine adscripti, id fieri non potuit ut numeri ex hac parte carminis in prioribus paginis adlegati corrigerentur omnes.*

thecarius regius sponte ad Traubium rettulisset hic me certiorem fecit ut statim Bambergam profectus describerem quae ilico opus esse viderentur. postmodo codicem liberaliter transmissum iterum Monaci tractare licebat. descripta est prior pars codicis (saec. XI) Augustini sermones aliquot et libellum de spiritu et anima continens in Fischeri catalogo bybl. reg. Bambergensis p. 363 sq., de altera paulo vetustiore pluribus hic erit exponendum (cf. Fischer, catal. p. 364 sq.). continet hic liber (compositus est 3 quaternionibus, 1 trinione; ultimum folium periit, sed novum saec. fere XIV° additum est et suppletus exitus Albini creduli*)*:

fol. 133—157 DE LAUDE DEI ET DE CONFESSIONE ORATIONIBUSQUE SANCTORUM COLLECTI AB ALCHONIO LEVITA libri IV.

fol. 157ᵛ ordo 1 vers. 11 MIRACULA NYNIAE EPISCOPI

fol. 161ʳ „ 1 vers. 4 HYMNUS SANCTI NYNIAE EPISCOPI

„ 2 vers. 24 ⟨ALBINUS CREDULUS⟩ [1])

haec omnia ab Alcvino esse conlecta et composita prope certum est ut iam Fischer l. l. monuit. scilicet et Alchonius *et* Albinus *est ille clarissimus Euboricensis. Alcvini autem proprii versus non sunt nisi extrema oratio* Albini creduli *(inedita ut videtur quippe quae ut conclusio huius ipsius collectionis pacta sit);* miracula Niniae, *quibus adhaerebat* hymnus *(utrumque nondum editum), ille accepit ab Eboracensibus; nostrum est referre quorum dicta vel versus in libris* de laude dei *collegerit. praetereo igitur libros I et II qui excerpta continent ex bibliis (si fides est indici capitulorum fol. 133); de tertio et quarto haec praedicat index:*

⟨CAPITA LIBRI TERTII⟩ De ecclesiastica historia
Policarpus
Verba confessoris
De martirologia
Sancta agnes, agathę, valentinus, iuliana
LIIII milia, gregorius, laurenti, cosme damiani
de exemplorum patrum
fol. 133ᵛ Arsenius abba
Sarra cuiusdam monachus
Macharius, arsenius, paulus
De soliloquiorum isidorus
De libris confessionum augustinus
De libris sanctae trinitatis augustinus

CAPITA LIBRI IIII
Carmen augustini simbolum
De antiphonario
De hymnis sanctorum
De metro sedulius
Iuvencus Arator
Prosper
Fortunatus beda
Altelmus prosper tyro
Dragontus
De miraculis ninię episcopi
Albinus credulus.

1) *titulus hic deest, legitur in indice capitulorum fol. 133ᵛ.*

hic autem est catalogus versuum in libro IV° compositorum[1]*:*
⟨deest titulus libri IV⟩

fol. 148ᵛ ord. 2 vers. 16 CARMEN AUGUSTINI Gloria in excelsis deo et in terra *eqs.*
„ *7 ab imo* SIMBOLUM Credo in unum deum patrem *eqs.*

„ *149ʳ* „ *1* „ *20* DE ANTIPHONARIO Expectemus te dominum deum nostrum *eqs.*

„ *150ᵛ* „ *2* „ *20* DE HYMNIS Veni redemptor gentium *eqs.*

„ *151ᵛ* „ *1* „ *23* SEDULIUS Omnipotens eterne deus spes unica mundi *eqs.* *(sunt Seduli I 60—102. 282—290. 312—319. 334—363).*

„ *152ʳ* „ *2* „ *25* IUUENCUS Inmortale nihil mundi compage tenetur *eqs.* *(sunt Iuvenci praef. 1—27).*

„ *152ᵛ* „ *1* „ *20* ARATOR ⟨t⟩ransferor ad niveas petri sine turbine caulas *eqs.* *(sunt Arat. epist. ad Vigil. 11—26. act. 1, 481—484. 1007—1009* diem. *1012* quem ditat — *1017. 2, 579—583).*

„ *152ᵛ* „ *2* „ *19* PROSPER Dum sacris mentem placet exercere loquelis *eqs.* *(sunt Prosperi epigr. praef. 1. 3—4. 7. epigr. 3, 1—14. 8, 1—6. 12, 3—4. 16, 3—6. 22, 5—6. 30, 5—6. 37, 1—6. 82, 1—2. 97, 1—2. 99, 5—6. 39, 5—6. 41, 1—6. 55, 1—6. 56, 1—4. 57, 1—4. 58, 1—2. 64, 1—2. 65, 1—6. 103, 1—6. 104, 1—8. 105, 1—8.*

„ *153ᵛ* „ *1* „ *17* FORTUNATUS Culmina multa poli *eqs.* *(sunt Ven. Fort. carm. 8, 3, 1—22. 25—38. 129—178. 393—400).*

„ *154ʳ* „ *2* „ *10* BEDA Cervus ut ad fontes siciens festinat aquarum *eqs.* *(carmen de psalmo 41 anecdoton se mox editurum ex cod. Sangall. 265 adnotat Traube).*

„ *154ᵛ* „ *1* „ *12* ITEM DE EIUSDEM Laudate altithronum pueri laudate tonantem *eqs.* *(de psalmo 112; edidit Canisius lect. antiq. VI 619, repetet Traube ex cod. Sangall. 869).*

„ *154ᵛ* „ *1* „ *24* ALDELMUS Omnitenens dominus formator et auctor *eqs.* *(sunt Aldhelmi laud. virg. praef. 11—18. laud. virg. 1—16. 32—44. de princ. vit. 369—383. 426—459.*

„ *155ʳ* „ *2* „ *5* PROSPER Ille deus rerum caeli terreque creator *eqs.* *(sunt Ps. Prosp. ad uxor. 79—90. 97—99. 113—114; cf. Paul. Nol. ed. Hartel II p. 346 sq.).*

„ *155ʳ* „ *2* „ *22* DRAGONTIUS Omnipotens aeterne deus fons auctor origo *eqs.* *(exhibet laud. dei 2, 1—46. 66—97. 101—106. 115—146. 154—162. 208—224. 3, 1—23. 25—26. 125—127. 530—546. 548—557. 564—598. 613—619. 625—630. 632—649. 662—664. 666—677. 720—726.*

de scriptura codicis nihil fere est adnotandum nisi quod et ille ut B versibus corruptis praefigit signum r *(3, 17. 542. 565. 627); de orthographia pauca quae opus erunt commemorabuntur in indice.*

---

1) *quae praepono versibus nomina in codice perscripta sunt litteris uncialibus in margine descendentibus.*

quae causa Alcvinum induxerit ut librum primum laudum dei, quamquam eum novit (v. ad 1, 650), universum hoc in florilegio neglegeret, ignoro. ceterum statuendum est eum plane alia ratione atque auctorem florilegii C nusquam corrupisse verba Dracontiana ut melius in opusculo suo coirent; quaequae in A insunt menda, sunt librariorum.

EVGENI RECENSIO

quartus verborum Dracontianorum fons in primo carminis libro ut in satisfactione affluit. Eugenius igitur Toletanus episcopus († a. 657) iussu Visigothorum regis Chindasvinthi, qui nonagenarius obiit kal. Oct. a. 652, Dracontii cuiusdam libellos multis hactenus erroribus involutos *subcorrexit, id quod ipse testatur in praefatione opusculi (infra p. 27, 6). habuit igitur exemplar quod utrumque carmen christianum Draconti continebat, et* laudes dei *et* satisfactionem. *neque tamen hoc exemplar tunc temporis erat integrum. an putas Eugenium scripturum fuisse a Dracontio satisfactionem missam esse ad Theodosium II*[1]) *(v. p. 67, 5), nisi periisset in codice quem manibus terebat subscriptio illa, qua Gunthamundo destinatam esse epistulam probatur? simul autem cum subscriptione desecti erant fere 65 versus carminis, quorum nullus in Eugenianis codicibus legitur*[2]). *codex igitur vetustus in fine*[3]) *graviter erat laesus: cur tandem Eugenius non tres libros qui erant de laudibus dei, sed unum solum, primum dico, 'emendavit', cur huius quoque libri primam partem usque ad v. 118 omnino neglexit? quod si viginti fere annis ante Eugeni editionem Isidorus scripsit haec verba (viri ill. 24):* Dracontius composuit heroicis versibus hexameron[4]) creationis mundi et luculente quidem composuit, *nil amplius*[5]), *si idem Isidorus occasione data non affert versus Draconti nisi laud. 1, 515 et sat. 63, ex iisdem igitur carminum partibus, quas postea Eugenius tractavit — nonne certum putabis, in Hispania extitisse septimo saeculo ineunte exemplar horum carminum mutilum, in quo exciderant folia ea quae continebant laud. dei libros II et III, initium primi et satisfactionis finem*[6])*? hanc ob causam Isidorus*[7]) *non laudat nisi* hexameron heroicis versibus, *neque enim ille meminerat sequi in codice disticha satisfactionis*[8]). *talem igitur codicem*[9]) *iussu regis cum editurus erat Toletanus episcopus, sciebat*[10]) *se simile negotium suscepisse quale qui postumum amici opus emendaverat Varius, vel secundum sciolos (Leo,*

---

1) *de hoc agi non sine doctrina ex sat. 214 coniecit adhibito Prospero, qui ad a. 441 (Mommsen, chron. min. I 478, 1344) refert Ansilam quendam a Theodosio in Siciliam esse missum.* 2) *si Eugenius in manibus habuisset satisfactionem plenam, certo non substitisset in recensenda circiter v. 250; namque sic ut ille edidit totum carmen caret fine et consilio.* 3) *neque enim veri simile est satisfactionem in antiquo illo codice praecessisse laudibus dei, cum Eugenius expressis verbis libros I (hexameron) et II (satisfactionem) numeraverit; cf.* praecedenti carmine *in argumento p. 67, 4.* 4) *adnotandum etiam quod titulus* hexaemeron *non bene convenit in partem libri primi quam Eugenius edidit. neque enim finem fecit ille in Draconti v. 1, 426 quo finitur re vera hexaemeron vel saltem post 1, 555 quo explicit caput de origine peccati, sed recensuit libri 1 v. 118—754, ergo omne quidquid in promptu habebat.* 5) *de ultimis Isidori verbis haec mihi ex codicibus suppeditavit M. Ihm collega:* composuit et scripsit *Paris. 1791 saec. X Casin. 294 saec. XI,* composuit scripsit *Montepess. 406 saec. VIII/IX (ubi* composuit *deletum est) et Bern. 289 saec. X,* composuit *Barberin. saec. XII et recc.,* scripsit *Regin. 551 saec. XII. permira est interpolatio in cod. Laur. S. Crucis plut. XXII dext. 12 saec. XIII:* composuit. scripsit et alium eroico carmine librum, in quo veniam deo procedenti (-di *codex*) poscit opusculo metuens ne quid in eodem opere incauta voce notasset *quae nihil est nisi vitiatum enuntiatum ex iis verbis quae Eugenius interposuit inter hexaemeron et satisfactionem (v. p. 67). ergo talis Eugeni codex praesto fuit interpolatori. ceterum ad locum Isidori redire videtur glossa (IV 69, 21 Goetzii)* exaltemeron librum unum composuit. 6) *ne quid praetervidisse dicar addo me coniecturam fecisse, illius exemplaris cuius alteram partem habebant Isidorus et Eugenius, alteram ob oculos venisse Alcvino ideoque illum in florilegio A nullum ex primo libro neque ex satisfactione attulisse versum. tamen haec cum suspicarer mihi ipse argutior licito esse videbar.* 7) *praeterea quam maxime est attendendum Isidorum cum afferret v. 1, 515 ob oculos habuisse idem mendum* suillus *(pro* Psyllus*) quod Eugeni codex optimus isque Hispanus testatur.* 8) *pentametros non ἐνθέσει distinctos fuisse docent etiam Eugeni in fine satisfactionis artificia.* 9) *multis mendis illum etiam in servatis versibus affectum fuisse clamant nonnullae correctiones Eugeni, quas minime eum facturum fuisse veri simile si versus non corruptos in codice suo invenisset.* 10) *legerat etiam cum praefationem scriberet Serri ad Aeneida praefationem, v. p. 27 notam.*

plaut. Forsch. p. 38) Varius et Tucca (Eug. praef. poet. 22). nec tamen ut ille summatim *correxit quae in manibus habebat, sed ubiubi aliquid non intellegebat vel non probabat, summa cum licentia mutabat; ut ipsius verba apponam:* pro tenuitate mei sensuli subcorrexi, hoc videlicet moderamine custodito, quo superflua demerem, semiplena supplerem, fracta constabilirem et crebrius repetita mutarem. versiculos sane quos huic operi detrahendos esse putavi[1]), et sensu tepidi et verbis inlepidi et nulla probantur ratione subnixi nec in iis aliquid reperitur, quo lectoris animus aut mulceatur doctus aut doceatur indoctus. *de singulis mutationibus agere hic longum est; duas res adnoto: sustulit Eugenius in satisfactionis v. 22* nominis Asdingui bella triumphigera, *at reliquit 214* Ansila testatur, Maurus ubique iacet, *ut intellegas eum de Asdinguis nihil iam novisse, hos triumphos Theodosio adscripsisse*[2]*); porro mutavit in satisfactione doctrinam, qua Dracontius exposuerat deum et bona et mala cum consilio creavisse (v. 15 sqq.), substituit aliam:* adversa probrosa maligna inhonesta tu fieri pateris, qui mala nulla facis.

apparet puto ex his omnibus, quam caute ei agendum sit, qui ex Eugeni recensione subsidia ad redintegranda verba Draconti petiturus est[3]).

nititur editio Eugeni codicibus sat bonis[4]). *duos libellos, et hexaemeron et satisfactionem, servaverunt M et FP, hexaemeron solum LQ.*

M *fidelissimus testis est codex Matritensis olim Toletanus 14, 22 visigothicus saec. IX|X, de quo infra denuo erit agendum. descriptioni Gustavi Loewe (bibl. patrum lat. Hisp. I p. 284—290)*[5]*), in hac parte haec sunt addenda. praefatio prosaria non ut debuit operi praeposita est, sequitur tandem post finem f. 17*^{r} *et hic omissa praescriptione (p. 27, 1—3). neque altera praefatio versibus scripta plenum habet principium: incipit codex f. 1*^{r} *a versu tandem quarto* Ceperis ut limen *eqs. et omittit statim sequentem quintum. cum vero in ipso M ante primum non desit folium, putabimus turbas iam factas esse in exemplari ex quo descriptus est. idem efficitur eo quod in sequentibus bis versuum ordo diruptus est. sequitur enim post v. 11 statim v. 122; id est: 5 × 22 versus omissi sunt. unam autem ex his paginis omissis (v. 56—77) falso loco, dico fol. 4*^{r} *post v. 254, addidit librarius medio folio medium in contextum*[6]). *ergo in archetypo perierant duo folia (I III), tertii (II in ordine) una pagina aut ita erat pessumdata ut legi non posset*

---

1) *haec verba non spectare initium libri primi vel omissos libros II et III laudum vel finem satisfactionis supra exposui. quamquam fieri potuit ut ante hexaemeron libri I aliquot superstarent versus in codice vetusto. omisit autem Eugenius hos Draconti versus: 1, 251. 412—413 sat. 5—6. 22—23. 35—36. 51—52. 113—116. 121—130. 133 —136. 193—196. 207—208. 217—218, in unum contraxit 1, 661 et 662, addidit duos post 1, 272, item duos post sat. 16, pentametros post 245 et 251.* 2) *cf. p.* XVII *adnot. 1.* 3) *neque tamen utique sperni potest Eugenius in recensendo carmine. solus servavit v. 285. 327. 328. 684. 710. 721. rectos locos dat v. 164. 287, praeterea innumeris locis veram contra B suppeditavit lectionem. fides eius corroboratur codice C v. 340, quem B omisit, et multis singulis verbis, velut v. 339. 372. 402. 435sq. 460. 477. 545. 549. 741 ut graviora tantum enumerem. atque etiam codice G aliquot lectiones Eugenii contra B defenduntur, vide infra p.* XXIV. 4) *extitit a. 882 Oveti: catalogus Ovetensis (Ewald N. A. VI, 1880, 279) affert* Draconti .... lib. *hunc librum non fuisse M, mihi cum Ewaldio (ib. p. 581sqq.) convenit. tamen de Ovetensi ad carm. min. erit accuratius agendum. plenus Eugenius, non ab Wigbodo decurtatus (LQ), praeterea aderat in monasterio Augiensi; catalogus a. 822 (Becker p. 13) affert sub n. 413* metrum Dracontii de exameron lib. II in volum. I. *item saec. XII° inter libros Cluniacenses (n. 531 Delisle, cabinet des mss. II p. 479) erat* volumen in quo continetur Eugenius episcopus de commonitione mortalitatis humane et idem ipse in libros Dracontii et quedam epistola, opuscula diversorum auctorum versifice scilicet de evangelistis de compoto de epitaphiis et de huius modi. *de poetis doctisque qui Eugeni Dracontiana noverint, agam infra simul ac ad carmina Eugeni minora tractanda pervenero.* 5) *Peiperi in usum contulerat Dracontianos libellos R. Beer non satis accurate, quare ego ab H. Plenkers tum Hispaniam permigraturo petivi et impetravi ut dubia fulciret, vacantia expleret. qui quamquam munere suscepto strenue et quam maxime liberaliter perfunctus est, restant tamen de quibus dubitem. quare ubi de lectione codicis M mihi non constabat nisi silentio Beerii, signum uncis inclusi ut sit (M).* 6) *ante v. 56 et ante 255 in margine conspicitur * signum nigro colore scriptum et adnotatio miniata:* hic des(unt) .... *(cetera iam legi nequeunt), qua versus suo loco esse redditos probabile videtur.*

aut librari neglegentia praetermissa est. praeterea desunt in M praef. v. 1—3 et 5, de quibus iam rettuli, et ipsius carminis v. 230 (346), sat. 10 (12), quae lacunae iam satis demonstrant FP et LQ non fluxisse ex M. ceterum M lectionum integritate longe superat reliquos Eugenianos.

proxime accedit codex Parisinus (olim Nicolai Fabri) 8093, cuius pars prior F *(f. 1—38) Eugeniana continens scripta est saec. VIII/IX litteris visigothicis. descripsit L. Delisle apud De Rossi inscr. christ. II p. 292*[1]*). codex habet Draconti libellos ab Eugenio recensitos inde a f. 25 col. 1 eodem ordine quo ego edidi. contulerat in usum Peiperi*

---

1) *repeto hic partim descriptionem codicis pretiosissimi, cuius folia haec Traubii liberalitate expressa luce apud me habeo: 15v. 17v. 18. 20v. 21. 25v. 26. 31v. 32. 32v. 33. 33v. 34. 36v. 37. 37v. 38. 38v. 39. 47v. 48. 51v. 52. 77. 83v. 84. descriptionem composui ex variorum enotatis et imaginibus photographis; contuli ipse photographa ad carm. 6, 15—14, 33. hex. 10—136, sat. 137—198, monosticha.*

fol. 1 carmina Sedulii (non novit hunc codicem Huemer).

„ *15v ordo 1 vers. 18* EXPLICIT LIBER SEDVLII

„ *19* Prima dies nam lux terre mors una tenebris *eqs.*
(i. heptaemeron ex versibus Draconti compositum, nobis G, de quo infra p. XXII accuratius erit agendum).

„ *2* „ *25* Pius preclarus doctor alacer facundus *eqs.*
(anthol. epigr. hispana carm. 1—8, ed. de Rossi inscr. christ. II 1 p. 293 sqq.).

„ *16v* „ *2 med.* ORATIO BEATI EUGENI IUNIORIS
Rex deus inmense *eqs.*
(Eug. carm. [deest praef.] 1. 2. 3. 4. 6. 7. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 5. 16. 18. 19. 28. 36. 37. 38. 39. 42. 70. 97. 98. 99. 100. 96. 78).

„ *20* „ *2 vers. 10* PREFATIO IN LIBRO CATONIS

„ *20v* „ *1* „ *15* EXPLICIUNT PRECEPTA CATONIS
INCIPIT LIUER CATONIS PRIMVS

„ *21* „ *2* „ *3* INCIPIT LIBER SECUNDUS

„ *23* Aspera condicio *eqs.*
(Ven. Fort. carm. 9, 2 p. 205 Leo).

„ *24* „ *1* CONFESSIO BEATI ISIDORI
Sume miser debitum *eqs.*
(cf. Rossi II 1 p. 292).
UERSUS IN TRIBUNAL
Spiritus hic homines *eqs.*
(cf. Rossi II 1 p. 295).

„ *24v* PROUERBIA
(Eug. carm. 80—85).
EPITAFION BEATI LEANDRI YSIDORI ET FLORENTINE
(Rossi, anth. Hisp. 9—12, II 1 p. 255 et 296).

„ *24v* „ *2* UERSUS DE ESTATE EUGENI Dura que gignit *eqs.*
(Eug. carm. 101).

„ *25* „ *1* IN NE D̄NI INCIPIUNT LIUELLI DRACONTII
INCLITO GLORIOSO *eqs.*
(Eug. Dracontiana).

„ *32* MONOSTICA RECAPITULATIONIS *eqs.*
(Eug. monost. p. 67).
UERSUS BEATI MARTINI EPISCOPI
(edidit Peiper post Alc. Arit. p. 194 sqq.; ordo est in F XXII. XXIV. XXIII).

„ *32v* „ *1* UERSUS PAPE DAMASI IN LAUDE PAULI
(Rossi II 1 p. 247 n. 12 Ihm n. 2).

„ *2* UERSUS .... UASSI ... IN TUMULO ... MŪNIGE
(Riese, anth. 670, Rossi II 1 p. 252 et 273).

C. Wotke sat neglegenter, ut et in hoc codice exhibendo item ut in M mihi cavendum esset ne silentio conlatoris nimis confiderem[1] *lectoresque deciperem; his igitur locis signavi (F). praefationem Eugeni prosariam omnino non inspexerat Wotke: mihi rogatus liberalissime contulit v. cl. H. Omont. — F non habet lacunas illas, quibus M foedatus est, omnes exhibet versus Eugeni praeter satisfactionis ultimam partem inde a. v. 199 (231); hi 21 versus, i. exemplaris pagina una, periere in Φ aut non descripti sunt nescio qua de causa*[2]*). codex exaratus ab homine indocto scatet vitiis pronuntiationis et scripturae eius aevi Hispanicae*[3]*). de correctore F*[2] *infra erit agendum.*

P *plane eadem*[4]*) Eugeniana quae F continet alter codex Parisinus Reg. 2832 recentior, at et ipse sat antiquus, quippe* voto bonae memoriae Mannonis *(† 880)* ad sepulchrum sancti Augendi oblatus[5]*), quem plene descripsit E. Dümmler, N. A. IV 1878, 245. 297 sqq. poet. aev. Carol. II p. 508. Dracontiana leguntur fol. 11—29. in P codice utendo maxima est adhibenda cautio. neque enim ille ut F*[1] *fideliter descripsit exemplar, sed sine altero teste suis nixus viribus conatus est emendare.*

Φ *tanta autem est affinitas codicum F et P, ut necessario referendi sint ad unum archetypon Φ valde iam discrepans ab M et LQ*[6]*). atque id facile restituitur, plerumque*

EPHITAFION
Aspicite venientes *eqs.*
(i. Bücheler, carm. epigr. 756, Rossi II 1 p. 273 n. 3).

fol. 33 ordo 1 vers. 1 Quidquid ab hebreo *eqs.*
(Theodulf. carm. 41 I et II).

„ *35* „ *2 med.* hos versus sybillae sic beatissimus Augustinus contra Iudaeos adorsus est in libro ciuitatis dei *(18, 23) eqs.*

perierunt quattuor folia.

fol. 36ᵛ ordo 1 vers. 1 SCISSIMO DOMNO MEO MODOENO IVLIANVS SERUORŪ DNI SERUUS
Tua ętas grauis iã et maturato senio ualida *eqs.*

„ *2* „ *9* Uersus Isidori minoris in laude uirorū inlustriū . Ille Origenis ego
(sunt versus Migne 83 p. 1108 v. 7—29).

perierunt quaterniones VI—IX.

fol. 37 ordo 1 vers. 1 UITA UERGILII INCPT A FOCA GRAMMATICO URBIS ROMAE UERSIBUS EDITA
(Riese, anth. 671, 1—131).

perierunt sex folia quaternionis X[i]*.*

fol. 38 ordo 1 vers. 1 exegit largum tempus statuitque repperta
(carmen christianum mutilum ab initio).

„ *38ᵛ* „ *1* „ *13* INCIPIUNT UERSUS AGRESTI EPSCPI DE FIDE AD AUITŪ EPSCPM . . .
Inter christicolas celebres quos fama frequentat *eqs.*
in cuius carminis versu 49
Inmemor arbitrii dum simplex Eva draconi

finit pars codicis visigothica. de reliquis codicis partibus non minus pretiosis hic referre longum est.

1) *codicem ipsi mihi inspicere non licuit, neque enim roganti transmitti permiserunt bybliothecarii Parisini. at hercle si librum ipse vidissem spero me non commissurum fuisse eum errorem quo iusto longius detinebar scilicet ut putarem P ex F esse descriptum.* 2) *in F post 198 tres vacui sunt versus. deest praeterea hex. 466 v. not. 4.* 3) *vide ind. orthograph.* 4) *desunt etiam in P hex. 466 et satisfactionis finis.* 5) *de Mannonis codicibus v. L. Traube, Rhein. Mus. 48, 1893, 284 sqq. specimina scripturae ex P petita dat L. Delisle, Cabinet des mss. III 260 planche XXVIII, 2. 3.* 6) *vitia in FP communia permulta sunt; satis habeo afferre exempla gravissima: hex. 52* proferens, *141* Cum *om., 177* cunctis *pro* certa deus, *226* rubeus ignes totus *pro* rubuere genae totos, *386* Concordat *pro* Conrodat; *accedunt lacunae supra not. 2 et 4 commemoratae. tamen falsus eram cum putarem, P ex F fluxisse. obstrepit huic sententiae praecipue id quod in carminibus minoribus Eugeni P non redire ad ipsum F certum est (v. infra). inde etiam hoc discimus, non, ut olim opinabar, P ante oculos habuisse correctiones ab F*[2] *in F factos, sed versa vice F*[2] *suum codicem correxisse ad exemplum P codicis. quae cum ita sint, aliquid accipiunt ponderis pauci ii loci quibus P, qui cum cura orthographica vetera expulit, talia retinuit quae*

enim F^1 ipsa ea exhibet quae in Φ invenit, at P de suo interpolasse arguitur[1]*. cavendum solis iis locis quibus F^2 ex P falsas induxit correctiones*[2]*. ego in apparatu de P non constanter rettuli, addidi eius lectiones plerumque ut interpolationes editionum veterum unde provenerint appareat.*

Cum M et F omnia ea exhibeant quae ex Dracontio composuit Eugenius, LQ Laudunenses codices solum continent hexaemeron, omittunt et satisfactionem et praefationes epilogumque de VII dierum opere[3]*. atque id explicatur eo quod hi codices tradunt collectionem magnam quales his temporibus contexere solebant, collectionem quaestionum prosariarum Wigbodi*[4] *de singulis heptateuchi libris et carminum Hilari, Cypriani Galli. Probae, Alcimi, Draconti quae eosdem libros versibus enarrabant. plenum huius operis indicem est videre apud Peiperum p. LIII sq. ante Alcimum. qui autem confecit hanc de heptateucho saturam*[5]*), usus esse potest codice vetustiore S. Nazarii apud Laurishamenses, de quo post alios (Becker catal. p. 111 n. 463) egit Peiper Alc. Av. p. LIII Cypr. Gall. p. I*[6]*). codicum autem Laudunensium paulo vetustior est 279 (L), tamen recentior*[7] *quoque 273 (Q) etiam IX^i est saeculi. descripsit Peiper (Alc. Avit. p. LIII sq. Cypr. Gall. p. V); contulerat in eius usum utrumque E. Voigt cum editione Carpzovii, quod exemplar inter schedas Peiperianas possidet academia Vindobonensis.* LQ

maxime notabile est quod in LQZ desunt hex. 363—420 (Drac. 1, 481—538), pericrat ergo archetypi unum folium quod altera utra pagina continebat 29 versus.

---

non cernuntur in F ut hex., 110 spera *P,* sphera *F, 217* ominem *P, 298* inquid *P, potestque ad archetypon redire quod P hex. 175 recte habet* Atque eadem, *F vitiose* Atque quadam.

1) *v. ex. gr. hex. 390* aut *om. F,* et *P, 230* surgunt *F,* surgit *P, 415* obtare *(i. obstare) F,* hebetare *P. raro P quae in Φ non intellexit omisit, velut hex. 98 est in F:* Quae numero maiore uhaeris et plenã more (merore F^2), *non habet P nisi:* Quae numero maior. *149 F scripsit more Hispano* quoacta, *quod P non intellegebat, ergo omisit. 150* unda vel nimis *(pro* ignis*) F, nihil P.* 2) *exempla habeto haec: hex. 51* Et semper vesti comis frondescit ol/a *(*oliba *vidi habuisse F^1, ergo erat in Φ) quibus* ramis *addidit F^2 et* oliba *in* olea *mutavit secutus P qui habet mirum versum* Semper vesticomis frondescit et olea ramis, *item F^2 signis adpositis ordinavit; 84* celer forma *(pro* ceris formare*) F^1,* celestis forma *PF^2, 195* feta *F^1,* fetata *PF^2, 301* lunare lucet *F,* lunare lucente *PF^2, 371* redeiit *(i. redegit) F^1,* reiecit *PF^2, 477* animat *om. F^1,* recreans *PF^2, sat. 7* addit *verisimile est habuisse F^1,* confert *PF^2, 82* sidus oc *(pro* sirius hoc*) F^1,* sidus et hoc *PF^2. usus est autem corrector F^2 scriptura plerumque Franca, tamen non semel ubi tota verba vel versus rescribebat imitatus est pingendo manum Visigothicam; hic illic hoc studio mixtum aliquod genus scribendi effectum est.* 3) *item dimidiata est in LQ Proba, omissus Alcimi carm. lib. sextus.* 4) *collegit hic ante a. 800 iussu Caroli tum patricii Romani dicta Augustini, Gregorii, Hieronymi, Ambrosii Hilarii Isidori Eucherii Junilii.* 5) *num ipse Wigbodus etiam carmina singulis libris quaestionum praemiserit, quaesivit iam Peiper Cypr. p. III, tamen dubium reliquit. sane testes nos frustrari videntur, nam ut in LQ qui coniungunt prosarias quaestiones cum carminibus (cf. etiam bibl. Centulensis cod. 81 Becker catalogi p. 26) deest nomen Wigbodi, ita in cod. Trevirensi Martenii et in Laureshamensi aliisque (PMA I p. 88) qui Wigbodi nomen habent, desunt carmina. attamen adnotandum quod Wigbodus ipse scribit v. 58* Parvula excerpi Mosaica carmina bibli, *qui versus licet factus sit ad exemplum Eugenianum* Parvula praeparvi Draconti carmina libri, *tamen de quaestionibus prosariis solis dici aegre mihi persuadeo. accedit quod, ut iam Peiper monuit (Alc. Av. p. LVII; non observarit Dümmler in PMA I p. 95) Wigbodus in carminibus praeambulis furatus est non solum Eugeni versus multos ex praefatione Dracontianorum et monostichis, sed etiam Alcimi transcripsit 36 versus ex carm. libro sexto, hoc est ex Eugeni et Alcimi iis carminibus, quae non apparent in collectione Laudunensium, quibus igitur uti potuit Wigbodus ita ut fraus furis non statim perciperetur a lectoribus. postremo quod in LQ non legitur nomen Wigbodi, id argumentum multum debilitatur eo quod neque ante primum quaestionum librum excerptoris nomen allegatur nec totius collectionis titulus ullus traditur. tamen plane dissimile est veri ante saturam tam bene ordinatam non nominatum fuisse olim qui composuit; periit igitur in LQ vel eorum exemplari titulus et fortasse cum eo nomen Wigbodi. collectio autem ea quae carminibus caret ex maiore potest facta esse in usum homiliarum (similem collectionem ex Wigbodiana factam saec. X nuper invenit H. Omont, Notices et extraits 38, 1903, 22 in codice S. Maximini nunc Paris. nouv. acq. lat. 762).* 6) *infuit in Nazariano* metrum Dracontii de fabrica mundi, *quibus verbis plena dici Dracontiana Eugeni non certum est. nimis confidenter de hac affinitate inter Nazarianum et LQ iudicat Peiper.* 7) *nec tamen ex L descriptus est; qua de re sufficiunt quae p. XXII not. 1 composui.*

ex ***L***[1]) *fluxit codex multo recentior* ***Paris. lat. 14758 (Sti Victoris 380) saec. XIV,***
z *descriptus a Peipero (Alcimus p. LIX, Cyprian p. VI). librum* ***Monacum liberaliter transmissum ipse contuli neque tamen lectiones eius omnes exhibui, adspersi hic illic graviores quia ex* ***Z*** *impressa est editio princeps Morelii indeque assumpta sunt aliquot vitia in editiones vulgares*[2]).

Dracontiana igitur Eugeni restituenda sunt ex codicibus[3]) *secundum hoc stemma:*



G *codicibus magnis* ***BCA*** *et Eugeni recensioni accedit testis parvus nec tamen spernendus, auctor carminis de septem diebus servati in codice* ***F*** *(Paris. 8093)* ***f. 15v****, cuius pretium me sero perspexisse paenitet*[6]). *habemus igitur in codice haec:*

		Drac.
	fol. 15v col. I v. 18 EXPLICIT LIBER SEDVLII	
	Prima dies nam lux terre mors una tenebris.	*118*
	Lux datur ante polum lux clari causa diei	*119*
	Lux iubar etherium lux noctis limis et umbris	*120*
	Lux facies rerum cunctis lux elementis	*121*
5	Lux genitis cunctis calor lux gloria solis.	*122*
	Altera quippe dies celi conuexa merentur	*138*
	Et supra celos ingentia flumina dantur	*139*
	Hac dnatur aqua glomeratis fontibus alma	*140*
	Unda beata nimis meruit que tecta polorum	*142*
10	Celsa fabore dei iussu suspensa conatis	*143*

---

1 dies nam lucis erat mors ***B***, dies lux est terris mors ***Eug.*** 2 polos ***B***, polum ***Eug.*** 4 rerum dux lux cunctis ***B***, rebus cunctis et lux ***Eug.*** 5 per cuncta color ***B***, factisque calor ***Eug.*** gratia ***B Eug.*** 6 celo ***B*** meretur ***B Eug.*** (-entur ***F***) 8 Ac ***B Eug.*** *intellege* dominatur fluctibus ***B***, fontibus ***Eug.*** 10 tonantis ***B Eug.***

---

1) *non ex* ***Q****, ut ostendunt v. 617* luna minuente minore ***LZ****, rectius* liquore ***Q****, item 67* est in anni ***L***, in annis est ***Z***, *at recte* ***Q*** *cum reliquis* inest anni. *namque quod Voigt ad v. 503 adnotavit in* ***Q*** *esse* Parvula quod fuerat, *cum silentio testetur in* ***L*** *esse* Parua deo fuerat, *eum erravisse opinor, habet enim* ***Z*** Paruula dum fuerit; *erit in* ***L*** Paruula dum fuerat. *cf. etiam 75* grandinis ictus *recte* ***LZ****,* grandinis metus Q. *quibus fretus lacunis Peiperus dixerit* ***Z*** *neque ex* ***L*** *neque ex* ***Q*** *germinasse, nescio; certe in Dracontiana hoc arbitrium non cadit.* 2) *velut deest versus 248 in* ***Z*** *Moreliana Weitzii Rivini editionibus. omnino reieci cod. Paris. lat. 8321 saec. XV qui hexameron habet fol. 133 sqq. ex* ***Z*** *descriptum esse me docuerunt quae H. Lebègue intercedente Traubio mihi excerpsit.* 3) *neque enim qui legerint novi praeter Iulianum Eugeni discipulum, Albarum item Hispanum, in Gallia Theodulfum Wigbodi aequalem; glossarium nominatum ad v. 163 originis incertae est.* 4) *nam ad unum exemplar* ***FP*** *et* ***LQ*** *redire docent corruptiones in his communes hex. 81* (c)onus *136* tenue (***FLQ***, tenues ***P***) *cf. et 114* milex ***F***[1]***LQ***. 5) *Ω num fuerit Nazarianus 463 vel eius filius ego discernere non ausim.* 6) *in culpa erat Wotkii tenuis nec perfecta conlatio in usum Peiperi missa; vera tandem me docuit photographon Traubio intercedente a Parisinis acceptum hoc libro iam paene absoluto.*

	Tertia cęruleum ponti lux edidit ęquor	*149*
	Fluctibus inmensis pelagi freta glauca liquescunt	*150*
col. II	Et mari nauigerunt quatitur spumantibus undis	*164*
	Eruitur terra uasto dimerso profundo	*152*
15	Ac solidante globo grabior per inane pependit	*153*
	Aurora iam quarta dies premiserat undis	*206*
	Et rutilante globo conpresserat astra robore	*207*
	Mox solis fulgere globum iubet ire igne salutis	*208*
	Cuius ab igne suo luna iubet ire secunda	*211*
20	Nigra tenebrarum perrumpere tempora noctis	*212*
	Adet quinta dies animalia cuncta profundo	*234*
	Et quo sunt fluctus tot gignunt ęquora pisces	*238*
	Exilit inde uolans gens plumea leta per auras	*242*
	Aera concutiens pinnis crepitante uolatu	*243*
25	Ac uarios fundunt blando modulamine cantus	*244*
	Sexta dies species hominis formatur in artus	*cf. 255. 330*
	Spiritus infusus subito per membra cucurrit	*340*
	Inde de cos(ta) uiri socia formatur adulta	— *cf. 382. 383*
	His datur omnis umus quum quidque iussa creabit	*402*
30	Aeri uel pelagi fretus elementa duorum.	*403*
	Sabbatus inde sacer conpagat clausula mundi	—
	P . . . a data quies macina feriate librate	—
	Hac opera . . ęis sidere eque dicata perennis	—
	Recintibusque bonis dedit rebus sistere s . . . . s	—
35	P . . . . us ergo cunctis hostia sancta prefixit.	—

carmen igitur habemus propria ratione compositum quippe cuius 35 versus septempartiti singulis quinis celebrent opus illud ἑπτὰ ἡμερῶν. primus, sextus, undecimus ac deinceps quinti in ordine versus etiam in codice rubris sunt signati litteris. ipsum scripturientem (namque taedet eum poetam dicere) deprendimus inde a versu 26; illuc usque sat habebat paucis mutatis (5 gloria *nisi hoc est librari, 18* fulgere, *20* perrumpere, *22* gignunt aequora*) Draconti conscribere versus. atque primum fere ipsius verbum* (Sexta die) *sat denotat balbutientem barbarumque; luce clarius v. 30 sqq. quos ipse conferruminavit demonstrant nos rem habere cum Hispano Albari fere aequali et aeque inlitterato. ut interpretemur singula: v. 26* sextă die *voluit; 28* dĕ costă; *29 fortasse probabat ipse illud* quidque *depravatum ex Draconti* quidquid; *30 bellus est* aeri *gen.; 31 intellegendum* compaginat clausula(m); *v. 32 sqq. metrum et Latinitatem derelinquere oportebit qui auctoris sententias recuperare studebit: nescio an voluerit:* Prima data quies machina feriante librata, *de reliquis despero;* hostia *v. 35 videtur esse* ostia.

hoc carmen non ex Eugeni hexamero, id quod ante credidi, sed ex genuinis Draconti versibus factum esse duae res comprobant: neque ille in septimo die usus est Eugeni versibus de hoc die additis (v. p. 67 monost. 7 sqq.) et exhibet aliquot lectiones Dracontianas, quas nemo ex Eugeni recensione restituere poterat. inter quas eminet et validissimi instar argumenti est illud quum quidque *in v. 29: quis gentium hanc audacem Draconti iuncturam praepositionis* cum quidquid iussa creavit *ex levi et simplici coniectura Eugeni* et quidquid i. cr. *umquam potuit resuscitare? huic loco accedunt alii: v. 1* nam, *4* rerum,

---

13 *(quem falso loco habet B)* mare nauigerum *B Eug.* 14 tellus *B*, terra *Eug.* demersa *B Eug. (pars codd. habet* dimersa*)* 15 Et *B Eug.* 16 Aurora *om. B*, Aurora *(sic) etiam codd. Eug. omnes (deest M)* 17 polo *B Eug.* ora *B*, astra *Eug.* 18 solis radiare *B Eug.* ire *om. B Eug.* 19 lunam i. i. secundam *B Eug.* 20 corrumpere *B Eug.* 21 Vidit *B*, Addit *Eug.* profundo *Eug. FP*, profundi *B Eug. LQ (deest M)* 22 quot *B Eug.* tot forsitan equore *B*, tot forsan in equore *Eug.* 25 uarias fundunt uoces m. bl. *B*, uarias fundunt bl. m. uoces *Eug.* 28 ta *s. s. man. 2* 29 cum quidquid *BC*, et quidquid *Eug.* 30 Aeris et *B Eug.* fetus *B Eug.* (fretus *FP*) 32 *an* P(rim)a*? non fuit* P(atr)i 33 ci *non certae, possunt fuisse* ti *vel etiam* n *potest esse* perenni 34 *in fine tam* sum(m)is *quam* sumens *quadrat ut ponam exempla*

5 cunctis, *qui per se minus valerent, nunc grata afferunt adiumenta. ergo G suum sibi locum in historia traditionis Draconti exposcit iuxta ipsum Eugenium et pleniores codices; docet nos adfuisse etiam saec. IX° in Hispania genuinum Draconti poema vel certe partem eius* [1]).

quae cum ita sint, aliquot libri primi Dracontiani locis quibus G carmine nondum bene cognito Eugenium interpolata dedisse verba, B autem genuina retinuisse credebam, Eugeni fides testimonio G codicis corroboratur, B autem per quinque illa saecula quibus illis est recentior menda traxisse. mutanda inde in meo contextu haec: 1, 119 polum *(sic G Eug.), 121 fortasse verus est ordo* cunctis dux lux, *122* calor *(sic G Eug.), 138* caeli *(sic G Eug.), 140* fontibus *(sic G Eug.), 207* astra *(anachronismus igitur est Draconti, non Eugeni), 234* addit *(sic G Eug.), 244 vide ne genuinus fuerit ordo* ac varias fundunt blando modulamine voces [2]).

CONSPECTVS *iam ut uno obtutu qui quoque laudum dei loco aut fluant aut cessent fontes conspiciatur addo laterculum omnium:*

I 1—9	B C — — —	I 123—137	B — — Eug. —	I 329. 330	B C — Eug. —
10—17	B — — — —	138—140	B — — Eug. G	331. 332	B — — Eug. —
18. 19	B C — — —	141	B — — Eug. —	333. 334	B C — Eug. —
20	B — — — —	142. 143	B — — Eug. G	335	B — — Eug. —
21	B C — — —	144—148	B — — Eug. —	336	B C — Eug. —
22—41	B — — — —	149. 150. 164	B — — Eug. G	337	B — — Eug. —
42	B C — — —	151	B — — Eug. —	338. 339	B C — Eug. —
43—61	B — — — —	152. 153	B — — Eug. G	340	— C — Eug. G
62	B C — — —	154—181	B — — Eug. —	341	B C — Eug. —
63—70	B — — — —	182. 183	B C — Eug. —	342	B — — Eug. —
71	B C — — —	184—191	B — — Eug. —	343—351	B C — Eug. —
72. 73	B — — — —	192	B C — Eug. —	352	B — — Eug. —
74—77	B C — — —	193—205	B — — Eug. —	353—355	B C — Eug. —
78	B — — — —	206—208	B — — Eug. G	356—359	B — — Eug. —
79	B C — — —	209. 210	B — — Eug. —	360	B C — Eug. —
80—85	B — — — —	211. 212	B — — Eug. G	361—363	B — — Eug. —
86	B C — — —	213—233	B — — Eug. —	364. 365	B C — Eug. —
87. 88	B — — — —	234	B — — Eug. G	366	B — — Eug. —
89—92	B C — — —	235—237	B — — Eug. —	367—374	B C — Eug. —
93—95	B — — — —	238	B — — Eug. G	375. 376	B — — Eug. —
96—98	B C — — —	239—241	B — — Eug. —	377—384	B C — Eug. —
99. 100	B — — — —	242—244	B — — Eug. G	385	B — — Eug. —
101	B C — — —	245—250	B — — Eug. —	386—390	B C — Eug. —
102	B — — — —	251	B — — — —	391. 392	B — — Eug. —
103	B C — — —	252—284	B — — Eug. —	393—397	B C — Eug. —
104. 105	B — — — —	285	— — — Eug. —	398	B — — Eug. —
106	B C — — —	286—301	B — — Eug. —	399. 400	B C — Eug. —
107—109	B — — — —	302	B C — Eug. —	401	B — — Eug. —
110	B C — — —	303—325	B — — Eug. —	402	B C — Eug. G
111—117	B — — — —	326	B Eug., Ex. Vat.	403	B — — Eug. G
118—122	B — — Eug. G	327. 328	— — — Eug. —	404—407	B C — Eug. —

1) *opinor autem eum qui carmen G composuit ante oculos habuisse illud ipsum lacerum exemplar ex quo Eugenius suum descripsit hexameron. quod ut credam moreor lectionibus aliquot apud Eug. et in G concinentibus, quae eadem archetypi menda referunt: velut v. 1 in exemplari veteri iam peccatum erat* terre *pro* erat *(potest olim scriptum fuisse* luc$^{s}_{l}$erat *more Hispano* s *supra* i *longiorem imposita) quod postea Eug. deleto* nam *interpolarit in* lux est terris; *porro iam in archetypo exciderit in v. 4* dux, *quod nec G nec Eug. praestant; etiam* terra *in v. 14 pro* tellus *Hispani est non Draconti.* 2) *quae in apparatu critico mutanda sint componam in addendis.*

I 408—411	B — — Eug. —
412. 413	B — — — —
414. 415	B C — Eug. —
416—426	B — — Eug. —
427—429	B C — Eug. —
430—434	B — — Eug. —
435. 436	B C — Eug. —
437. 438	B — — Eug. —
439—441	B C — Eug. —
442	B — — Eug. —
443—445	B C — Eug. —
446—458	B — — Eug. —
459—465	B C — Eug. —
466—468	B — — Eug. —
469—474	B C — Eug. —
475. 476	B — — Eug. —
477—484	B C — Eug. —
485—487	B — — Eug. —
488—491	B C — Eug. —
492	B — — Eug. —
493	B C — Eug. —
494—514	B — — Eug. —
515	B — — Eug. —
	Isid.
516—534	B — — Eug. —
535. 536	B C — Eug. —
537—541	B — — Eug. —
542	B C — Eug. —
543. 544	B — — Eug. —
545	B C — Eug. —
546—548	B — — Eug. —
549—551	B C — Eug. —
552	B — — Eug. —
553	B C — Eug. —
554	B — — Eug. —
555	B C — Eug. —
556—559	B — — Eug. —
560	B C — Eug. —
561—610	B — — Eug. —
611	B — — Eug. —
	Iap. Legion.
612—618	B — — Eug. —
619	B C — Eug. —
620—660	B — — Eug. —
661	B — — — —
662—683	B — — Eug. —
684	— — — Eug. —
685—695	B — — Eug. —
696. 697	B C — Eug. —
698	B — — Eug. —
699. 700	B C — Eug. —
701	B — — Eug. —
702. 703	B C — Eug. —
704—706	B — — Eug. —
707. 708	B C — Eug. —
709	B — — Eug. —
710	— — — Eug. —
711	B C — Eug. —
712. 713	B — — Eug. —
714. 715	B C — Eug. —
I 716—720	B — — Eug. —
721	— — — Eug. —
722—732	B — — Eug. —
733—736	B C — Eug. —
737	B — — Eug. —
738. 739	B C — Eug. —
740	B — — Eug. —
741	B C — Eug. —
742—745	B — — Eug. —
746—750	B C — Eug. —
751—754	B — — Eug. —
II 1—35	B — A
36	B C A
37—46	B — A
47—56	B — —
57	B C —
58—65	B — —
66—97	B — A
98—100	B — —
101—106	B — A
107—114	B — —
115—146	B — A
147—153	B — —
154. 155	B C A
156	B — A
157—159	B C A
160	B — A
161	B C A
162	B — A
163—197	b — —
198. 199	B C —
200—203	B — —
204	B C —
205—207	B — —
208—214	B C A
215	B — A
216—219	B C A
220	B — A
221—223	B C A
224	B — A
225—234	B — —
235—238	B C —
239—372	B — —
373—379	B C —
380—387	B — —
388. 389	B C —
390—392	B — —
393	B C —
394—404	B — —
405. 406	B C —
407—411	B — —
412	B C —
413. 414	B — —
415	B C —
416. 417	B — —
418—420	B C —
421—428	B — —
429—431	B C —
432—434	B — —
II 435. 436	B C —
437—466	B — —
467—473	B C —
474—480	B — —
481—485	B C —
486—508	B — —
509. 510	B C —
511—515	B — —
516—519	B C —
520—523	B — —
524	B C —
526—527	B — —
528	B C —
529. 530	B — —
531	B C —
532. 533	B — —
534	B C —
535	B — —
536	B C —
537—540	B — —
541. 542	B C —
543—551	B — —
552—554	B C —
555	B — —
556—559	B C —
560—564	B — —
565. 566	B C —
567—596	B — —
597	B C —
598	B — —
599—601	B C —
602	B — —
603	B C —
604—624	B — —
625—628	B C —
629	B — —
630—633	B C —
634	B — —
635—637	B C —
638—640	B — —
641. 642	B C —
643—649	B — —
650—652	B C —
653—656	B — —
657	B C —
658	B — —
659—661	B C —
662. 663	B — —
664—666	B C —
667—671	B — —
672. 673	B C —
674—685	B — —
686—688	B C —
689	B — —
690—692	B C —
693—695	B — —
696. 697	B C —
698. 699	B — —
700	B C —
701—703	B — —

II 704—706	*B C* —	*III* 250—479	*B* — —	*III* 612	*B* — —
707—712	*B* — —	480. 481	*B C* —	613	*B C A*
713	*B C* —	482	*B* — —	614—617	*B* — *A*
714—795	*B* — —	483	*B C* —	618. 619	*B C A*
796. 797	*B C* —	484	*B* — —	620—622	*B C* —
798. 799	*B* — —	485. 486	*B C* —	623. 624	— *C* —
800. 801	*B C* —	487. 488	*B* — —	625—630	— *C A*
802	*B* — —	489. 490	*B C* —	631	— *C* —
803—805	*B C* —	491—529	*B* — —	632—642	— — *A*
806. 807	*B* — —	530—546	*B* — *A*	643—649	— *C A*
808	*B C* —	547	*B* — —	650—661	— *C* —
809—818	*B* — —	548—557	*B* — *A*	662. 663	— — *A*
		558—563	*B* — —	664	— *C A*
III 1—23	*B* — *A*	564	*B C A*	665	— *C* —
24	*B* — —	565	*B* — *A*	666—669	— *C A*
25. 26	*B* — *A*	566. 567	*B C A*	670—673	— — *A*
27—97	*B* — —	568—571	*B* — *A*	674—677	— *C A*
98	*B C* —	572—577	*B C A*	678	*B C* —
99—124	*B* — —	578	*B* — *A*	679—719	*B* — —
125—127	*B* — *A*	579—590	*B C A*	720—725	*B C A*
128—209	*B* — —	591	*B* — *A*	726	*B* — *A*
210	*B C* —	592. 593	*B C A*	727—734	*B* — —
211	*B* — —	594—598	*B* — *A*	735. 736	*B C* —
212	*B C* —	599—601	*B C* —	737—744	*B* — —
213—215	*B* — —	602	*B* — —	745—748	*B C* —
216—218	*B C* —	603—607	*B C* —	749	*B* — —
219—247	*B* — —	608. 609	*B* — —	750—755	*B C* —
248. 249	*B C* —	610. 611	*B C* —		

quae adhuc descripsimus et disputavimus ex iis facile cognoscitur nullum ex quinque quibus laudum dei carminis fides nitatur testibus BCAG Eug. inter se ab alio pendere, omnes sui esse iuris. difficilior restat quaestio num olim aliqua et quali fuerint consanguinitate coniuncti.

si cum cura perlustrabis varietatem lectionum, quam ad hexaemeron Eugeni et librum primum Draconti adscripsimus, non te fugiet aliquot locis mirum in modum concinere Eugeni codices et Draconti Bruxellensem. nihil ponderis tribuerem locis velut 1, 200 laedat *B Eug. pro* laedant, *vel 675* languescunt *(B Eug.) pro Dracontiano* languescant, *vel 322* Frigidus *B Eug. pro* Phrygius, *vel 744* Inpendis *B Eug. pro* Inpendes, *vel 500, ubi iam in Eugeni codice destructum fuisse videtur rarum vocabulum* omnituum, *vel 300 ubi ante* temperat *Eugenius non iam vidit vocem in B quoque amissam* tempore, *vel 282, in quo versu pro* Massyla *B praebet* marsyla *neque Eugenius integrum ferarum epitheton invenisse videtur cum scriberet* maxilla — *his, inquam, locis non confiderem in iudicio faciendo, at quattuor restant versus qui mihi probare videntur id quod non expectaveram, scilicet Bruxellensem codicem longinquo quidem gradu, at tamen redire ad ipsum illud exemplar ex quo Eugeni codex mutilus Dracontianus descriptus est. primum non credo Eugenium v. 255 ausurum fuisse interpolare pro* Sexta dies *verba* Ipsa dies, *nisi in suo codice similiter ut in B invenisset corruptum* Exta; *deinde apparet v. 205 Eugenium sibi corrigere visum esse quae tradita invenerat cum scriberet* Cetera, *invenisse autem* Littora *(sic B) aut simile monstrum; tum v. 252 pro genuina lectione* Est unus *in Bruxellensi habemus* E studiis, *Eugenius totam quidem sententiam deformavit, attamen sublucet adhuc lectio archetypi eadem quae in B est, quam tamen Eugenius interpretabatur* Est viridis; *postremo in loco de tigride orbata v. 311 verba* vento fetata marito *in B corrupta sunt in* un&o fetata marito, *simile autem mendum probabile est in causa fuisse ut Eugenius ex sua facultate et prosodia daret* venit ac feta marito. *etiam 515 quod pro* psyllus *B habet*

sibilus *concinit cum lectione codicis Hispani ab Isidoro et Eugenio probata* suillus. *quae cum ita sint vix negari potest, ascendere nostros laudum dei codices (namque A et C proximos esse Bruxellensis paulo infra demonstrabimus, ut G concinere cum Eug. iam diximus) ad exemplar Hispanum non recentius VII saeculo ineunte. atqui Eugeni et Isidori, ut p. XVII docuimus, codex Dracontianus iniuria temporum admodum laceratus et corruptus erat: videntur igitur nostra exemplaria fluxisse aut ex hoc ipso codice nondum laeso aut ex patre eius item Hispano*[1]). *neque dubito quin qui titulum Legionensem a. 630 dictavit versum 12 (= 1, 611)* omnibus hís mox est de flammis tollere flammas *insculpendum curaverit secundum huius codicis fidem*[2]).

praeter G et Eugenium qui extant laudum dei codices ex uno eodemque libro Y fluxisse veri simile est[3]). *namque A et C non multa quidem at tam luculenta vitia habent communia, ut facile perspicias eos redire ad unum exemplar, cui Ω nomen in stemmate esto*[4]). *iam cum BC in ea parte, ubi Eugenius adest, non conspirent in vitiis*[5]), *A et B in secundo et tertio libro eadem habent vitia talia, qualia non facile imputes vetusto illi exemplari Hispano*[6]). *quare in stemmate B non quasi ex ipso Ξ derivatum repraesentavi, sed cum Ω ad idem archetypon Y reduxi, quod iam minusculis q. d. litteris, fortasse insularibus conscriptum opinor.*

---

1) *nihil igitur obstat quin coniciamus Columbam, cuius epistulas poeticas versibus Draconti exornatas a. fere 612—615 scriptas esse Gundlachius docuit, hunc codicem Hispanum vetustiorem Isidoro describendum curasse, probari tamen non quit quia desunt in versibus a Columba usurpatis vitia arguta (non sufficit sat. 220).* 2) *namque si in eo infuisset* is, *vix aut B haberet* his *aut Eugenius scripsisset* hic. 3) *fortasse in hoc iam non descripta erat satisfactio cuius in BAC nec vola cernitur nec vestigium. bis erravi in recensione carminis Eugenio et C codici menda communia tribuendo quae pro veris lectionibus habenda sunt. dico v. 1, 330, ubi legendum cum Eugenio* Formatur, *quia C* Formatus *exhibet;* Forma dei *in B ex male intellecta adbreviatione syllabae* -tur *orta esse videtur. item nunc probo in v. 1, 435 ea quae C Eug. habent* bonitate pius *(at* pietate bonus *B), ut v. 436 legendum sit* bonus *(sic B Eug.;* pius *C). attamen v. 355* rura *et 388* astare *et ab Eugenio et a centonario ex intempestiva Vergili memoria interpolata sunt, ut uterque 374 singularem constructionem* de quod *in* de quo *falso mutavit. contra a variis librariis eodem modo peccatum est: 1, 406* ingeniti *C Eug. (recte* ingenui *B), 550* fructum *C Eug. (recte* fructus *B), item 415* nescire *B Eug. (recte* nescite *C). neque ad Y ascendere puto 1, 379* quod *BC (recte* quo *Eug.), 482* futuros *BC (recte* futurus *Eug.), sed bis eodem modo in singulis codicibus esse peccatum. unus restat locus 350, ubi fortasse consensus codicum BC in* stringente *probat idem mendum fuisse iam in Ξ, nam quod Eugenius dedit* stringentes *potest item redire ad* stringente. 4) *en habes conspectum: 2, 208* Te cherubim seraphim dominumque deumque *AC pro recto ordine qui est in B* Te seraphin cherubinque deum dominumque; *2, 210* Pronus *AC, recte* Thronus *B; 3, 723* somni *AC, recte* noctis *B; quibus adde leviora 2, 159* rabide *AC pro* rapidae *(B), 2, 213* hiempsque *A*, hiemps *C pro* hiemes *(B), 3, 576* adest *A (?) C pro* ades *(B), 3, 579* sit *AC pro* si *(B). B autem et C contra A non conspirant nisi in talibus quae facile uterque librarius commisisse potest, scilicet 2, 210* precantur *BC pro* precatur *(A) et 3, 725* precatur *BC pro* precantur *(A). eadem res est utroque loco quo A et B errant, cum C veram det lectionem: 2, 209* laudant *AB, recte* laudans *C; 3, 721* pressus *AB, recte* pressum *C.* 5) *neque enim sat gravia sunt quae respiciantur in versibus 1, 379. 482 (v. nota 3) neque hac in re valent orthographica qualia 1, 183* Ortus, *489* Hos, *licet haec redire videantur ad Ξ.* 6) *sunt haec: 2, 8* auctore *AB pro* aurorae, *2, 11* vices sua *AB pro* vice sua, *2, 14* tua *AB pro* tu, *2, 17* qui *AB pro* quia, *2, 41* Mentibus *AB pro* Omnibus, *2, 77* Num quid *AB pro* Nam quid, *2, 78* alvum *AB pro* alvo, *2, 87* his qui *AB pro* qui, *2, 92* hisdem *AB pro* isdem, *2, 96* tua *AB pro* sua, *2, 127* visus *AB pro* iussus, *2, 133* exemptis *AB pro* exemptus, *2, 134* Sanguis insolitis *AB (verum adhuc latet), 3, 4* innumeris *AB pro* innumeri, *3, 6* iubes *AB pro* iubens, *3, 7* polos stent *AB pro* polo stent, *3, 12* iubet *AB pro* iubes, *3, 569* quod *AB pro* quot, *596* est *AB pro* es: — *enotavi omnia haud nescius posse aliqua iam ad Ξ redire ut 2, 77* Num, *2, 92* hisdem, *aliqua librariis imputari bis commissa ut 2, 133* exemptis, *3, 6* iubes, *3, 569* quod.

stemma igitur memoriae est hoc:



quae cum ita sint nemo mirabitur quod in ABC adhuc leguntur vestigia orthographiae qualem praebent codices Hispani 4). *Y autem aut aliquis inter Ξ et Y codex scriptus videtur fuisse litteratura insulari quam dicunt, id quod veri simile reddunt errores in B commissi quales 1, 310* inceptus *pro* incertus, *3, 274* retibit *pro* petivit, *3, 480* captissima *pro* castissima, *1, 474* fatuit *pro* patuit, *2, 259* heros *pro* error, *3, 77* defendere *pro* dependere, *aut in A 2, 75* fugeant *pro* vigeant, *2, 90* intra se *pro* intrasse, *aut in C 1, 89* perire *pro* ferire.

iam codicum stemma si cum eis componimus quae p. VIII—IX collegimus de lectoribus poetae christiani haec fere evadit imago notitiae:

Dracontius

exemplaria Africana	*Hispanum*	*Italia*	*Gallicum (?)*
(Fulg. Coripp.)	*(Isid. Eug. GBC Alcvin.)*	*(Arator, Rust. Help., Columba)*	*(Venant. ?)*
	Anglicum (Aldh. Bedae) exempl. Vatic.		

SATISFACTIO V

genuinam satisfactionem integram unus nobis servavit codex ab Arevalo inventus Vaticanus Reg. 1267 saec. IX ut mihi videbatur formae quartanae. liber, quem ipse Romae excussi, ex variis partibus compactus est: folia 1—138 sunt XIV^i vel potius XV^i saeculi, continent secundum indicem fol. 1^v perscriptum Euclidis elementorum libri sex, Boetius de Arithmetica, Practica Arithmetices, Tractatus de sphaera, Practica Quadrantis, Calendaris elucidatio; *folia 139—142, dimidius igitur quaternio, monstrant varias notationes arithmeticas litteris Beneventanis adscriptas (velut f. 139* incipiunt menses hebreorum a. XII kal. Aprilium Nisan *eqs.), secuntur fol. 141^v* Versus Marci poete de sancto Benedicto, *ab eadem manu antiqua descripti quae post pinxit Dracontium. post Marci versus leguntur fol. 142^v iterum varia de temporum computatione. folia 143—150, ultimus libri quaternio, prima*

1) *huius codicis errores ex B et Eug. composui p. XXVI. XXVII.* 2) *quae in Y inerant vitia, cernuntur in BA, cf. p. XXVII not. 6.* 3) *menda huius libri congessi p. XXVII not. 4.* 4) *vide indices orthographicos p. 448 sqq.*

pagina exhibent quaestiones et responsa de rebus arithmeticis scripta eadem manu quae cernitur f. 139 sq. fol. 143ᵛ incipit satisfactio sine ullo titulo, quae finit fol. 150ᵛ in hac subscriptione nigris uncialibus perscripta Explicit satisfactio Dracontii ad Guthamundum regem Guandalorum dum esset in vinculis. *paulo infra manus altera adscripsit versum cuius non legi nisi haec verba* Ei michi quod domino. *in extrema pagina cernitur indicium possessoris* Liber ecc(lesia)e maioris Ben(eventana)e. *in angulis superioribus fol. 143. 144. 145 inveni numeros foliorum sat antiqua manu adpictos 1. 2. 3. carminis verba raro (nota maxime v. 14. 39. 241. 289) correxit manus secunda et ipsa antiqua; nullius sunt pretii notae manus tertiae, quae in margine addidit talia v. 31* de Nabuchodon., *v. 69* de ferro *v. 81* de sole *eqs. manus primae litteratura est pulcerrima Beneventana, in his duabus rebus hic illic obnoxia errori:* t *tam plene pingitur ut facile pro* et *legatur (at ex. gr. v. 1 non inest in codice* condictor, *ut legit Kaibel, sed* conditor*), deinde* fi *ita ligantur ut incautus sibi* si *legere videatur, velut v. 163 non* sit *habet V, sed* fit.

Vaticani frater Gallicus est codex nunc Darmstadensis 3303. de his foliis Wimpfensibus (nunc Darmst. 3149. 3301. 3303) v. E. Dümmler N. A. 11, 77 sqq. foliorum biga quae nunc habet n. 3303 scripta est saec. IX a manu docti Galli. Monacum liberaliter transmissa fragmenta ipse excussi. continet f. 1—2ᵛ finem tractatus alicuius grammatici, deinde 2ᵛ lin. 22 litteris minimis epithalamium anecdotum medii aevi Felices iunguntur ecce Benedicto foedere Sponsus atque sponsa sibi, *quod recogniturus est P. de Winterfeld in IV volumine PMA; tum fol. 3ʳ incipit* Conflictus veris et hiemis *(Beda ed. Giles I p. 35). deinde legimus fol. 3ᵛ* Incipit satisfactio Traconi *(sic)* ad Gunthamundum regem. *in duobus ordinibus sunt perscripti v. 1—80, tum finit pagina et carminis fragmentum, neque umquam amplius in codice fuisse putabimus, cum tractatus grammaticus fol. 1ᵛ et 2ʳ uno tenore pergat. secuntur autem post satisfactionem fol. 4ʳ et 4ᵛ variae explicationes rhetoricae. atque folium 3ᵛ, quod continet carmen, maxime circum v. 3—10 et 46—50 adeo detritum habetur ut multae litterae non iam agnoscantur. cumque fragmentum ad verba Draconti recuperanda non magni sit momenti (cf. tamen v. 39 et 67), hoc saltem inde discimus adfuisse nono saeculo etiam in Gallia integram satisfactionem. lectiones aliquot a V recedentes et ab Eugenio comprobatae nec non orthographica quaedam ad antiquiorem usum redeuntia (38* bobe, *44* Eu, *47* modolamine*) docent, Darmstadensem non ex Vaticano esse descriptum.* **D**

atque etiam in satisfactione nobis praesto est recensio Eugeni, de qua supra fusius egimus. hic unum restat monendum, Eugenium carmen brevius multo licentius tractasse quam hexaemeron ideoque eius opere hac in parte maiore etiam cum cautione utendum esse. **Eug.**

iamque in satisfactione hoc imaginandum est stemma memoriae:



neque enim ulla in V vel D vitia nos docent hos codices affinitate iungi cum vetere illo exemplari Hispano Ξ, de quo supra p. XXVIII et XVII egimus. conspectus geographicus sit hic:

Dracontius sat.

exemplar Africum	*Hispanum Ξ*	*Itala*	*Anglicum*
(Corippi)	*(Isid. Eug.)*	*(Arat. Columb.)*	*(Aldhelm. Cellan.)*

Karolinorum
(mirac. Niniae, Alcvin.)

EDITIONES *ex editionibus carminum christianorum hae tantum memoratu sunt dignae: More-*
Morel *liana Paris. 1560*[1]*); Guilelmum Morelium exprimendum curasse cod. Z iam vidimus.*
altera sic inscripta est: B. Eugenii, Episc. Tolet. Opuscula, quibus inserti sunt Dracontii libelli duo, ab Eugenio eodem recogniti. Adiecta sunt aliorum aliquot veterum scrip-
Sirmond torum varia. Cura Iacobi Sirmondi Paris. 1609. *Sirmondus adhibuit cod. P, bene edidit, atque satisfactionem quidem primus, haud pauca correxit, ex. gr. ex Moreliana adscivit v. 466, qui deest in P. ego usus sum editione repetita quae exstat in Sirmondi operibus variis tom. II (Paris. 1696) p. 875sqq. ex M libellos auctos edidit Fr. de*
Lorenzana *Lorenzana in* S. S. p. p. Toletanorum quotquot extant operum tomo I (Matriti 1782). *praeterea nomino quia de superioribus editionibus plene refert librum:* Dracontii presbyteri Hispani carmen epicum hexaëmeron ab Eugenio II. Episcopo Tolet. emendatum eiusdemque elegia ad Theodosium iuniorem, Imperatorem Augustum. denuo edidit ac
Carpzov NOTIS illustrauit Ioh. Bened. Carpzov. Helmstadii apud C. G. Fleckeisen 1794. *editio est utilis ad cognoscendos uno conspectu errores illos quos de Dracontio credebant viri docti ante Arevalum, nam Carpzov initium fecit a variorum testimoniis de Dracontio et Eugenio Toletano, deinde in notis conlegit varias lectiones et ut potuit difficiliora explicare conatus est, hac tamen in parte fere nihil boni praestitit. neque ille compertum habebat iam tribus annis ante prodiisse eam editionem, quae prima iustum in Dracontio artis criticae fundamentum struxit; liber est:* Dracontii poetae christiani seculi V carmina.
Arevalo ex mss. Vaticanis duplo auctiora iis quae adhuc prodierunt recensente Faustino Arevalo, qui prolegomena varias veterum editionum lectiones perpetuasque notationes adiecit. Romae 1791. *doctissimus in Vaticana bybliothecarius amplissimis prolegomenis disputat de Draconti vita et scriptis, de Eugeni recensione, et pleni Draconti tractat codices ab ipso inventos. atque satisfactionis quidem reppererat optimum illum Vaticanum, minus ei favit fortuna in laudibus dei restituendis. neque enim habebat nisi ultimum pessimumque codicem U. attamen Arevalus invidiam fortunae superavit acrimonia ingenii, plurima vitia optime correxit atque in adnotationibus uberrimam utilissimamque explicandi materiem congessit. ad primum librum rectissime adhibuit Eugenium ita ut huius libri pars quae est de creatione mundi et de peccati origine in Arevaliana rarissime a probis Draconti verbis recedat. Arevalus igitur titulum restitutoris Draconti promeruit.*

ROMVLEA *hactenus de carminibus christianis; pergendum est ad Romulea. atque quot qualia-*
que carmina olim complexum sit hoc corpus, supra p. VI coniecturam fecimus; nunc erit referendum, ad quosnam praedes recurrant partes quae adhuc exstant. locupletissimus
N *praestat codex Neapolitanus bybl. nat. IV E 48 saec. XV chartaceus formae quartariae maximae. librum mihi ab humanissimo bybliothecae Neapolitanae praefecto Monacum missum cum pulvisculo ut dicunt potui excutere. continet autem codex 116 paginas, ultima et p. 32—36 (inter carmen VII et VIII) et p. 76 (post carmen IX) sunt vacuae. religata sunt folia hoc ordine:*

carm. I 1—V 192	*I quaternio*	*p. 1—16*	*charta insignita est imagine*
V 193—VII	*II quinio*	*p. 17—36*	*aquata agni dei*
VIII 1—474	*III quinio*	*p. 37—56*	*imago aquata: arbor*
VIII 475—IX	*IV quinio*	*p. 57—76*	*imago aquata: canis vel alius quadrupes*
X apographon prius	*V quinio*	*p. 77—96*	*imago aquata: anguis*
X „ alterum	*VI quinio*	*p. 97—116*	*imago: mulier piscicaudaria (p. 103|4 et 107|8) vel stella (p. 111|12)*

hae sex partes omnes excepta quinta (p. 77—96) ab uno eodemque scriba nitide et dilucide exaratae sunt (nam quod partes III et IV paullo alium praebent aspectum atque I, II,

1) *titulum longum diligenter rettulit Schenkl, poetae christ. min. I p. 339 not. 2.*

VI, ea culpa est chartae deterioris), ut decebat exemplar poetae antiqui. plane alia est condicio partis quintae. in hac enim carmen X exstat raptim manu festinante ductibus cursivis scriptum. neque dubium videtur quin hic totus quinio errore tantum ceteris interalligatus sit, cum is qui codicem conficiendum curabat eius loco sextum quinionem substitui voluerit. qui error nos aliquantum adiuvat in aestimando pretio reliquarum partium. apparet enim partes I—IV et VI scriptas esse a librario mercennario, cum scriptura cursiva partis quintae omnino referat manum docti cuiusdam. atque partem VI (n) *ex parte V (N) descriptam esse iam Duhnius (praef. p. III) monuit et facile videbit quisquis varias lectiones huius partis* (n) *ob eam ipsam rationem a nobis quamquam non plene receptas perlustrabit. quae cum ita sint vix quisquam credet partes I—IV ex ipso antiquo codice iam deperdito esse descriptas, immo mihi puto adstipulabitur ponenti, has partes item ac partem VI^am^ rescriptas esse secundum apographon illius docti, qui quinionem V^um^ confecit. neque in hac re neglegendum videtur in initio quinionis quinti sicut et tertii nomen poetae repetitum (carm. VIII tit.* Dracontij Opus de raptu Helenae, *carm. X tit.* Draconcij Medea*), unde intellegitur has partes aliquando, nimirum antequam colligarentur, seorsum exstitisse possessoremque cavisse ne dispersarum partium auctor ignoraretur. quis autem scripserit illum quinionem quintum haud difficile est conicere: Parrhasium manu propria confecisse totum librum nimis temere posuerat Ianellius (l. l. p. 172) neque tamen omnibus numeris absoluta est Duhnii sententia lata p. IV praefationis. Parrhasius igitur scripsit quinionem quintum*[1]*), quem nunc unum superesse ex toto libro maxime est dolendum; pro partibus perditis apographi ab ipso Parrhasio ad exemplar Bobiense decursi nobis substitutae sunt aliae perscriptae a calligrapho cui id munus Parrhasius mandaverat.* n

correctorem non passus est liber nisi uno loco. scriba enim qui opere finito atramento fusciore addidit titulos subscriptiones in locis ob eam causam inter scribendum vacuis relictis (monendum tamen subscriptionem illam praeclaram carminis quinti primo impetu esse scriptam) cum primam paginam evolveret, vidit se in I 4 errasse scribendo rex *et ex exemplo in margine restituit* grex. *numeri et carminum et decimi cuiusque versus (de errore hac in re commisso v. ad II 10 et II 50) adscripti sunt a manu recentissima fortasse A. Mai; eadem carmini VI° titulum indidit* Epithalamium. *saepe cernitur signum ⁘ corruptionem indicans (v. notas ad I 6. 20 II 17. 24. 36 passim), pars maxima horum signorum quin ex archetypo repetita sit nullus dubito. aliquotiens (V 254 VI 103 VII 85 X 127) versibus adpictum est* ℟ *i. require, quod et ipsum ex codice antiquo iteratum esse docet egregie II 126, ubi* ℟ *male intellectum abiit in* Cy.

hunc librum Neapolitanum in cuius ultima pagina legitur Antonij Seripandi ex Iani Parrhasij testamento *redire ad antiquum Bobiensem*[2]*) repertum ibi a. 1493 a Georgio Merula, dixit iam Duhnius (praef. p. IV), comprobavit O. von Gebhardt (Centralblatt f. Bibl. V, 1888, p. 391 sqq.*[3]*)). nos quae de quadrupertito olim codice pervetusto coniecimus v. p. VI.*

---

1) *hanc meam coniecturam rectam esse confirmavit epistula liberalissimi bybliothecae nationalis praefecti, in qua legitur: (la mano) 'che scrisse le pagine 77—96 è sicuramente del Parrasio, com' Ella ragionevolmente suppone, e come affare in modo evidente del confronto con altre scritture autografe di lui, qual' è per il M. S. IV F 35, con cui ho collezionato le pp. 77—96'.* 2) *cod. Hannov. XLII, 1845 fol. 111^v^* Dracontii opus in carmine. *Raph. Volaterr. comm. urban. IV p. 140* Draconti varium opus. *liber memoratur iam in catalogo monasterii Bobiensis a. 1461 (Peyron, de bibl. Bob. in M. Tulli Ciceronis orationum pro Scauro pro Tullio et in Clodium fragmenta inedita Stuttg. 1824 p. 45) n. 164* Dyaconti cuiusdam versificatoris tractatus in versibus. in littera longobarda. medioc. vol., *neque dubitandum quin sit idem qui est in catalogo saec. X^i^ (Becker, catal. antiqui p. 69) n. 376* librum Dracontii I, *nam christiana Draconti carmina, quae habuit Columbanus, adfuisse Bobii etiam saeculo decimo nulla re probatur. ceterum vetus ille Bobiensis scriptus fuisse videtur litteris minusculis, adspersis hic illic uncialibus, velut etiam nunc in N legitur VIII 379 Dixere, 389 Dum, X 113 uolucreR, 118 PeRsulcans, 224 ferRum. de rebus orthographicis et vitiis crebris dicetur in indice orthographico.* 3) *addendum, iis quae de quinione quinto ab ipso Parrhasio scripto disputavimus effici Parrhasium non potuisse ipsum acquirere codicem Bobiensem sed debuisse acquiescere in eo describendo.*

codex N, de quo relatum est in libro Catalogus Bibliothecae Latinae veteris et classicae manuscriptae quae in regio Neapolitano Museo Borbonico adservatur, descriptus a Cataldo Iannellio, Neapoli MDCCCXXVII *p. 172 sqq. et ex quo Helenam ediderat usus schedis Ianellii (v. Duhn praef. p. V sqq.) A. Maius* (Appendix ad opera edita ab Angelo Maio, Romae MDCCCLXXI *p. 103 sqq.), totus conlatus est a Fr. de Duhn, qui inde edidit carmina* (Dracontii carmina minora plurima inedita ex codice Neapolitano edidit Fr. d. D. Lipsiae 1873). *quam in editionem iusto severius invectus est Aem. Baehrens gloriam editionis principis sibi praereptam aegre ferens (Jahrb. f. Phil. u. Pädag. 107, 1873, 265 sqq.), qui et ipse carmina postea recensuit (poet. lat. min. V p. 126 sqq.). sane Duhnius haud raro in referendis codicis lectionibus peccavit (graviora commisit VIII 44. 246. 556), at saepius licet levius ipse Baehrens erravit, velut VIII 454 et Duhn et Baehrens silentio testantur* placidasque *esse in codice, cum non legatur nisi* placidas.

V *pleniorem Bobiensi Romuleorum codicem habebat qui composuit florilegium Veronense bybl. capitul. CLXVIII (155) membr. formae quartanae, 27 foliorum cum subscriptione:*

Expliciunt flores moralium a(u)toritatum maxime utilitatis et honoris sub breui interuallo conditi per me ⁂ V. In hoc Cassinii *(?)* opere laboro sub anno Christi imperantis millesimo bis centesimo iunctis centumque triginta minus uno.

florilegium, quod ipse totum Veronae descripsi, affert hos Draconti versus:

fol. 1ʳ, col. 2 lin. 1 Bloxus in Romulea:

Quia numina semper irasci miseris possunt felicibus autem
et praestare volunt *(frg. 1)*

fol. 3ᵛ, 2, 23 Blosus in Romulea: Egregias mentes virtus delectat in hoste = *IX 5.*

fol. 4ʳ, 2, 12 Blosus in Romulea: Dat virtus exempla bonis pravisque pudorem
Debilitat quos lapsa premit *(sic)* = *IX 8. 9.*

fol. 8ʳ, 1, 17 Blosus in Romulea:

Sed quid fata veto quid flexos *(deletum)* fixos arceo casus
cum nihil adversis prosit prudentia signis = *VIII 131—2.*

primum igitur fragmentum, quod esse re vera Draconti etiam imitatione Lucani ostenditur, pertinet ad carmen nobis non servatum, reliqua ab lectionibus in N servatis non nisi in minimis (Debilitas, lassa) *discedunt, possunt igitur ex ipso Bobiensi sumpta esse. atque etiam id ipsum quod florilegus erravit* flexos *pro* fixos *nobis quasi ante oculos ponit codicem vetustum minusculis scriptum, in quo* fi *litterae solito more erant ligatae ut sane imperitus primo obtutu* fl *legere posset.*

quisquis igitur conlegit flores illos Veronenses volvebat codicem Romuleorum auctiorem quam Merula invenit; antea[1] *iam avulsae erant aliae partes duae, altera Orestem continens, altera laudes Thrasamundi et carmina de mensibus et de origine rosarum.*

ORESTIS TRAGOEDIA

atque ea quidem pars quae Orestis tragoediam habebat, tribus quantum scimus exemplaribus propagata est[2]*: primo Gallico ex quo fluxit B, altero Danico ut videtur, eiusdem*

---

1) *non puto ab ipso Bobiensi, sed ab antiquiore codice; etenim vitia in quibus Orestis tragoediae libri B et A concinunt, pleraque redeunt ad exemplar visigothicis litteris perscriptum.* 2) *neque enim de aliis certius aliquid notum est. vestigia quidem adsunt duorum exemplarium; de altero haec scripsit I. Lelandius qui mortuus est a. 1552, in opere de scriptoribus Britannicis 1, 13 (Oxoni 1709 p. 19 sq.).* annis abhinc tribus aut eo amplius *(fuerit fere a. 1540)* auctioni veterum librorum interfui ... hic ego non carbones sed thesauros inveni, nempe Oresten, tragoediam antiquissimi sed auctoris hactenus mihi incerti nominis, non iambicis senariis, verum quod admiraberis hexametris heroicis accuratissime scriptam; coniectura *(nimirum falsa)* tantum est opus a Pomponio Secundo poeta conscriptum. *de hoc codice nihil amplius est notum. de altero extat epistola M. Antoni Cocci Sabellici (mortui a. 1506) in quarto tomo operum (Basileae, sine anni indicatione) inter epistulas libri VI^i p. 406* M. Anto(nio) Vergitio Rhithymneo. Legi uno spiritu Orestem quem mihi cognoscendum dedisti: vix credas quam ridicule me ea lectio suspenderit. nam dum tuum sequor testimonium ac quodammodo te autore

tamen stirpis ex qua est B, quod male nunc reddit A, tertio incertae patriae et aetatis, quo utebatur qui composuit in florilegio Proverbia Horestis. *antiquissimus optimusque modo recte utaris in tragoedia testis est codex Bernensis Bongarsianus 45 saec. IX circa Pari-* **B** *siorum fines scriptus*[1]*). exhibet post Lucanum*[2]*) inde a fol. 52ᵛ ord. 2 Orestis tragoediam, quam sequitur fol. 59ʳ ord. 1 Hygini fragmentum de astronomica. singulae paginae binis ordinibus continent fere 75—78 versus. cernuntur rarae correctiones plerumque rubricatoris manu factae. codicem quamquam iam a multis conlatus est non sine fructu ipse denuo contuli partim Bernae degens partim Monaci, quo egregia viri docti qui bybliothecae Bernensi praeest transmittendum curavit liberalitas. descripsit librarius latinam linguam paene non edoctus ex exemplari minusculis perscripto visigothicis ut videtur atque mendis illis quibus iam scatebat illud permulta sua adiecit. cum tamen non adulteraret quae inveniebat nisi rarissime et simplicissime ut aliquatenus verba efficeret latina*[3]*), certissimus exstat dux ad reperiendum verum ei qui diligentissime orthographiam et mendorum genera attendit. itaque dedi in appendice (p. 451) conspectum has res inlustraturum.*

at fallacissimus gubernator habendus est codex recentissimus Ambrosianus O. 74 sup. **A** *chartaceus, quem mihi post C. G. Muelleri A. Maii Baehrensii curas benignissime intercedente G. Fumagallio denuo contulit D. Bassi. eidem debeo codicis descriptionem. constat foliis 3 non numeratis et 183 numeratis atque videtur diversis olim partibus esse compactus, vacua enim habet haec folia vel paginas 30. 60ᵛ—64ᵛ. 79ᵛ—86ᵛ. 105ᵛ—111ᵛ. 133ᵛ—136ᵛ. 173ʳ—175ʳ, 180, item primum non numeratum. in hoc legitur* Felicibus Ill^{mi} et R^{mi} Federici Card. Borrhomaei auspiciis Olgiatus vidit anno 1603, *qui Olgiatus fuit primus bybliothecae Ambrosianae praefectus. quae continet codex carmina haec sunt:*

f. 1—30 Vergilii poematia
31—79ᵛ Claudiani epigrammata
87—105ᵛ Horestis fabula ab enoch asculano reperta incipit
112—133ᵛ Titi Calpurnii eclogae septem *(accedit Nemesianus, cf. Calp. ed. H. Schenkl p. LI)*
137—168ᵛ Ioviani Pontani liber cui titulus Parthenopeus

---

persuasum habeo sexagesimo abhinc anno fabulam in Dacia repertam inter vetustissima quaedam Romanorum scripta, dum praeterea lumina ibi haud pauca intercurrunt merae vetustatis aemula, prope modum adducor ut credam quod vis me credere esse id carmen haud nostri temporis. sed multo plura sunt quae non patiuntur me temere tuae de vetustate opinioni accedere nec potui in assidua scribendi occupatione totum carmen per ocium rimari. verum quia postulas ut de ea tota illius figura in universum loquar quod sentio: tantum affirmare possum aut ex recentioribus aliquem extitisse aliquando qui multo similior veteribus fuerit quam iis cum quibus vixit, aut si priscorum unus fuit, is certe habendus est qui ex ipso sit carmine poeticen auspicatus. Vale. *ex hac epistola hausit qui scripsit in libro 'Giornale de' letterati d'Italia' X (Venezia 1712) p. 482* per altro fu ordita al Sabellico una poco differente impostura. Angelo Vergizio da Rettimo nel Regno di Candia gli mandò una Tragedia latina intitolata 'Oreste' come lavoro di mano antica trovato già 60 anni nella Transilvania tra alcuni scritti antichissimi di Romani *(inde cum mendis A. Mai spicil. Rom. I p. XXIII). hic doctus cum pro Dacia quam vocaverat Coccius poneret Transilvaniam, decepit Maium Schenkelium Peiperum, quorum nemo ipsam Sabellici epistulam evolvere studuit. neque enim opinor dubium est quin Vergitius miserit Sabellico codicem eius stirpis qualis est A (v. p. XXXIV), descriptum ex exemplari ab Henocho Asculano in Dacia (id ipsum a Vergitio discimus) i. in Dania invento, ut est in codd. Vossiano et Vaticano elegiarum in Maecenatem* elegia uirgilii maronis in mecenatem inuenta ab Henoc in Dacia *(v. Ty. Mommsen, Rh. Mus. VI, 1848, 627). cum Henochus annis 1451—55 (v. G. Voigt, Wiederbel. d. klass. Altert. I³ p. 200 sqq.) regiones septentrionales permigraverit, etiam sexaginta illi anni de quibus Coccius verba facit fere conveniunt. his autem testimoniis, dico codicis A et Vergitii, concinentibus equidem non iam dubito quin vera sit illa de Oreste ab Henocho invento memoria, praesertim cum codicem A non ex B esse descriptum mihi certum sit, de qua re v. p. XXXIV not. 1.*

1) *v. Traube, Neues Archiv f. ält. d. Gesch.-Forschung XXVII p. 269.* 2) *v. Lucanus ed. Hosius p. XII.* 3) *exemplum sit v. 862 ubi* deplectent *B; sine dubio in exemplari videbat* deplent *corruptum ex* deflent.

169—172^{v} Eiusdem elegiae duae (Bophilus adolescens phiellam amicam suam alloquitur. *171* De fontibus baianis)
176—178^{v} Antonii Panormitae ad Iohannem Lamolam bononiensem elegia
178^{v} Pulex poeta de ortu atque obitu Hermaphroditi
179—180 Iani Pannonii epitalamium in Salomonem Sacratum et Liberam Guarinam
181—183^{v} Carmen in Venetae urbis laudem.

tragoediam igitur Draconti fert sub titulo Horestis fabula ab Enoch Asculano reperta, *de quo supra p. XXXII not. 2 egimus. atque hoc certum est A, apographon codicis Enochiani, non fluxisse ex B*[1]*). verum exemplar per se non malum tam gravibus interpolationibus foedatum est, ut in usum vocari non possit nisi summa cum diffidentia. quae lex eo acrius servanda est quo saepius vides leviter corruptam lectionem vetustam, qualis in B pura integraque exstat, in A recte levigatam esse. namque qui codicem A vel potius parentem aut avum eius correxit ubiubi levis emendatio non in propatulo erat, non erubuit litteras servatas susque deque habere et substituere quidquid libebat.*

---

1) *hoc ostendunt exempla orthographiae vetustioris servata iis locis, ubi in B iam substitutae erant formae usitatae, velut 14* dactiliquo *A* (-co B), actores *pro* auctores *in A 482. 498. 714, consonantes simplices pro geminatis 28 et 111* Pupibus, *49* feret, *243* Iupiter, *476* surexit, *507* decenalis, *518* comertia, *277* flamis, *813* flamas *(407), 220* flamante, *429* flamata *(541), 443* flama *(451), 864* molosus, *887* molosum, *906* culeus, *at versa vice 50* uellum, *942* dupplex; *ex orthographia nata sunt etiam haec menda: 367* estis *A, recte* hostis *B A margo, ergo in vetusto erat* ostis; *420* hostem *A, recte* ostrum *B, ergo in vetusto erat* hostrum, *et similia. non desunt loci ubi A veras habeat litteras quae in B perierunt, ut 67* Vi(uis an e)ffigies, *quod sane coniectura recuperatum putari potest; minus suspecti hi loci: 24* ge⟨ni⟩alis, *140* ⟨lectum⟩, *182* per⟨iclum⟩, *221* ⟨faciebat amor⟩, *273* ⟨fa⟩tidicos, *613* minis⟨tra⟩, *640* subi⟨to⟩, *730* ⟨iam⟩, *746* expectat a⟨d umbras⟩, *748* post Hect⟨ora Pyrrhum⟩, *870* ⟨quod ferro⟩, *maxime notabilis est v. 279 ubi* ... ma *B,* ⟨sum⟩ma *A consentiente florilegio. neque coniectura verum inventum esse sed niti antiqua memoria credo his locis: 301* Nec uinci quisquam metuens nec uincere feruens *A recte,* Nec uinerquicquam metuens nec uincere serens *B (partim nec tamen plene a B*^{2} *correctus); 391* rudes *A,* ciues *B; 396* nullas tuba uerberet aures *A,* nulla stipulauerat aures *B; 509* maculare penates *A,* macula repente *B; 824. 823 recto ordine habet A, falso B; accedunt vitia aperta in A, ubi B clare verum exhibet, velut 9* feroci *B A margo,* moueri *A; 130* concepta *A,* contenta *B; 260* faucem *A,* frontem *B; 370 lacuna trium litterarum A,* pueri *B; 534* Sipeto *B,* Spero *A, verum* Sic peto; *551* infraude *A,* infande *B; 567* perpetuo *A,* pectoreo *B; 820* diademate pulcher *B,* diademate frangit *(ex glossemate) A; 833* portas *B,* postes *A; 847* Alcides *B,* egides *A; 525 falso in A post 526 positus. ne tamen hanc extremam rationem eludas: illorum mendorum pars sane post Xum saeculum inrepsisse potest, inrepsisse omnia vix est probabile. quae cum ita sint, certissimum puto A non ex B fluxisse (nec obstrepit v. 68 ubi casus est quod vitium in A legitur, evanuerunt macula aliquot in B litterae), non minus autem certum, ambo unius stirpis esse. quod quae probent (de falso loco positis v. 427—52 v. infra p. XXXVI) non opus est omnia adferre: hic habes gravissima: in BA hiat lacuna post 309; 9* surorum *potest fuisse in archetypo; 18* lebat *archetypum et B, inde fecit* labat *A; 44* ester *archetypum et B,* aether *A, verum* auster *(scriptum olim* oster*); 64* sincultus *B,* singultus *A, verum* singultibus*; 73 puto in archetypo fuisse* per orida, *quod cum B non intellegeret, lacunam reliquit, audacior qui patrem A codicis scripsit substituit* nemoralis, *quod ipse A corrupit in* memorali; *86 in codice hispano pro* Plectriferi *scriptum erat* Pletriueri, *unde B descripsit* Peletriiuri, *A partem tantum veri adsecutus dedit* Plectrigeri; *ibidem* lectuia *B,* letima *A, in archetypo erat* letuia *pro* Letoia; *94* regi *BA, in archetypo erat* redugi *pro* reduci; *108* Praeterea *BA, pro* Interea; *146* pulorum *B,* malorum *A, in codice visigothico erat* pulorum *pro* polorum, *hoc prope accedit ad speciem* malorum *(idem vitium suberat v. 357 ubi* populorum *B,* bonorum *A); 176* usti *B,* ulti *A, verum* usu; *257 in archetypo hispano erat* accibit *pro* accivit, *inde B fecit* accipit *metri securus, A audacius* accepit, *275* Desertorem *BA, verum* Eversorem; *281* morte *BA,* sorte *recte florilegia; 299 in archetypo et B* iubalenis *pro* iubenis, *inepte A* iubilans; *345* quauis *BA, verum* quam vix; *362* plenda *pro* plectenda *archetypum,* plenda *descripsit B,* non flenda *A; 367 in archetypo hispano pro* boat *erat* uoat, *hoc B descripsit, interpolavit A in* uocat; *443 in archetypo erat pro* sodalem *monstrum* redalem, *hoc repetivit B, audacissime ex Statio interpolatum extat in A* nealcen; *608* gemitus feracula *B,* semifera colla *A probum* gemitu fera colla; *638* Sicaetatene iuuenes *B,* Sic tacite iuuenes ambo *A, verum* Sic et Athenaei iuvenes; *754* satis *B,* sortis *A, verum* vatis; *756* net necet *B,* necet nec *A, verum* necet necet; *859 in exemplari visigothico erat* furia coibente, *inde B* furiaccibente, *A* furia accumbente; *867 pro* contigerat *habet B* conticera, *A* constiterant; *930 exemplar visigothicum pro* Obiciat *habuit* Ouiciat, *hoc integre reddidit B,*

non inutile in recensendo Orestis carmine est florilegium incerti auctoris, quod saeculo XI° aut XII° factum esse videtur. pars quae est de Oreste transiit in codices XIII vel XIV saeculi hos[1]*: Leidensem Bon. Vulc. 48 saec. XIV fol. 33*[2]*); Berolinensem Dietzianum B. Santen. 60 fol. 2' (descriptum ab E. Voigt, Ysengrimus p. XI et a Peipero, Aululariae edit. praef. p. XIV not., mihi contulit J. Schwalm); Harleianum 2745 s. XIV fol. 93ᵛ (mihi liberaliter contulit Gilson; praecedunt* prouerbia siccii, *secuntur* proverbia comedie*) et in fragmentum quod olim fuit monasterii Carthusianorum Buxheim, nunc est in possessione Ludovici Traube, saec. XIV. recepit autem florilegus hos versus, quibus addo varias lectiones ex B et A petitas:* **floril.** L D H X

Proverbia horestis.

191 Semper Mars securus erit qui perculit hostem.
278 Discite felices non numquam credere fatis.
279 Felices dare summa dei, tamen ante relinquunt
280 Et miseris sine fine nocent aut forte repente
281 Destituunt poenasque petunt de sorte secunda.
331 Est aurum pulcrum, sed femina pulcrior auro,
332 Auro foeda placent, auro decorantur honesta.
337 Sordida mens regnare cupit.
539 Nullum crimen erit matrem punire nocentem.
452 Quid sit honestus amor, multae didicere puellae
544 Hic patrem docet esse suum quem vindicat armis.
671 Gaudia dant gressus celeres quos denegat aetas.
903 Quid iam peccasse pudebit,
904 Cum prius est in matre nefas?
927 Quis demens audeat almos
928 Incusare deos, quibus est perfecta potestas?
951 Qui temerator erit caelestia iura movere,
952 Non erit inpunis.

animadvertenti facile cognoscitur florilegum[3]*) et habuisse codicem certis locis corruptum (191* mars, *279* Felices, *280* sine, *452* didicere, *904* Cum*) et non abhorruisse ab interpolatione temeraria eo consilio adigenda ut sententiae quales efficere studebat facilius*

---

horrestis *D* ‖ 191 *om. L* emper *(omissa initiali) X*, Nunquam *H* mars *XHD*, iners *recte B*, inops *A* erit *recte AXHD*, egit *B* hostem *om. D* 278 *om. L* umquam *recte BA*, numquam *XHD* 279 *om. LX* Sunt faciles dare *recte BA* dare ... ma *B* reliquit *H* 280 *om. L* miseros *recte BA*[1] in fine *recte BA* aut forte *recte BX*, at forte *A*, as forte *HD* 281 *om. L* Destituit *X* sorte *recte XHD*, morte *BA* seconda *H* 331 Pulcrius est aurum *BA* 337 *om. DL* 539 punisse *BAL*, pucnire *H* 452 *om. L* docuere *recte BA* 544 Nam patrem *recte BA*, Hunc patrem *H* decet *H* sicū *B* qui *L* uindicat *BAXDL*, uendicat *H* 671 dat *L* sceleres *XL* 903 pigebit *XH* 904 Cui *recte BA* pius *L* mente *H* 927 *om. AL* Quis demens *BXD*, Quis prudens *H* 928 *om. L* Accusare *BA* perfecta *BAX*, permissa *HD ex Lucano 1, 595* 951 *om. L* Qui *interpolate AXHD*, Quis *B* iussa *B*ᵇ iure *D* 952 *om. L* erit *B*ᵃ*AXHD*, erat *recte B*ᵇ inpuuis *X*, inpucnis *H*

---

adulteravit in Quid faciat *A; 946 pro* fertur *habet B* perra, *A substituit* uera; *953 pro* Teresias nec erat *dat B:* Nec terestas erat, *falsavit A:* Non praestatus erat. *haec sufficiant exempla, facile poterant duplicari. multa iam docuere quam malus testis sit A; addo deesse in eo etiam fere 11 versus: 12. 16 (erat dimidiatus). 213. 300. 364. 366. 511. 664—5. 810 et 811 in unum contracti. 927 (est in floril.).*

1) *perierunt folia in quibus scripti erant Orestis versus in Paris. lat. 15155; cf. Lohmeyer, Guil. Bles. Alda com. p. 41sq.* 2) *mihi benigne contulit PC. Molhuysen; fol. 32ᵛ* Proverbia philosophorum et poetarum, *fol. 33* prouerbia virgilianorum *(primi versus sunt Copa 37sq., deinde sine titulo Orest. 331. 332. 539. 544. 671. 903. 904), post* prouerbia Tibulli. 3) *optimum testem esse X, licet omiserit v. 279, interpolaverit 903* pigebit, *probant lectiones hae: 280* aut, *928* perfecta.

coirent (331 Est aurum pulcrum, *544* Hic, *951* Qui, *952* erit*) aut inusitata levaret (280* miseris*). item apparet archetypum alienum fuisse a stirpe BA iis locis ubi verum exhibent florilegia (191* erit, *281* sorte*). gravius tamen his locis est aliud. qui excerpsit has sententias, secutus est cum cura ordinem versuum qualem in suo codice ante oculos habebat, non ut alii florilegi capita composuit similium vel de eadem re sententiarum. atqui v. 452 exhibet inter v. 539 et 544 neque ulla ratio elucet, cur suo marte hoc versu interposito separandos putaverit versus 539 et 544 quippe qui agant de matre et patre. ergo in bono et antiquo codice hic erat ordo. quibus rebus perpensis mihi quasi fax quaedam conlustrare videbatur difficultates in quibus antea haerebam. totum enim caput v. 427—452, quod est una atque continua declamatio de grandibus quidem, non tamen scelestis mulieribus, neque in initio post v. 426 neque in fine ante v. 453 sic cum viciniis conspirabat ut res postulat. declamandi autem coloribus tam vividis decoratum videtur ut vix locum habere potuerit nisi in oratione directa quam dicunt grammatici a poeta cum arte edolata. itaque secutus sum viam quam monstrabat florilegium atque versus 427—52 proprium opinor in locum post v. 540*[1]*) rettuli ut pars sint declamationis illius qua ipse Agamemno per somnum filium ad matris necem compellit.*

superest proponere stemma affinitatis in codicibus perspicuae:



hanc speciem coniungentibus cum iis quae de toto Romuleorum corpore exposuimus (p. VI) ita fere imaginari licet fata libellorum:



1) *apparet igitur librarium eum qui archetypum codicum BA confecit unam paginam quae continebat versus 26 praepropere descripsisse ante quattuor illas in quibus legebantur 453—540.*

restat ut de tragoediae editionibus afferam quae sunt necessaria. versus 1—2. 752—770 ex B protulerat J. B. Sinner (catal. cod. lat. bibl. Bern. 1760 p. 507 sqq.), versus 1—53 ex A ediderat A. Mai (spicil. Rom. I p. XXIV sqq.), prima plena editio ex ambobus codicibus derivata est C. W. Muelleri, qua a. 1858 universitati Ienensi sollemnia saecularia tertia celebranda gratulatus est.[1]) *cumque Mueller officio suo non ingeniose quidem, at caute functus esset, mox extitit qui carmen summa cum licentia pessumdaret I. Maehly* (anonymi Orestis tragoedia emendatiorem edidit I. M. Lipsiae 1866). *multo melior est libellus:* Orestis tragoedia, carmen epicum saeculo post Christum natum sexto compositum emendatius edidit Carolus Schenkl (Pragae 1867) *quippe in quo et verba cautius et diligentius edita et de codicibus nec non de sermone arte tempore poetae multa sint bene disputata. nec tamen Schenkelius, id quod maxime erat necesse, ipsos denuo inspexit codices; multo melius de B codice Hageni studio et officio edoctus erat R. Peiper cum emitteret librum:* Dracontii Orestes tragoedia recensuit R. P. (Vratislaviae 1875). *interim publici iuris facta erat appendix ad opera edita ab Angelo Maio (Romae 1871), in quo opere postumo p. 1 sqq. tragoedia ad solum codicem A erat recensita atque id pessime. denique iterum conlato codice A emisit carmen Aem. Baehrens in poet. lat. min. V p. 218 sqq., cuius nomen iam est sententia de editione dicenda. honoris causa his editionibus adiungo libellos utilissimos:* Materialien zu einem Commentar über die Orestis tragoedia des Dracontius . . . von Konrad Rossberg (programmata Hildesheim 1888. 1889).

---

1) *quale exemplar ego non vidi; editionem alteram (progr. Gymn. Rudolstadiensis 1859) diu quaesitam tandem tramisit bybliotheca regia Berolinensis.*

III. DE EVGENI CODICIBVS.

Fata carminum[1]) *quae Eugenius ipse composuit aliqua parte similia et coniuncta sunt eis quae Dracontiana subierunt; plane diversa sunt epistularum, de quibus infra seorsum erit agendum.*

M *atque carminum clarissimus est codex nunc* Matritensis *bybl. nat. 14, 22 saec. X° litteratura visigothica*[2]) *scriptus, qui olim fuit Michaelis Ruyzii Azagra, ab Iohanne Baptista Perez a. 1587 inlatus in bybliothecam ecclesiae Toletanae. descripserunt Paulus Ewald (N. A. VI, 1880, p. 316 sqq.) et Gustavus Loewe (Hartel-Loewe bibl. patr. Lat. Hisp. I p. 284 sqq.), L. Traube (PMA III p. 125). utebar conlatione apographoque a. 1878 ab Ioh. Heller facto quod nunc numeratur inter codices Berolinenses lat. fol. 448. quo in libro si qua dubia mihi videbantur rogatus optime aut explevit aut correxit H. Plenkers. post Ewaldum et Loewium ego singula describere supersedeo, in universum tamen aliqua praefanda sunt. continet* **M** *non plenum carminum Eugeni exemplar, sed duo facta sunt quasi florilegia: alterum fol. 53^r sub titulo* DOMNI EUGENI HEPITAFIOS PLURIMORUM *(carm. 13. 15. 16. 17. 18. 19. 25—29. 23. 30—36. 38. 42—69. 70, 1—3. 71—96. 70, 4—6 . . .*[3]*), alterum alia, recentiore, scriptum manu nulla inscriptione notatum fol. 62^r (carm. 6—13. 14 omisso v. 20. 15—18*[4]*). ⟨19⟩ 21, 1—10 . . .*[5]*). neque ut credi poterat secunda collectio facta est ut prior expleretur, repetita enim sunt carmina 13. 15—19 in posteriore quae iam in illa erant perscripta et, quod gravissimum est, florilegia non videntur olim unius fuisse codicis partes. utut haec res se habet, hoc certum est concinuisse exemplaris vetusti ordinem cum exemplaribus ceterorum codicum neque nobis verendum esse interponere in ordine carminum ab* **M** *exhibito alia ex aliis codicibus petita, scilicet cum ne* **M** *quidem plenam musarum Eugeni det conlectionem sed selectum.*

Λ *secundum obtinent locum* fragmenta Legionensia *(León, Iglesia Catedral N. 8) saec. X^i ut videtur, descripta summatim in libello: Noticias bibliograficas y catálogo de los Códices de la Santa Iglesia Catedral de León, par Rodolfo Beer y J. Eloy Diaz*

---

1) *cf. quae exposui N. A. f. ält. deutsch. Geschichtsk. XXVI p. 393—409.* 2) *unum folium ex Corippi laud. Iust. libro 2 imagine reddendum curavit Iosephus Partsch ante editionem Corippi (MGH. auct. ant. III 2).* 3) *abscissum est in* **M** *ultimum quaternionis VIII^i folium inter f. 60 et 61 quae hodie numerantur. continuisse putandum est finem carm. 70 duoque vel tria carmina Eugeni in antecedentibus omissa. videtur autem exemplar quod scriba ille ad manum habuit exiisse item in carmen 96, quod nisi ita esset, vix hic addidisset librarius 70, 4 sqq. quos supra omiserat. quaternio autem nonus in* **M** *manu recentiore scriptus quam octavus nunc incipit a titulo* TUTIONUM UERSUS MARTINI GERUNDENSIS AEPSCI IN UASELICA. Post euangelum *eqs. versibus Martini potest praecessisse nescio quis liber* (INSTI)TUTIONUM *vel* (EXHOR)TATIONUM *prosarius, non receptus ab eo qui conligavit in hoc poetarum volumen.* 4) *fol. 68 pars superior hodie periit et cum eo 15, 3—4. 16 et in altera pagina 18, 3—6. 19 totum.* 5) *finit quaternio nonus. quaequae in codice secuntur, licet decimus quaternio eiusdem videatur esse manus cuius octavus, Eugeni nihil iam comparet in iis.*

Jimenez, León 1888 p. 43), accuratius tractata a me N. A. XXVI, 397 sqq [1]*). servata nunc sunt ex codice pulcherrimo quinque tantum folia biiuga, falso numerata ab Iulio Tailhau 3. 4ª. 4ᵇ. 4ᶜ. 4ᵈ, admodum lacerata et aqua maxime laesa. quare cum cura enumerandum quid in iis appareat.*

ternio V	*4ᵈ p. 1*	*(admodum fuscata ut vix versuum fines dispiciantur) Iuvenci versus 4, 783—800 cum subscriptione* ⟨EXPLICIT IUUENCI⟩ LIBER IIII	
	p. 2	ITEM IPSIUS, *secuntur Iuv. 4, 801—810 (deest 811) item valde obscurati, deinde subscriptio* EXPLICIT OPUS ⟨EUANGE⟩-LI⟨ORUM . . .	
		. . . . .	
		. . . . . [2])	
	4ᵈ p. 3	*Eug. carm. 2, 9 (vix 8)—14.*	
		3	*partim legitur*
		4, 1—2	
	p. 4	*4, 3—12*	
		5, 1—8	*partim legitur*
ternio VI	⟨*x p. 1. 2*⟩ [3])		
	4ᵇ p. 1	*7, 10*	
		9, 1—16	*sat bene legitur*
	p. 2	*9, 17—22*	
		10	*sat bene legitur*
	4ᶜ p. 1	*11* [4])	*maximam partem optime legitur*
	p. 2	*12*	
		13, 1—7	*praeter fines primarum clare legitur*
	4ᶜ p. 3	*13, 8—10*	
		14, 1—23	*non omnis legitur*
	p. 4	*14, 24—48*	*maxima pars clarissime legitur*
	4ᵇ p. 3	*14, 49—68*	*multa evanuere vel periere*
	p. 4	*14, 69—96*	*pars pessime legitur*
	⟨*x p. 3. 4*⟩ [5])		

---

1) *tum nitebar iis quae R. Beer in usum Peiperi et quae multo diligentius mihi H. Plenkers enotaverant. hodie quod nihil fere latet quod unquam ex his laciniis erutum iri sperare possumus, factum est insigni liberalitate v. cl. Rafaelis Altamira qui intercedente Farinellio a Traubio rogatus non destitit ab opere taedioso donec mihi praeter duas tramitteret omnes paginas luce expressas. quibus acceptis intellexi me tunc in universum recte de ordine foliorum disputasse, hoc unum esse corrigendum: folium 4ᵈ 1. 2, de quo olim nihil fere sciebam, postquam aegerrime legi, Traube invenit versus continere ultimos Iuvenci (4, 783—810); ergo in ordine ponendum erat non post 4ᶜ, sed ante 4ᵈ 3. 4, simulque apparebat codicum ligatum fuisse non quaternionibus sed ternionibus foliorum. ceterum non nescio eum qui ipsa folia ad editionem meam aliquando est comparaturus, si per thesauri custodes umquam licebit, non paucas posse expiscari litteras mihi non visas, id quod in carminibus alias non servatis aliquanti esse momenti poterit.* 2) *in 8 paginis deperditis praeter initium operis Eugeniani aliud infuisse probabile est, possunt epigrammata Cypriani Cordubensis, quae in Matr. 14, 22 evangeliorum libros excipiunt; v. Hartel-Löwe, bibl. patr. lat. Hisp. I p. 288.* 3) *spatio conveniunt versus 5, 9—30. 6. 7, 1—9.* 4) *deest 11, 4 neque in margine suppletus.* 5) *spatio conveniunt 14, 97—100. 15. 16. 17 (hoc novem versibus scriptum) 18. 19. 20, 1—15.*

ternio VII[1])	*3 p. 1*	*20, 16—35*	*multa non agnoscuntur*
	p. 2	*20, 36—55*	*fere tota bene legitur*
	⟨*y p. 1. 2*⟩		
	⟨*z p. 1. 2*⟩		
	⟨*z p. 3. 4*⟩		
	⟨*y p. 3. 4*⟩ [2])		
	3 p. 3	*21, 5—24*	*pagina lacerata et exesa*
	p. 4	*21, 25—30*	*pars prior corrugata et mutilata*
		22, 1—14	
ternio VIII[3])	*4[a] p. 1*	*22, 15—30*	*maxima pars evanida*
		23, 1—5	
	p. 2	*23, 6*	*item*
		24	
		25, 1—8	
	⟨*v p. 1. 2*⟩		
	⟨*w p. 1. 2*⟩		
	⟨*w p. 3. 4*⟩		
	⟨*v p. 1. 2*⟩ [4])		
	4[a] p. 3 [5])	*40*	*'toute la partie supérieure manque et le reste est très froissé et obscur' Altamira.*
		42, 1—6	
	p. 4	*45, 4—49, 2*	

L *codex Legionensis eccl. cath. 22 (nunc 21), descriptus in catalogo Beer-Jimenez p. 23, forma quartaria, saec. X[i] (continet acta concilii Cordubensis a. 839). Eugeniana Peipero contulit R. Beer, adhibenda sunt etiam quae ex apographo facto s. XVIII, nunc Escorial. J II 10 descripsit Loewe (Hartel-Loewe bibl. patr. Lat. Hisp. I p. 83 sqq.). leguntur f. 30[v] sqq. haec carmina Eugenii: 37. 39. 41. 42. 44. 45. 46. 47. 48. 50. 51. 52. 54. 56. 57. 59. 60. 62. 61. 66. 81. 82. 86—89, 9. 101 secuntur aliena, deinde fol. 71[r] col. 2 incipit epistula Eugeni ad Braulionem, quam sequitur f. 72[r] col. 1 responsum Braulionis (Eug. epist. 1. 2).*

F *rariorem etiam delectum quam ΛM exhibent codices Parisini, alter visigothicus*
P *Reg. 8093 saec. VIII[i], de quo vide p. XIX, alter Gallicus Reg. 2832 saec. IX[i], quem tractavimus p. XX. atque clarius quam in Dracontianis hac in parte apparet, quo nexu hi codices iuncti sint. neque enim P licet ubique proxime eius vestigia accedat ex F descriptus*
Φ *est, sed exemplar habuit antiquius (Φ)* [6]), *idem scilicet ex quo F fluxit. continent enim FP haec carmina hoc ordine* [7]):

---

1) *numerum ima in pagina 3[4] agnosco ⟨V⟩II.* 2) *quaenam hic locum habuerint carmina Eugeniana coniectura vix poterit cognosci.* 3) *hunc numerum ima in pagina 4[a4] sibi legere visus est Beer.* 4) *in spatium fere conveniunt carm. 25, 9—39.* 5) *paginas 4[a3] et 4[a4] ut luce exciperet non contigit Altamirae. quaequae inde referre possum debeo oculis acribus Plenkersii.* 6) *hoc praeter praefationem in F non extantem, at in P suo loco descriptam ostendunt loci hi quibus P exhibet lectiones probas cum M vel Λ concinentes, depravatas in F: 3, 7* pectora, *5, 4* nutat; *etiam 4, 11 et 12 id quod legitur in P* trina *recedit ad antiquam lectionem* tria *(sic Λ), cum F dederit* pia. 7) *in F fol. 16[v]—19[v], in P fol. 1[v]—10[r]. — florilegiorum Y codices non adposui quia nullius sunt usquam pretii. tamen carminibus 5. 16. 37. 97 addidi libros qui item ut FP ad Φ redeunt.*

praef.— *P*	10 *FP*		19 *FP*		97 *FP Harl. Lips.*		
1 *FP*[1])	11 *FP*		28 *FP*[2])		98 *FP*		
2 *FP*	12 *FP*		36 *FP*		99 *FP*		
3 *FP*	13 *FP*		37 *FP Harl.*		100 *FP*		
4 *FP*	14 *FP*		38 *FP*		96 *FP*		
6 *FP*	5 *FP Brux.*		39 *FP*		78 *FP*		
7 *FP*	16 *FP Lips.*		42 *FP*		101 *FP*[3])		
9 *FP*	18 *FP*		70 *FP*				

atque ut in Dracontianis item in his Eugeni ipsius versibus F multo integrius servavit exemplar suum, cum P libere et licenter emendandis, nimirum corrumpendis traditis verbis operam navaverit. vetustiorem autem codicem, F[4]) *dico, postea ut iam in Dracontianis vidimus aliquis (F*[2]*) ex P correxit vel potius corrupit*[5]).

quos iam enumeraturus sum codices omnes fere nil valent ad constituenda vel corrigenda verba Eugeni, inlustrant autem aliquam partem fata libelli.

agmen ducant tres coniuncti inter se et tempore et numero carminum quae contineant. Parisinus Reg. 7540 olim Colbertinus saec. X[6]) *fol. 5*[v] *habet titulum hunc:* INCIPIT **C**
OPUSCULU(m) BEATI EUGENII $\overline{\text{EPI}}$, *secuntur carmina haec: praef. 1. 2. 3. 4. 6. 7. 38. 37. 28. 42. 70. cui collectioni praecedunt fol. 5*[r] *carmina de Philomela (Eug. carm. 30. 31. 32. 33), at ita praecedunt ut intellegas primitus non pertinuisse ad florilegium huius codicis Eugenianum; leguntur enim post carmina de luscinia hi versus:* Utere namque librum iugiter per sęcula longa, vir pie, vir sapiens, vir venerande mihi. Sit tibi cunctipotens semper placatus in aevum, iungat et angelicis choris in astra piis. — *Peipero contulerat E. Hauler.*

cod. Vaticanus Regin. 2078 saec. IX/X[i]*, descriptus ab A. Reifferscheid, Bibl. patr.* **R**
Lat. Ital. I 319 sqq. et E. Dümmler N. A. IV 1879, 143 sqq. PMA I p. 393. Eugeni quae insunt carmina postea addita sunt conlectioni poetarum Carolinorum. sunt autem: praef. 1. 3. 4. 38. 37. 28. 42. 70, quae leguntur fol. 141, et 6. 2. 7, quae leguntur fol. 149[v]*; omnia Peiperi in usum contulerat L. Sternbach; ipse Romae librum evolvi. nec sine fructu: haud perspexerant viri docti, quomodo orta esset haec bipertita carminum Eugenianorum conlectio. at facile apparet cum cura obtuenti codicem, prima excerpta esse carm. 6. 2. 7 in fol. 149, nam eadem manus quae amplius florilegium in fol. 141 addidit, recognovit et correxit quae in fol. 149 iam scripta erant.*

codex Parisinus Reg. 8071 saec. X[i]*; primum Iacobi Augusti Thuani, postea Colber-* **T**
tinus. Peipero contulit E. Hauler. praebet fol. 23 col. 1 EPITAPHIUM PROPRIUM *i. Eug. carm. 16 et 18 cum versibus quattuor ad lectorem supra ex C exscriptis, deinde* INCIPIUNT OPUSCULA BEATI EUGENII, *cui titulo subdita sunt carmina haec: praef. 1. 2. 3. 4. 6. 7. 38. 37. 28. 42. 70 (desunt v. 8—10).*

hos tres codices CRT continere unum idemque florilegium Y demonstrant numeri et ordo carminum; de eorum inter se et cum FP affinitate dicetur infra.

---

1) *vers. 1, 3 omisit P, non F.* 2) *28 in ordine omisit, supplevit fol. 121*[v] *P.* 3) *uterque omisit v. 13—16 in L servatos. — F carmen 101 non exhibet in fine collectionis Eugenianae sed postea inter aliena fol. 24*[v]*.* 4) *addendum in F fol. 24*[v] *extare etiam carm. 80—85 sub titulo* PROUERBIA*: diversa ab M lectio nulla praeter orthographica et 80, 2* recumbans *(*m *erasa) F*[1]*.* 5) *exempla luculenta (cf. etiam p. XXI not. 2) sunt hi loci: 11, 14 totum versum* Gestit et athletam mirificare suum *interpolaverat P, eundem eraso genuino* (Et daemon *eqs.) subindidit F*[2]*. 14, 1 in archetypo erat vitium* qurba senecta *pro* curvare senecta, *P falso adiecerat versui* me, *inde sumpsit F*[2]*. 14, 51 P sibi visus est versum malum emendare addendo* seu *deleto* que, *item fecit F*[2]*. 9, 11 in archetypo pro* magnorum *inrepserat* uirorum, *quod F*[1] *descripsit; P attenderat mendum et coniecerat* sanctorum, *idem recepit F*[2]*.* 6) *haec indicatio est catalogi veteris IV p. 371; ego codicem non inspexi, videtur tamen IX*[i] *potius esse saeculi.*

Lips. *codex Lipsiensis bybl. senat. XLVIII saec. XII^{i} (Naumann catal. p. 17). contulit Peiper. habet fol. 31 sqq. haec carmina: 1. 2. 3. 4. 97. 16. praecesserat fol. 27^{r}* Ne vinum inmoderate bibatur, *i. carm. 6 v. 1—10.*

Brux. *codex Bruxellensis Burg. 8860—67 saec. X^{i}, descripsit E. Dümmler, N. A. IV 1879, p. 155 sqq., Eugeniana contulit Peiper. insunt haec: fol. 33* De aebrietate cavenda *(carm. 6), 33^{v}* Item contra crapulam *(carm. 7) et sub titulo* Precepta salutis *carm. 2, fol. 35^{v} sine titulo carm. 1, fol. 45^{r}* de annuntiatione ruinae *(carm. 5), fol. 63^{v}* Disticon in phylomella *(carm. 30—33), dispersa inter carmina Carolinorum poetarum et antiquiorum.*

restant qui complura Eugeni carmina exhibeant tres codices: Rotomagensis (Rouen) 1470 (O. 32) saec. X|XI^{i} descriptus Catal. gén. N. S. I p. 440, in quo fol. 79 post Catonis disticha leguntur haec verba: Incipit quintus invectionis in ebrium vel insensatum seu in pinguem atque divitem, *secuntur carm. 6 et 7, interpositum tamen esse etiam 2 probabile est, licet catalogus eius mentionem non faciat. eadem eodem ordine carmina habet Pragensis, bybl. univers. VIII H 7 saec. XII^{i} fol. 2, v. Abh. d. böhm. Ges. d. Wiss. 6. Folge 5. Bd. Prag 1872 p. 38, item Halberstadensis Domgymn. 71 saec. XV^{i} sub titulo* Ovidius Naso de Baccho *cf. Wattenbach, Anzeiger f. Kunde deutscher Vorzeit 25, 1878, p. 319.*

Harl. *Harleianus codex 3685 saec. XV^{i}, olim Peutingerianus (v. Dümmler, Zeitschr. f. deutsch. Altertum XXI 84 N. A. IV 108 sq. Poet. aev. Carol. I p. 32) inter varia variorum dispersa carmina continet fol. 2^{v} Eug. carm. 97 et fol. 6^{v} carm. 37* de sex operibus dei. *hoc praetermisi, illud mihi contulit G. F. Warner.*

Mon. *Monacensis lat. 18628 (Tegerns. 628) saec. XI^{i} (catalog. IV 3 p. 191) praestat fol. 91^{v}* de decem plagis Aegyptii *(carm. 38),* ebtametron de primordia mundi *(carm. 37), sequitur mutilato in folio carm. 42, 1—5 et fol. 93^{r}* de bono pacis *(carm. 4). ipse contuli.*

B(ern.). *Bernensis 36 saec. X|XI^{i} descriptus ab H. Hagen (Anecdota Helv. p. CXXXXVI) dat fol. 138 carmina de philomela (Eug. 30—33), quae secuntur iidem versus quos p. XLI ex C exscripsimus. statim fol. 139^{r} B* INCIPIT OPUSCULUM BEATI EUGENII EPI, *cui tamen subdita est sola praefatio, nil aliud. contuli ipse praefationem, in reliquis Hagenum secutus sum.*

Parisinus bybl. Mazarine 512 saec. XI^{i} fol. 134 habet carmen 2, fol. 134^{v} carmen 3, utrumque mihi contulit Lebègue.

Trevirensis 1464 saec. X^{i} ex. continet fol. 168^{v} carm. 42, post fol. 245 carm. 6, 1—6. de his cf. Huemer, Wien. Stud. 5, 1883, p. 168 sq.

Berolinensis Phill. 1732 saec. XII^{i} exhibet fol. 126 carm. 4, fol. 126^{v} carm. 3, 1—6. mihi contulit P. de Winterfeld.

iam eos codices in quibus non inest nisi unum Eugeni carmen hic repetere supersedeo cum ad singula carmina in adnotationibus adscripserim.

ut uno conspectu quae in his codicibus legantur Eugeniana cognoscatur, en laterculus:

C	*30—33. || praef. 1. 2. 3. 4. 6. 7. 38. 37. 28. 42. 70*
T	*16. 18. || praef. 1. 2. 3. 4. 6. 7. 38. 37. 28. 42. 70 (sine v. 8—10)*
R	*fol. 141 praef. 1. 3. 4. 38. 37. 28. 42. 70*
	fol. 149 6. 2. 7
Lips.	*6 v. 1—10 || 1. 2. 3. 4. 97. 16*
Brux.	*6. 7. 2 || 1. || 5. || 30—33*
Monac.	*38. 37. 42. 4*
Rotomag. Prag. Halberst.	*6. 2. 7*
Paris. Maz.	*2. 3*
Harl.	*97. 37*
Bern.	*30—33. praef.*

Trevir. 42. 6
Berol. 4. 3

praeterea in aliis codicibus extant haec singula carmina:

1 *passim.*
2 *Bern. 455*
3 *Angers. Casin. Berol.*
6 *Sangall. 899*
37 *Matrit. Sangall. 248 Reims 743 aliis, etiam quod me benigne docuit P. B. Hammerl in cod. Zwettalensi 70 saec. XIII^{i} fol. 79^{a}.*
38 *Orléans. Bern. 92*
39 *Vind. 3261 (v. p. XLIV not. 25)*
42 *Bern. 363*

neque tamen, id quod ex hoc laterculo forte aliquis concludat, Eugeni carmina in florilegium Φ non recepta non excesserunt finis Hispaniae patriae; non solum versus de philomela, etiam alia poemata per Gallias Germaniamque lecta sunt, quod ut appareat compono indicem lectorum imitatorum.

IMITATORES

in Hispania igitur[1]) *Eugenium magni aestimabant Iulianus*[2]) *Toletanus discipulus, nec non Valerius abbas*[3]), *duobus saeculis post Paulus Albarus*[4]) *(PMA III p. 126 sqq.). Albari aequalis videtur fuisse qui exorcismos composuit; v. ad carm. 77—79. nec desunt vestigia lectionis Eugenianae in reliquis carminibus Hispanis a Traubio editis (PMA III 143 sqq.), velut apud Samsonem inde ab a. 858 abbatem Cordubensem*[5]). *adnotatu autem dignissimae sunt inscriptiones quae iam inde a saeculo VII° exeunte multos exhibeant Eugeni versus*[6]) *atque etiam duobus locis*[7]) *probiores codicibus praestent lectiones.*[8])

in Gallia adfuisse Eugeni carmina praeter codices testatur lapis Massiliensis[9]); *in poetis Carolinis multa adsunt Toletani vestigia. ipse imperator usus est carm. 100 et 97, 13 sqq.*[10]), *Wigbodus qua impudentia versus Eugenianos pro suis venditaverit, iam vidimus*[11]); *carmen de bibliotheca (8) imitatus est Alcvinus in eadem materia*[12]), *idem recepit carmen 1 in librum off. per ferias*[13]); *et Dracontiana et carmina minora ante oculos habuit Theodulfus*[14]); *nimis incertum est documentum de Angilberto*[15]); *at Micon*

---

1) *cf. N. A. XXVI p. 394 not. neque tamen Sisibuti regis (612—620) est versus praemissus sed alienus carmini vulgato ab Riesio anth. II p. 13 not. est Eugeni hex. 13 nescio quo casu in codice additus.* 2) *cf. ut ad carmina 2, 1. 5, 7. 9, 17. 13, 1. 33, 13. 39. 55, 1. 70, 1. 79. 86. 88 ita ad Dracontiana praef. poet. 13. hex. 1. 2. 13. 89. 217. 241. 430. 511. 603. sat. 180. monost. 1. 34; v. etiam p. 291. quae Iuliani testimonia ut etiam aliquot ex sequentibus non nihil valent ad probandam originem genuinam eorum carminum de quibus alias dubitari liceret. neque hoc loco praetereundum nos coniecturam fecisse (N. A. XXVI, 1901, p. 408) Iuliano fortasse auctore scriptum esse carminum exemplar in usum regis Wambae, id quod docet interpolatio in carm. 69, 5; ad hoc autem exemplar redire M codicem nostrum.* 3) *cf. ad Eug. c. 83.* 4) *hex. 21 (Albar. carm. 10, 34* celi convexa meretur*). 132 (Alb. c. 9, 106* ipse iacintus adest*). 159 (Alb. c. 11, 43). 164 sq. (Alb. c. 11, 44). 168 (Alb. c. 4, 5). 207 (Alb. c. 6, 8. 9, 108). 292 (Alb. 9, 119 sqq.). 589 (Alb. c. 5, 8). 630 (Alb. c. 7, 13). cf. notae ad carm. praef. 5. 7. carm. 1, 17. 22. 2, 4. 8, 7. 16. 19. 23. 26. 27. 41. 11, 20. 33 passim. 41 passim.* 5) *cf. nota ad carm. 4, 1. praeterea compara Cipriani c. 1, 3 cum Eug. 8, 5; 3, 2 cum Eug. hex. 127. et cum versibus divisis Eugeni (carm. 70) Samson 10, 2* Athana- . . . gildum *et PMA p. 149, 4, 1* Dei- . . . servus. 6) *cf. ad carm. 12, 1. 13, 9. 23, 3. 4. 6. 26, 6 sqq. 27, 5. 28, 2. 8. 79.* 7) *27, 6. etiam 29, 5 coniectura mea* pretioso *vera probatur lapide tum mihi nondum noto Hübner, inscr. Hisp. christ. 144 (Oveti saec. VII—IX)* inclusi tenerum praetioso marmore corpus. 8) *Manitius, Sitz.-Ber. Wien. Ak. CXII, II, 633 CXXI, VII, 27, Rhein. Mus. 44, 1889, 550 multa congessit ut probaret etiam Anglos Aldhelmum Baedamque usos esse Eugeni versibus; nec tamen ego ullum in iis certum argumentum agnosco.* 9) *v. ad carm. 12, 1.* 10) *cf. Petri et Pauli carm. PMA I p. 76 n. 43 v. 3 et 21, v. 11 sqq.* 11) *p. XXI not. 5; notae ad hex. praef. 1. monost. 1.* 12) *ad carm. 8, 5. 15. 23.* 13) *ad carm. 1.* 14) *ad monost. 34 hex. 158. 191 (cf. 61). carm. 7, 8. 8 passim.* 15) *ad carm. 11, 4.*

duos Eugeni versus[1]) *in breviarium de prosodia recepit, aliis usus est* **Engelmodus**[2]), *item* **Ionas Aurelianensis**[3]) *nec non qui scripsit carmen de* **Benedicta** *(PMA. IV p. 209 sqq.)*[4]), **Petrus grammaticus**[5]). *decimi autem et posteriorum saeculorum iam sunt* **Ecbasis Captivi**[6]), *quae aliquot versus ab Eugenio sumpsit,* **Egbertus Leodiensis**[7]), *qui dubitari potest num Eugenium viderit.*

attamen redeundum est ad codices. ex recentioribus fere nihil hauriri posse vidimus, restat ut de vetustiorum pretio et affinitate agamus. atque ut facile quibus quodque carmen traditum sit codicibus perspiciatur intericio laterculum hunc[8]):

praef.	—	—	—	—	—	*P*	
1	—	—	—	—	*F*	*P*	*Lips. Brux.*
2	*A*[9])	—	—	—	*F*	*P*[10])	*Lips.*
3	*A*	—	—	—	*F*	*P*	*Lips.*
4	*A*	—	—	—	*F*	*P*	*Lips.*
5	*A*[11])	—	—	—	*F*[12])	*P*[12])	*Brux.*
6	—	—	—	*M*[b]	*F*	*P*	*Lips.*
7	*A*[13])	—	—	*M*[b]	*F*	*P*	
8	—	—	—	*M*[b]	—	—	
9	*A*	—	—	*M*[b]	*F*	*P*	
10	*A*	—	—	*M*[b]	*F*	*P*	
11	*A*[14])	—	—	*M*[b]	*F*	*P*	
12	*A*	—	—	*M*[b]	*F*	*P*	
13	*A*	—	*M*[a]	*M*[b]	*F*	*P*	
14	*A*[15])	—	—	*M*[b16])	*F*	*P*	
15	—	—	*M*[a]	*M*[b17])	—	—	
16	—	—	*M*[a]	*M*[b18])	*F*	*P*	*Lips.*
17	—	—	*M*[a]	*M*[b]	—	—	
18	—	—	*M*[a]	*M*[b19])	*F*	*P*	
19	—	—	*M*[a]	—	*F*	*P*	
20	*A*[20])	—	—	—	—	—	
21	*A*[21])	—	—	*M*[b22])	—	—	
22	*A*	—	—	—	—	—	
23	*A*	—	*M*[a23])	—	—	—	
24	*A*	—	—	—	—	—	
25	*A*[24])	—	*M*[a]	—	—	—	
26	—	—	*M*[a]	—	—	—	
27	—	—	*M*[a]	—	—	—	
28	—	—	*M*[a]	—	*F*	*P*	
29	—	—	*M*[a]	—	—	—	
30	—	—	*M*[a]	—	—	—	*Brux.*
31	—	—	*M*[a]	—	—	—	*Brux.*
32	—	—	*M*[a]	—	—	—	*Brux.*
33	—	—	*M*[a]	—	—	—	*Brux.*
34	—	—	*M*[a]	—	—	—	
35	—	—	*M*[a]	—	—	—	
36	—	—	*M*[a]	—	*F*	*P*	
37	—	*L*	—	—	*F*	*P*	*Harl.*
38	—	—	*M*[a]	—	*F*	*P*	
39	—	*L*	—	—	*F*	*P*[25])	
40	*A*	—	—	—	—	—	
41	—	*L*	—	—	—	—	
42	*A*[26])	*L*	*M*[a]	—	*F*	*P*	
43	—	—	*M*[a]	—	—	—	
44	—	*L*	*M*[a]	—	—	—	
45	*A*[27])	*L*	*M*[a]	—	—	—	
46	*A*	*L*	*M*[a]	—	—	—	
47	*A*	*L*	*M*[a]	—	—	—	
48	*A*	*L*	*M*[a]	—	—	—	
49	*A*	—	*M*[a]	—	—	—	
50	—	*L*	*M*[a]	—	—	—	
51	—	*L*	*M*[a]	—	—	—	
52	—	*L*	*M*[a]	—	—	—	
53	—	—	*M*[a]	—	—	—	
54	—	*L*	*M*[a]	—	—	—	
55	—	—	*M*[a]	—	—	—	
56	—	*L*	*M*[a]	—	—	—	
57	—	*L*	*M*[a]	—	—	—	
58	—	—	*M*[a]	—	—	—	
59	—	*L*	*M*[a]	—	—	—	
60	—	*L*	*M*[a]	—	—	—	
61	—	*L*[28])	*M*[a]	—	—	—	
62	—	*L*[28])	*M*[a]	—	—	—	
63	—	—	*M*[a]	—	—	—	
64	—	—	*M*[a]	—	—	—	
65	—	—	*M*[a]	—	—	—	
66	—	*L*	*M*[a]	—	—	—	
67	—	—	*M*[a]	—	—	—	
68	—	—	*M*[a]	—	—	—	
69	—	—	*M*[a]	—	—	—	
70	—	—	*M*[a29])	—	*F*	*P*	
71	—	—	*M*[a]	—	—	—	
72	—	—	*M*[a]	—	—	—	
73	—	—	*M*[a]	—	—	—	
74	—	—	*M*[a]	—	—	—	
75	—	—	*M*[a]	—	—	—	
76	—	—	*M*[a]	—	—	—	
77	—	—	*M*[a]	—	—	—	
78	—	—	*M*[a]	—	*F*	*P*	
79	—	—	*M*[a]	—	—	—	
80	—	—	*M*[a]	—	—	—	
81	—	*L*	*M*[a]	—	—	—	
82	—	*L*	*M*[a]	—	—	—	

1) *carm. 2, 5. 6, 9.* 2) *ad praef. 3. carm. 97, 19; sat. 46; cf. etiam Engelmod. carm. 3, 53 cum Eug. carm. 1, 11.* 3) *affert Eug. carm. 81 verbis:* illud cuiusdam. 4) *compara Eug. hex. 169 cum carm. de Bened. 395*[a]*; carm. de Bened. 240*[c] *= Eug. hex. 280. versus hos ut non ex Dracontio, sed ex Eugenio sumptos ponam persuadeor eo quod carm. de Bened. 650 videtur respicere Eug praef. hex. pros. 13; minus valent quae ad Eug. carm. 89, 7 adnotavi.* 5) *ad Eug. carm. 1, 2; de simili carmine cf. ad Eug. carm. 16, 1.* 6) *ad Eug. carm. praef. 13. carm. 1, 6 (ubi* limine *lectio concinit cum florilegiis). 1, 7. 13. 15. 33, 5. 7.* 7) *ad Eug. carm. 89, 1 (?). posteriora etiam sunt opera Luitprandi et vita S. Blasii (v. ad Eug. carm. 1, 1), saeculi XIII*[i] *Emonis chronicon (v. ad Eug. carm. 55).* 8) *Matritensis duas series distinguo signis M*[a] *et M*[b]. 9) *soli v. 9—14.* 10) *carmen 2 infuit etiam in codice Cluniacensi v. p. x not. x.* 11) *soli v. 1—8.* 12) *alio loco (post 14) quo A.* 13) *solus v. 10.* 14) *deest v. 4.* 15) *non iam adsunt v. 97—100.* 16) *om. v. 20.* 17) *perierunt v. 3—4 in M*[b]. 18) *perierunt v. 1—4 in M*[b]. 19) *perierunt v. 3—6 in M*[b]. 20) *desunt v. 1—15 et 56 sqq.* 21) *desunt v. 1—4.* 22) *perierunt v. 11—30.* 23) *alio loco (post 29) quo A.* 24) *v. 1—8 soli.* 25) *carmen 39 legitur etiam in cod. Vind. lat. 3261 (Endlicher 306), quod est apographon Sannazarii, fol. 26*[v] *(cf. Ausonius ed. Schenkl p. XXXIV). potuit autem Sincerus ex P transcribere. de aliis huius carminis codicibus cf. Meyer ad anth. suae carm. 386. Riese anth. lat. II p. XXXVII. Zwettalensem Scaligeri cum nomine Iuliani nondum inveni.* 26) *deest iam v. 7.* 27) *desunt iam v. 1—3.* 28) *carmen 62 in L legitur ante 61.* 29) *desunt v. 7—10, v. 4—6 post 96 suppleti sunt.*

83	—	—	M^a	—	—	—	90	—	—	M^a	—	—	—	97	—	—	—	—	*F*	*P*	*Harl. Lips.*[1]
84	—	—	M^a	—	—	—	91	—	—	M^a	—	—	—	98	—	—	—	—	*F*	*P*	
85	—	—	M^a	—	—	—	92	—	—	M^a	—	—	—	99	—	—	—	—	*F*	*P*	
86	—	*L*	M^a	—	—	—	93	—	—	M^a	—	—	—	100	—	—	—	—	*F*	*P*	
87	—	*L*	M^a	—	—	—	94	—	—	M^a	—	—	—	101	—	*L*	—	—	F^2)	P^2)	
88	—	*L*	M^a	—	—	—	95	—	—	M^a	—	—	—								
89	—	*L*	M^a	—	—	—	96	—	—	M^a	—	*F*	*P*								

quattuor illos testes **A** *et* **L** *et* **M**[3]) *et* **PF** *unumquemque sui esse iuris satis probat varietas carminum in singulis conservatorum. addendum est illud quod ne* **A** *quidem qui solus olim plenus fuisse videtur ceterorum fuit fons; deest enim in* **A** *v. 11, 4 quem habent et* **M** *et* **FP**. *fluxisse autem* **L** *ab* **A** *adhuc pleno ex paucis illis carminibus quae nunc in utroque leguntur codice (42. 45—48) nec probari nec negari potest. porro cum plane desint vitia duorum testium contra reliquos communia, nihil conicere licet de superiore singulorum affinitate.*

at certum est florilegium recentius **Y** *non redire ad proprium et ingenuum memoriae rivulum, sed descendere ex* **Φ**, *quem fontem codicum* **FP** *nominavimus. hoc quam luculentissime docet versus praef. 15 eadem in CTR qua in* **P** *(deest* **F**) *glossa corruptus*[4]). *nec tamen ex* **P** *fluxisse putandum est* **Y**, *quia versus 1, 3, quem habet* **T**, *deest in* **P**. *neque* **CR** *ex* **P** *originem traxerunt quia omiserunt ut* **P** *vers. 1, 3, immo in* **P** *et in* **Z**[5]), *patre codicum* **CR**, *idem peccatum erat bis, dumtaxat ut duorum versuum a* Sit mihi *ordientium prior omitteretur.*

hoc igitur erit stemma florilegiorum sat contortum:



de singulis codicibus haec addenda: codex Lipsiensis cum exhibeat carmina 97 et 16 in **Y** *non iam extantia, referri debet ad* **Ξ** *vel ipsum* **Φ**; *tamen carmen 6 seorsum spectandum, arto enim vinculo iunctum est cum Sangall. 899, neque ad eundem redit fontem unde reliqua in Lipsiensi Eugeniana emanaverunt. iam in Bruxellensi licentissime interpolato*[6]) *et in reliquis supra enumeratis codicibus non attinet persequi unde quisque originem ducat, quamquam aliqua observari possunt*[7]). *neque in apparatu rettuli de omnibus lectionibus;*

---

1) *Harl. et Lips. hoc in carmine affines esse docet mendum commune in v. 97, 11.* 2) *in* **FP** *desunt v. 13—16.* 3) M^a *et* M^b *possunt ex eodem exemplari fluxisse, possunt ex diversis; desunt vitia communia in versibus qui utrubique leguntur (carm. 13. 15—18). neque enim ad demonstrandum quidquam valet v. 17, 11.* 4) *praeterea idem mendum* limine *1, 6 legitur in* **P** *et in* **CTR**. *quod 3, 3* **PCR** *exhibent falsum* displicet, **T** *recte cum* **F** conplacet, **T** *facillima coniectura potuit verum assequi.* 5) **C** *non ex* **R** *esse descriptum comprobat sincerus carminum ordo in* **C** *servatus,* **R** *non ex* **C**, *recta lectio praef. 16* vereare *in* **R** *servata, corrupta in* **C**. 6) *tamen Brux. uno loco ubi non adsunt ex ceteris nisi* **FP** *verum solus tuetur: 5, 16* crede *Brux.,* credet **FP**; *ergo ille non redit ad* **Φ** *florilegium, sed ad plenius et sincerius exemplar.* 7) *ex. gr. carmina 6. 2. 7 in* **R** *non eiusdem fontis esse videntur atque reliqua huius codicis, sed artius iuncta cum eadem trinitate quae in Rotomagensi eiusque legitur asseclis.*

elegi si quae ad inlustrandum progressum interpolationis erant usui. solis in carminibus 5 et 97 lectiones et Bruxellensis et Harleiani Lipsiensisque erant referendae quippe quae cum FP ad eundem traditionis gradum redeant.

ex singulis carminibus dignum de quo separatim agatur est primum. hoc enim maxime adamatum fuisse demonstrant codices permulti iam VIII° et IX° saeculo scripti, quos infra contextum nominavimus. simul tamen gravius aliquid inlustrant hi auctores, hoc scilicet, quam securi tunc temporis fuerint cum nominis et gloriae tum verborum poetae christiani[1]*). eadem fere qua carmen 1 florebant gratia carmina de philomela 31—33, quae Eugeni quin sint, abhinc nemo opinor dubitabit qui et Iuliani testimonium (ad 33, 13) et Albari viderit imitationes. idem Albarus Eugenio vindicat carmen 41 solo codicis L testimonio collectioni redditum.*

postremum, antequam proponamus stemma codicum Eugenianorum plenum, referendum erit de aliquibus codicibus antiquioribus. etenim de vetustis Draconti et Eugeni libris Hispanis hae ad nos pervenerunt notitiae:

fuit Oveti a. 882[2]) **Lb Ex diversis opusculis beati eugenii**[3]) *item* **dracontii lb.** *praeterea Cixila episcopus Legionensis a. 927 donavit monasterio SS. Cosmae et Damiani prope Legionem sito conlectionem librorum*[4]*), inter quos erant* **liber alcimi et dracontili liber unus,** *deinde* **eugenii et marci catonis liber unus,** *deinde* **diversos libellos domini eugenii liber unus.**

facile est de his codicibus et de libris LAM coniecturas facere, velut sane speciei aliquid habet concludere M^a et M^b esse vel redire ad codices Cixilanos; at recte iam P. Ewald[5]*) monuit quam sit lubricum secundum breves veterum catalogorum indicationes quidquam docere velle. neque video quid talibus coniecturis proficiamus; sat est scire his saeculis adfuisse in monasteriis sine dubio quam maxime iunctis tales codices quales adhuc extare laetamur.*

hoc autem, ut finem faciamus disputandi de Eugeni codicibus, stemma in recensendis carminibus rectam lectiones inter se pensitandi docebit rationem:



restat ut pauca quaedam addam de iis carminibus quae quia in codicibus Eugenianis vel affinibus traduntur in appendicem recepi.

CARM. APPENDIX

app. carm. I—XIX extant in M fol. 69 sqq.[6]*). non esse Eugeni, cui ne codex quidem adscribit, probant vitia prosodiaca ab illius arte aliena*[7]*). id autem ipsum quod in M leguntur mihi sufficit ut credam versus esse datos ad regem aliquem Visigothorum in Hispania, fortasse ad illum Wambam*[8]*). neque enim ab ipso Alcvino compositi sunt*

---

1) *vide praecipue ad 1, 2 adnotata.* 2) *v. Hartel-Loewe bibl. patr. lat. Hisp. I p. 135 Beer, Handschriftenschätze Spaniens p. 376.* 3) *adscriptum est in catalogo* apud Iohannem ass(erunt) h(ab)eri. 4) *v. I. E. Diaz-Jiménez, Boletin de la Real Academia de la Historia XX 1892 p. 129, Beer l. l. p. 145.* 5) *N. A. VI 1881 p. 581sqq.* 6) *v. Hartel-Loewe, bibl. patr. Lat. Hisp. I p. 287.* 7) *composui in indice p. 443 gravissima.* 8) *v. p. XLIII not. 2.*

quia habentur in codice Cantabrigiensi Gg 5, 35 (1567)[1]) *fol. 378—381, quamquam Alcvinus hoc credi voluisse videtur cum in praefatione distichorum sequentium scripserit* dactilicis librum quem feci versibus istum[2]).

app. carm. XX—XXV solo in M servata similem possunt habere originem quam antecedentia, quamquam vix sunt eiusdem collectionis. carm. autem XX ceteris adeo praecellit suco et vigore sermonis ut qui Eugeni esse dicat ei vix habeas certi quod opponas[3]).

scholam sapiunt app. carm. XXVI—XXVIII lecta in M; ut XXVII et XXVIII ad Persium sunt formata[4]), *ita XXVI redire videtur ad Iuvenal. 3, 27 sq.*

item apta exempla praeexercitamentorum, quibus qualia in ludis componere tunc temporis soliti sint cognoscas, sunt XXIX—XLVII. sane imperitus fuit librarius M qui talia quasi cimelia ex vetustiore codice depinxit.

carm. XLVIII ut in ipso v. 6 legitur scriptum vel potius insculptum est quattuor post Eugeni obitum annis a. 661[5]).

de carm. app. IL alias[6]) *deceptus editione interpolata Migni non recte iudicavi. nunc semitam a Traubio monstratam facio viam: est carmen factum cum promulgaretur ea pars legis Visigothorum Reccesvinthianae quae est* de nuptiis incestis[7]) *vel* de coniugiis et adulteriis incestivis[8]) *atque propositum picto stemmati cognationis eiusmodi qualia potissimum ex Visigothorum iuris codicibus publicaverunt viri docti*[9]). *et re vera unus quem ut invenirem mihi contigit carminis codex est qui continet leges Visigothorum Escorialensis M III 2 anni 1188*[10]). *nec tamen quia ad tempora Reccesvinthi referendum est carmen, ideo Eugenio quoque tribuendum: sane coeunt hexametri et disticha ut in versibus de bybliotheca (p. 238), at insunt menda qualia Eugenio tribui non licet*[11]). *quamquam si quis propter nomen Eugeni in titulo traditum hoc posuerit: scriptum esse carmen ab ipso episcopo iussu regis, post in renovandis codicibus iuris auctum interpolatumque — haec ponenti ego non oblocuturus sum.*

Eugenio videntur ea de causa tributi esse versus carminis L qui sunt omnes Maximiani eleg. 1, 1—6, quod ille carm. 14 de adventu propriae senectutis *tam acriter erat conquestus. tamen qui hoc furtum fecit*[12]) *nobis servavit documentum non inutile ad diiudicandam fidem Maximiani codicum. nempe lectiones duae v. 2* an *et* pigra *non dubitandum quin consensu codicum P p g vindicentur exemplari alicui vetusto quod integriora habebat verba poetae quam in nostris codicibus, etiam in Etonensi feruntur*[13]). *hoc igitur exemplar ego p. 281 edendo restituere conatus sum.*

hymnum LII iam saeculo IX° Eugeni esse credebant, id quod comprobat et titulus in P et testimonium Hildwini; tamen ars metrica quam acerrime huic arbitrio refragatur.

---

1) *inde edidit Dümmler, Zeitschr. f. d. Altert. 1877 p. 68 sqq. cf. Neues Archiv IV p. 135.* 2) *Dümmler l. l. p. 72 vers. 3. dixi de hac re Neues Archiv XXVI p. 406 not. notandum quod carm. XI deest in C.* 3) *adest etiam productio brevium vocalium finalium, quam adamat Eug., v. 21* pinnivola, *26* timida. 4) *apte demonstrant Persium etiam post Tryphonianum in Hispania lectum esse.* 5) *cf. Neues Archiv l. l. p. 406.* 6) *Neues Archiv l. l. p. 407.* 7) *Mon. Germ. hist. leg. sect. I 1 cod. Euriciani leg. 2 p. 28, 12 Zeumer.* 8) *lex Visigoth. 3, 5, 1 p. 159 Zeumer.* 9) *v. Huschke, Iurisprud. Ante-Iustiniana*[3] *p. 628 sqq. et cf. lex Visigoth. ed. Zeumer p. 171.* 10) *Hartel-Loewe bibl. patr. Lat. Hisp. I p. 194.* 11) *abl.* forma *v. 8, hiatus graecanici v. 11. 15.* 12) *scilicet in ipso codice P quem quam maxime interpolatum esse vidimus p. XX. XXI not. 2 XLI not. 5; nam qui cum eo ex vetustiore fonte derivati sunt p et g, servaverunt probum nomen poetae Itali. quamquam quid sibi velint verba in g* hos uersus maximianus cum e͠et p' f' composuit *certo explicare nequeo: maxime mihi verisimile est librarium dicere voluisse* cum esset praefatus *pro* cum praefaretur. 13) *cf. Arch. f. lat. Lexicogr. 12, 443. tamen cave omnes lectiones P codicis proprias genuinas Maximiani esse putes; dignae fide sunt solae eae quas fulciunt p g. librarius autem P ut suam de Eugenio auctore fraudem probabiliorem redderet versus aliquot locis adulteravit inducens v. 1* tardas mortem, *4* nam mors est requies; *versu autem 2 fortasse ipse lectione* oc fesso *deceptus est ut* ecfesso, effesso, *novum verbum, recte sibi fingere videretur.*

ego autem quaestionem de auctore et tempore hymni aliis solvendam relinquo in his rebus magis versatis.

EPISTVLAE *ne quid deesset ex Eugenianis subieci et epistulas duas cum responso Braulionis epistulaque Taionis ad Eugenium data et parva fragmenta, licet hae vix sint editae ab ipso Eugenio, illa quo in opere locum habuerint non constet.*

traditae sunt epistulae I et II in corpore epistularum Braulionis, servato nobis
L *codice Legionensi 22 (nunc 21), de quo p. XL egimus, fol. 71—74. inde edidit Manuel Risco, España sagrada, tom. XXX p. 328—395 (a quo pendet Migne 80, 649 sqq.). Eugeni epistulam et Braulionis ad eum datam composuit Lorenzana (ss. Patrum Toletanorum opera, I 80 sqq. inde Migne 87, 411). ego ipsum codicem conlatum habeo a R. Beer,*
E *ab eodem apographon eius saec. XVIII, codicem Escurialensem monasterii S. Laurenti J II 10 (Hartel-Loewe I 83) fol. 50^{r} sqq.*

III epistula Eugeni ad Protasium servata est in codice clarissimo eiusdem monasterii
E *Escurialensis d I 1, anni 992 (Ewald, N. A. VI 236 sqq. Hartel-Loewe I 43), in quaternione sueculo fere ceteris recentiore (fol. 230—235). Peipero contulerat Beer, mihi iterum H. Plenkers. apographon huius codicis saec. XVII est cod. Matr. C 81 (Hartel-Loewe*
M *I 395), epistula legitur fol. 141^{r}. et ipsum contulerunt et Beer et Plenkers.*

Baluzius *epistulam quartam Taionis ad Eugenium edidit primus ut videtur Stephanus Baluze (Miscell. IV Paris 1683, 397 sqq.), inde Risco, España Sagrada XXXI 166, inde multis cum erratis Lorenzana l. l. p. 90 (Migne 80, 723. 87, 413). hodie unus tantum antiquior*
M *codex eam servasse videtur, codex saec. XII vel XIII academiae realis historiae Matritensis, ex eorum ordine qui olim Sancti Aemiliani in Cogolla fuerunt primus (Hartel-Loewe I p. 482 cf. etiam Beer, Handschriftenschätze Spaniens p. 120); hunc mihi partim contulit partim descripsit H. Plenkers.*

T *extat tamen alterius vetusti codicis apographon inter Pereziana in cod. nunc Toletano bybl. capitul. 27. 24 (Ewald, N. A. VI 362), ubi Taionis epistula legitur f. 130 'ex codice Toletano'; mihi contulit P. Reichert O. P. haec tria testimonia, Baluzius MT, duplicem nobis aperiunt memoriae fontem, alterum in quo epistula iuncta vel praemissa erat moralibus in Hiob S. Gregori Magni, de quo in ea maxime agitur, alterum ubi epistula locum habebat in maiore sanctorum vel regum Hispanorum epistulario. huius generis est T (v. Ewald l. l.), illius M et Baluzi archetypon. Baluzius ipse in elencho operum tomo IV miscellaneorum recensitorum refert se hanc epistulam hausisse 'ex veteri codice MS. illustrissimi Archiepiscopi Bituricensis' et testatur post descriptam epistulam (p. 402) infuisse in codice praeterea epistulam S. Gregori ad Leandrum Episcopum Hispalensem, deinde prologum super capitula moralium beati Gregori. quem ordinem rerum si comparaveris cum descriptione Matritensis data ab Loewio, statim perspicies Baluzianum et M eiusdem esse stirpis proxime cognatos. cum autem capitulorum numerum in Baluziano se addidisse in sequentibus (p. 403) testetur 'Henrici secundi imperatoris tempore Rainerius Aretinae ecclesiae canonicus presbyter' nec desint iuxta plurimos consensus inter Baluzium*[1] *et M certae discrepantiae (v. p. 289, 3. 36), Baluzianus atque M non idem est codex, sed ex his duobus testibus nobis restituenda erit fides vetustioris codicis talis qualis fuisse videtur nunc laceratus academ. real. hist. inter Aemilianos cod. 2 (saec. X), v. Hartel-Loewe I p. 483. — T autem plane alius generis esse, et conspectus variarum lectionum aperte demonstrat, velut videndi p. 289, 6. 18. 25.*

INDICES *de variis quos addidi indicibus, opere taedioso sed ut spero utili doctis, vix est quod pluribus disseram. tamen libens merito profiteor Barwinski Rossbergi Westhofi libellis*

---

1) *harum rerum peritis vix opus erit exponere, inter lectiones a me cum nomine Baluzi ex eius editione relatas praeter lectiones codicis vetusti non paucas esse ipsius Baluzi emendationes tacite contra fidem codicis conlati textui inmissas.*

in indicibus verborum et grammatico meas curas haud raro auctas vel spectatas esse. solo de indice orthographico adiciendum aliquid. composui non solum ut apparatum criticum exonerarem adnotationibus ad constituenda verba fere inutilibus, sed etiam ut pro parte virili aliquantum conferrem ad cognoscendam historiam rei orthographicae latinae, quam tum demum certis in permultis quaestionibus fundamentis nixuram esse constat cum vel posteriorum saeculorum usus et ratio scribendi diligentius erunt explorata. simul aptis locis adnotavi si quid ex re orthographica abstrusius de origine et parentatu codicum cognosci poterat.

iamque satis praefatum esse arbitror ut qui hoc libro ante hos septem annos coepto et saepius ob alia negotia relicto nec derelicto usuri sunt quid secutus quidque consecutus sim iudicare valeant. nec tamen decet silere qui opus aut suaserint aut iuverint. BVECHELERVS *igitur, ad quem redire libri initia grato animo libens profiteor, illum quem olim Monumentis Germaniae se praestiturum ipse promiserat ut edendum susciperem Merobaudem me hortatus* MOMMSENO, *cuius sideris lucem nunc extinctam omnes lugemus et lugebimus, persuasit ut a me oblatum acciperet probaretque. accidit autem ut tunc ipsum praefectura auctorum antiquissimorum a Mommseno transferretur ad* LVDOVICVM TRAVBE, *qui re diutius et varias in partes deliberata mecum rationem voluminis XIV[i] ita constituit partitusque est ut ego Merobaudem Dracontium Eugenium, ipse anthologiam quam dicere consuevimus Salmasianam minoraque Afrorum Hispanorumque eiusdem aevi carmina curaret. quod consilium num aliquando solidum perpetretur incertum reddidere res et fata societatis; certe Traubius priorem partem operis communiter suscepti nunquam auxilio et auctoritate sua denudavit: consiliando, admonendo, dissuadendo corrigendo, intercedendo nunquam fessus aut satiatus librum nascentem et auctorem non tam ex officio quam amico animo et aluit et promovit. iam in congerenda materia non me reliquit societas Monumentorum:* DVEMMLERO *cl. m. praeside procuratum est ut ipse bybliothecas Helvetiae Italiaeque adirem. atque etiam bybliothecarum praesides ea liberalitate erga me uti voluerunt qua maxima de litteris merita sibi parare huius ordinis decus et praesidium est: nomino praefectos et amanuenses bybliothecarum* BAMBERGENSIS BERNENSIS BRVXELLENSIS MEDIOLANENSIS MONACENSIS NEAPOLITANAE SANGALLENSIS VATICANAE VERONENSIS VINDOBONENSIS; *inprimis autem hoc loco mihi gratiae agendae sunt patribus Bollandianis qui suis thesauris quam liberalissime mihi ut uterer per aliquot menses permiserint. in edendis et tractandis poetarum verbis Buechelero et Traubio qui indefessa opera me comitati sunt* SKVTSCHIVS *accessit et multa egregie monuit praecipueque Catulli et Persi vestigia in his carminibus detexit. partem libri, satisfactionem scilicet et Romulea, etiam* LEO *percurrit antequam absolveretur cum magno rei et editoris fructu ut in tanto viro non opus est confirmari. proverbiis Eugenianis suam ut regis in hac provincia denegare operam noluit* CRVSIVS.

iam prodeat liber TRAVBIO *dedicandus si per leges societatis licuisset.*

Monaci a. d. VII. kal. Sept. a. 1904.

FR. VOLLMER.

PRAEFATIONIS SUMMARIUM

p. I: De Merobaudis codice editionibusque.

p. V: De Draconti carminibus codicibus editionibus

p. V: de carminum temporibus *p. VIII: lectores imitatores* *p. X: codices* *p. XI: laud. dei B* *p. XII: C* *p. XIV: A* *p. XVII: Eug. hex.* *p. XXII: G* *p. XXIV: conspectus* *p. XXVIII: satisf. V D* *p. XXX: Romul. N* *p. XXXII: V* *p. XXXIII: Orest. B A* *p. XXXV: floril.*

p. XXXVIII: De Eugeni codicibus

p. XXXVIII: MA *p. XL: LFP* *p. XLI: CRT* *p. XLII: Lips. Brux.* *p. XLIII: imitatores* *p. XLVI: carminum appendix* *p. XLVIII: epistulae.*

CODICES TRACTATI

	pag.
Bambergensis B II 10	*XIV*
Bernensis 36	*XLII*
45	*XXXIII*
Berolinensis Phill. 1732	*XLII*
1824	*XII*
Dietz. B. Sant. 60	*XXXV*
Bruxellensis 8860—8867	*XLII*
10723	*XI*
Buxheim (Traube)	*XXXV*
Cantabrig. Gg 5, 35 (1567)	*XLVII*
Darmstadensis 3303	*XXIX*
Escurial. d I 1	*XLVIII*
J II 10	*XLVIII*
M III 2	*XLVII*
Harleianus 2745	*XXXV*
3685	*XLII*
Laudun. 279	*XXI*
273	*XXI*
Legion. catedr. frg. 8	*XXXVIII*
21 (22)	*XL. XLVIII*
Leidensis Bon. Vulc. 48	*XXXV*
Lipsiensis bybl. senat. XLVIII	*XLII*
Matritensis Tol. 14, 22	*XVIII.*
	XXXVIII. XLVI. XLVII

	pag.
Matritensis C 81	*XLVIII*
Real acad. Cog. 1	*XLVIII*
Mediol. Ambros. O 74 sup.	*XXXIII*
Monac. lat. 18628	*XLII*
Neapolit. bybl. nat. IV E 48	*XXX*
Paris. lat. 2832	*XX*
7540	*XLI*
8071	*XLI*
8093	*XIX. XXII. XL*
8321	*XXII not. 2*
14758	*XXII*
Mazarine 512	*XLII*
Sangall. 908	*I*
Toletan. capit. 27, 24	*XLVIII*
Trevirensis 1464	*XLII*
Vatican. lat. 3583	*XII*
5884	*XII*
Reg. 1267	*XXVIII*
2078	*XLI*
Vrb. 352	*XII*
Veron. capit. CLVIII (155)	*XXXII*
Vindobon. lat. 3261	*XLIV not. 25*
Vratislav. Rhed. 59	*XII*
Zwettalensis 70	*XLIII*

FL · MEROBAVDIS

QVAE SVPERSVNT

CARMINA I—IV
PANEGYRICVS PROSARIVS IN II CONSVLATVM AETII
PANEGYRICVS POETICVS IN III CONSVLATVM AETII
DE CHRISTO CARMEN
FRAGMENTVM

Codicis S. Galli 908 folia palimpsesta 255—262 et 267—274

⟨CARMINA⟩

⟨I⟩

desunt aliquot versus paginae et carminis

Codex p. 260 *mediocriter legitur*

incumbit foribus pictae Concordia mensae
purpureique sacer sexus uterque laris,
aeternas ubi festa dapes convivia gestant
purpureisque nitent regia fulcra toris.
ipse micans tecti medium cum coniuge princ⟨eps
lucida ceu s⟨u⟩mmi possidet astra poli,
terrarum veneranda salus: pro praeside n⟨ostro
amissas subito flet novus exul opes;
cui natura dedit, victoria reddidit orbem
claraque longinquos praebuit aula toro⟨s.
hic ubi sacra parens placidi petit oscula na⟨ti,
Castalium credas cum genetrice deum;
cum soror adsistit, nitidae candentia Luna⟨e
sidera fraterna luce micare putes;
si coniux aderit, dicas Nereia Pelei
Haemonio Thetidos foedera iuncta toro.
hac etiam de prole licet sperare nepotem,
cui Larisa suum conferat una virum.
en nova iam suboles, quae vix modo missa sub ⟨auras
mystica iam tenero pectore sacra gerit,
vagitu confessa deum; sentire putare⟨s,
mollia sic tremulo moverat ora sono.
o felix, uno geminam cui tempore vitam ***

VARIA LECTIO *supplementa sunt Niebuhrii nisi contra dixero* [I] 1 concordiaè 5 e *litterae in* princeps *cernitur pars sinistra* 6 ceu *exesae quidem litterae, at certae videntur; non praesto* su *in* summi. *Niebuhr dubitabat de* c *et* u *in* ceu *et de* u *in* summi 7 o *prioris in* nostro *sinister ductus adest* 11 placidâ t *in* nati *vidi cornu sinistrum* 13 e *in* lunae *adest pars hemicycli* 15 dicas *omissum, super* nereia *adscriptum* pehâèmôñiò, *deinde* aemonio *parvis litteris ante* tethidos *(sic codex) in* v. 16 *suppletum est* 21 uagitum *punctum super* m *non vidi membrana exesa in fine imitatur ductum* s *litterae*

NOTAE *carmina I et II non possunt esse anni prioris quam p. Chr. 439, cum agatur de baptismo Placidiae secundae Valentiniani filiae; duxit autem uxorem imperator anno 437* 1 *falsus est Heimsoeth p. 532 cum dicit 'describitur . . . primum cenatio. vela foribus praetenta ornat imperatoriae familiae una cenantis imago'; immo describitur utroque carmine baptismus sollemnis qui habetur in triclinio palatii Ravennatis scilicet, cuius nymphaeum aliquod appositis cervis (II 6 sq.) mutatum erat in baptisterium. cuius* mensae *i. triclini,* pictae *scil. marmoribus, in larario positi erant* sexus uterque *i. genius et tutela domus Augustae cum* Concordia 2 sexus uterque *Claud. 1, 201 (22, 360 Dracont. saepe)* 4 *Claud. 10, 151* purpureis . . . toris 5 coniuge *Licinia Eudocia Theodosii II filia* 8 exul *Iohannes tyrannus (423—5) flet amissum regnum quod ante flevit Valentinianus. poetae verba non apte concinunt cum testimoniis aliorum (Mommsen, Hermes 36, 1901, 519), quibus Iohannes Ravenna capta esse necatus traditur* 10 longinquos *Byzantio petitos* 11 sacra parens *Galla Placidia Theodosii I filia* placidi *ludit in nomine principis Flavi Placidi Valentiniani* 13 soror *Honoria, quae propter stuprum palatio expulsa est a. 434 (Marcell. chron. min. II p. 79), ergo tunc in gratiam iam redierat. probantur igitur hoc versu ea quae Mommsen (Hermes 36, 527. 2) ponit de duabus adnotationis Marcellinianae partibus falso conglutinatis* 17 prole *Eudocia filia Valentiniani maiore, post Hunerici uxore* etiam *non bene continuat comparationem cum Peleo Thetideque; coniungit matri sorori coniugi filiae* nepotem. *dictionem corrupit fortasse ut afferret clausulam Catulli 64, 379* sperare nepotes, *quae et ipsa est de Achille* 19 nova iam suboles *Placidia post uxor Olybrii* 23 geminam *carnalem partu, spiritalem baptismo*

p. 259
bene legitur

deest carminis primi unus, vix tres versus.

⟨II⟩

unum distichon deesse videtur

aul⟩a uiret pulchram domini sortita iuventam
i⟩psaque primaevo lumine tecta nitent,
qu⟩ae Phoebi flammata rotis et principis ostro
aetheris ac terrae sidera mixta tenent.
m⟩armoreos rigat unda lacus fictasque metallis
cornigeras rapido proluit amne feras
. . . .⟩aque festinis onerat crystalla fluentis:
gemma vehit laticem, quae fuit ante latex.
. .⟩mina celsa tenet socia cum coniuge princeps,
c⟩uius sacra petit pignora mundus ovans.
mi⟩ra fides! optare licet, qui sceptra capessant,
n⟩ec numerum regum poscere vota timent
et⟩ dominos secura sui de stemmate regni
c⟩ontinuat proprios dum creat aula novos.

⟨III⟩

. . . DIAR . . . . . .

ex⟩plicat aestivas ramis errantibus umbras
f⟩rigoris arcani silva referta gelu
nec⟩ commune sibi tempus permittit et anno
pr⟩ivatamque hiemem frondea tecta tenent.
int⟩ertonsa comas Spartani marmoris instar
por⟩rigit excisum buxus amoena latus,
qua⟩m nec Achaemeniae possent penetrare sagittae ***

[II] 1 *in initio ante* a *superest inferius cornu litterae, quae non erat* u, *potest fuisse* c, *vix* r, *maxime probabile fuisse* l silu⟩a *Niebuhr,* aul⟩a *ego* 3 foebi 4 a *in initio dimidiata* 5 *et* 6 a *et* c *primarum adsunt partes tantum at certae* 7 aq· *non* baq· *in initio codex, etiam* a *plane erosa* tur⟩baque *Niebuhr,* albaque *Heinrich; possis alia velut* claraque curvaque pigraque, *vix* lymphaque 8 g *primae non cernuntur nisi cornua dextra* 9 *proxima ante* mina *non fuit* l; *ergo pravum est* cul⟩mina *Niebuhrii; puto* limina 12 n *primae cornu adest inferius* 13 sic⟩ *Niebuhr,* et⟩ *ego*

[III] *post II 14 vacui sunt duo versus in codice miniatis olim litteris expleti; quid in priore infuerit nescimus (facilis est de numero coniectura), in altero sibi legere visus est Niebuhr* RIDIARIS VIRI INL. FAVSTI, *ex quibus Bücheler vidit* DIAR, *ego nihil. nisi umbrae luserunt Niebuhrium, potest fuisse Anicius Acilius Glabrio Faustus, cos. a. 438 (Mommsen chron. min. III 530). titulus carminis vide ne fuerit* In *vel* De viridiariis 1 inplicat *H. Schenkl ad Calp. 1, 12 non recte* 3 c *litterae in* nec *paene cornua apparent* 4 *ante* ı *cauda litterae* r *agnoscitur* 5 *ante* e *cernuntur cornua litterae deperditae, quae non fuit* p *nec* b, *potuit* c *vel* t intertonsa *Bücheler, quod verum puto, licet alibi non legatur*

[II] *novum esse carmen, non idem cum I, licet de eodem agatur festo, clare docent versus I 5 sq. et II 9 inter se comparati* 1 domini *Augusti, cuius* iuventa *est filia* 2 primaevo *quasi et ipsa revirescentia Lucil. frg. 1 B.* aetheris et terrae, *similia saepe.* 6 *cervos in baptisterio ponebant memores psalm. 41, 2. cf. imprimis Anth. lat. 378, 14* et formam cervi gremium perduxit aquarum *i. finxit cervum per aquas euntem. picti extant similes cervi de fonte bibentes in sepulcrario Gallae Placidiae Ravennae* 8 *cf. Plin. nat. 37, 23 Sen. nat. 3, 25, 12 Claud. c. min. 33—39, maxime 34, 2 Sidon. carm. 11, 94 sqq.* 11 optare licet *propter pacem restitutam et virtutes principis Claud. 5, 295* sceptrumque capessere fervet

[III] 1 *Calpurn. buc. 1, 12* ramis errantibus implicat umbras *aquis fagus* 4 *Verg. georg. 4, 61* frondea . . . tecta 5 Spartani *nimirum viridis* 7 *Prop. 2, 13, 1* non tot Achaemeniis armantur Bactra sagittis

desunt quattuor, vix sex versus

8 .... M)arti iunxit amica Venus.

p. 256 *bene legitur; initia versuum adsunt p. 273*

⟨IV⟩

Annus panditur ecce iam secundus
et festum puero diem reducit,
quo vitalibus inchoatus auris
infusi bibit aetheris vigorem.
omnes nunc Latiae favete Musae,
omnes nunc Latiae virete silvae;
vernent limina laureisque sertis
inserpant hederae vagante nexu;
exultet placido tumore Thybris
et nulla rutilus nec asper unda
hibernis vada molliat serenis.
laxet pectora bellicosa ductor
(est dignus rude) lacteamque prolem
nodosis ferus ambiat lacertis;
adsit cum socio parente coniunx,
coniunx non levibus canenda musis,
heroum suboles, propago regum;
cuius gloria feminam su⟨p⟩erstat;
quae non ut Thetis anxium pavorem
secretis Stygos abluit sub undis
et natum trepidis anhela curis
contra fata deum metusque leti ...

[III] 8 *forfice dimidiatus; adsunt vestigia inferiora litterarum* arti iunx, *totae sequentes sequitur inter* III 8 *et* IV 1 *unus versiculus vacuus, in quo minii vestigia cernuntur, nil legitur versuum* IV 1—22 *tertiae quartaeque litterae latent fere hodie in ipsa foliorum plicatura; si quae cernuntur probant Niebuhrium recte rettulisse* 9 tybris 13 et dignus, *correxi* 17 rerum 18 p *iam periit, vidit Niebuhr*

[III] *in fine carminis silva laudata erat comparata cum illo luco,* ⟨qua thalamos M)arti iunxit amica Venus, *cf. ex. gr. Anth. 253, 33 sqq.*

[IV] *Aetii, qui brevi post obsidium apud Hunnos Carpilionis factus est gener (Frigeridus ap. Greg. Tur. 2, 8), ex uxore nobili (v. 17 Sidon. c. 5, 204) Germana, at christiana (Greg. Tur. 2, 7) duo fuerunt filii, maior Carpilio, a. 425 Hunnis obses datus (Prisc. frg. 8 p. 296, 31 Dind. Cassiod. var. 1, 4, 11), minor Gaudentius (Sidon. c. 5, 205), anno 455 cum filiabus Valentiniani a Genserico Carthaginem raptus (Hydat. chron. II p. 28, 167). dubium non est quin carmen Merobaudis sit de minoris festo secundo natalicio, quem probabile est natum circa a. 440, ut carmen factum putes hieme (v. 11) a. 440 vel 441. puer natus erat Romae (v. 38); ubi die festo pater ipse aderat (v. 12 sqq.) totum carmen ad exemplum genethliaci Lucani (Stat. silv. 2, 7) compositum est, a quo Merobaudes etiam metrum huic materiae inusitatum mutuatus est* 4 *Stat. silv. 2, 7, 4* pendentis bibit ungulae liquorem. *cf. Claud. 20, 498* nihil aetherii sparsit per membra vigoris 5 *Stat. l. l. 20* vestra est ista dies, favete Musae 6 *Stat. 13* et plus Aoniae virete silvae 7 sqq. *cf. Stat. 10 sqq.* 8 *Stat. silv. 5, 3, 8* hederis inrepere taxum. *Claud. 35, 111* hic hederae serpunt. *Sidon. epist. 8, 11 vers. 6* succingant hederae expeditiores

p. 255
minus facile legitur

desunt 4 fere versus

primaevos pueri rec⟨entis⟩ art⟨us
plenis numine fontibus rigavit,
qua puri deus arbiter lavacri
arcana laticum receptus unda
pellit crimina nec sinit fuisse
et vitam novat obruitque poenam.
his te primitiis, puer, sacratum
excepit gremio micante Roma
et nudi lateris recincta vestem,
quae bellis procul omnibus patebat,
nutricem tibi praebuit papillam.
felix distulit adtulitque partum
Lucinae mora: praestitit morari,
ut spebus timidis diu negatus
et civis dominae futurus Vrbi
natalem tibi regiam Quirini
et primas Latii domos videres,
proles Martia Martios penates,
hoc iam clarior inclyto parente,
quod vix puberibus pater sub annis
obiectus Geticis puer catervis,
bellorum mora, foederis sequester,
intentas Latio faces removit
ac mundi pretium fuit paventis.

---

23 *finis dimidiatus; Niebuhr vidit* rec . . . . s art; 'c *et* s *vestigia maxime dubia' Bücheler; ego non praesto nisi* r . . . . . art 40 prolis, *at* i *in* e *correcta* 41 hĩc inclyto *sic* 46 *potest ultimus carminis fuisse versus*

---

29 sqq. *cf. Stat. 36 sqq. et Claud. 1, 87 sqq.* 36 *Catull. 2, 13* diu negatam. *Stat. silv. 4, 3, 11* 42 *Frigeridus apud Greg. Tur. Franc. 2, 8* tribus annis *(405—7?)* Alarici obsessus, mox Chunorum. *cf. Merob. paneg. II 127 sqq.* 43 *Claud. 3, 316* Geticas . . . . . catervas 44 *Lucan. 1, 100* Crassus erat belli medius mora 46 *Merob. paneg. II 130* mundi pretium fuit

⟨PANEGYRICUS I⟩

desunt aliquot paginae codicis et p. 274 fere 4 versus

p. 274 *satis difficilis lectu; in finibus desunt fere 6—8 litterae*

frg. I A

.... fort)una tua potius quam a na⟨tura ...
nihil quod cupias latere deprehendi ⟨potest; denique omnia agis ut qui scias in conspe⟨ctu et iudicio omnium esse quod gesseris.
Lateant ergo hi quos deprehendi pudet⟨ — nec enim bonae conversationis est nimis pet⟨ere secretum — et tamen mali frustra arbitros f⟨ugiunt; quid enim eis prodest non habere co⟨nscios, qui habent conscientiam? veniant sane ad ⟨nos qui volunt arbitri, quam volunt severi iudic⟨es morum atque virtutum nec tantum Catones nost⟨ri sed et peregrina Lacedaemoniorum et Athen⟨iensium nomina: nullum profecto tempus, null⟨um diem, nullam denique horam in actibus tuis quam ⟨non admirentur invenient. tibi enim cubil⟨e nuda rupes aut tenue velamen in caespite, nox ⟨in vigiliis, dies in laboribus, iniuria iam pro volunta⟨te, lorica non tam munimen quam vestimentum, ⟨..... non adparatus sed conversatio, postre⟨mo ..... qui aliis procinctus, tibi usus est.
Nec inmerito te ita communem alacrit⟨ati ac labori, labori ac potestati natura forma⟨vit ..... oreciium gra.uares la . oran . ra ..... proximitas tua i .. velocitatem tuam ....

---

1 una tua p ... us quam ana *legit Niebuhr in versu omnino dimidiato, ego inter* p *et* us *praesto* oti *nisi quod* t *litterae caput non conspicitur. porro* ana *litterarum reliquiae sunt in membrana, sequitur* i *vel similis litterae hasta inferior, deinde vestigium semicirculi qualis convenit* o *vel* u *litterae et unum punctum litterae plane incertae sic supplebat Heimsoeth*: et quamquam in excelso loco versaris, quem bellica fort)una tua potius quam a na⟨tura tenes⟩, nihil *eqs.* 4 *post* gesseris *versus reliquum vacuum, deinde* 5 La *cum ἐκθέσει ut* N 21 5 hu t *ultimae non extat nisi hastae obliquae superioris dimidium sinistrum* ⟨etenim *Niebuhr,* nec enim *vel* nec iam *Heinrich* 6 pete⟨re conspec⟩tum *Niebuhr,* secretum *ego, cf. Phaedr. 4, 25, 6* e *post* pet *apparet particula sinistra* 8 co⟨nscios cum⟩ *Niebuhr*, qui *Heinrich* 9 *post* ad *sequitur nuda hasta recta, neque igitur fuit* t (ad ⟨te quos vo⟩lunt *Niebuhr*), *sed* n *vel* r *vel ipsa* i; nos qui *ego, vix* ius *vel* rem 11 adq· t *ultima ut* v. 5 et *inserui Niebuhrianis* 12 lacaedemoniorum 13 *ultimae* l *i. alterius non adest nisi pars sinistra* 14 m *superest solus ductus primus* 15 *ante* tibi *spatium vacuum* 2 *fere litterarum* ciuil *i.* ciuil *corr. in* cubil *sic codex* caua ru⟩pes *Niebuhr,* durum rupes *Heinrich,* nuda *ego* 16 x *ultimae non apparet nisi sinistrum cornu superius, idem valet de* a *ultima* v. 17 ⟨in consiliis⟩ *Heinrich* 18 *non ausus sum dare* munimen quam vestimen, tum ⟨convivium⟩ ⟨cena⟩ *Niebuhr,* ⟨tum cena⟩ *ego* 19 *post* postremo *addidit Heinrich* gladii, *Bücheler* belli, *ego* gravis 20 *post* est *versus vacat ut* v. 4 22 *post* forma *vidi* u *dimidiam* 23 sq. *quas dedi legit Niebuhr, ego mihi deprendere visus sum has*

orec .. umgrauares la . oran . ra
pro . im . tas .. aturuelocitatem tuam .. q

o *prima* v. 23 *potest fuisse* u *post* la *non fuit* b *sola* 24 u *in* atur *non certa*

---

hunc pedestrem panegyricum Niebuhr cum putaret esse praefationem alterius poetici, in qua re eum graviter errasse in praefatione demonstravi, utrumque rettulit ad III Aetii consulatum anno 446, cuius sane est poeticus. at prior ego non dubito quin spectet ad II potius Aetii consulatum a. 437. similius enim est veri de statua sua (frg. II A 2) dedicata a. 435 poetam verba fecisse a. 437 quam 446, deinde quae II A 22 et II B 10 ut modo gesta narrantur, videntur esse victoriae de Gothis in Gallia relatae a. 436 (v. notas). nec neglegendum est frg. II A 1 respicere carmen prius (a. 432?) in Aetium dictum (v. ad frg. II A 2) veri partem divinabat Mommsen, Herm. 36, 516, 5 15 *Amm. 22, 4, 6* non saxum erat ut antehac armato cubile 17 iniuria *molestiae vitae militaris*

desunt fere 4 versus

p. 273 *facilis lectu; in initiis desunt fere 6—8 litterae*

frg. I B

. . . . . na tentorio in aequum q . . . . . gu .
. . . . . tentorium ducit. tunc si quid a bellis
vacat, a⟩ut situs urbium aut angustias montium
aut vasta⟩ camporum aut fluminum transitus aut
viarum⟩ spatia metiris atque ibi quis pediti, quis
equiti⟩ accommodatior locus, quis excursui
aptior, qu⟩is receptui tutior, quis stationi uberi-
or, explo⟩ras. ita ad bellum proficit etiam ipsa in-
tercaped⟩o bellorum. iam vero praeter Mar-
tias laud⟩es cuius tanta in consiliis alacritas, in
iudici⟩is severitas, in conloquiis mansuetu-
do, in vult⟩u aequalitas, in ira brevitas, in amore
diuturn⟩itas? o fortunatissimum orationis
meae te⟩mpus: vera me dicere omnes fatentur,
queruntu⟩r hactenus me de actibus tuis aliquanta
omisisse⟩. et quidem multum dicturo obest igno-
rantia; d⟩ebet nosse quem loquitur. nec sola
illa de v⟩iris fortibus praedicanda sunt quae pu-
blica fa⟩ma denuntiat. nam et cum victoria per-
. . . . . .⟩tum, designatur hoc nomine quidquid
contuli⟩t favens fortuna bellorum: non tamen
sic audie⟩ntum impleat animos, ut si ipsa itinera
atque moli⟩mina et imago certaminum et vulnera
et exit⟩ia et hostili caede pulvis cruentatus . . .

---

de 1 *non bene rettulit Niebuhr, qui dedit* . . . . a tentorio . . ac quamq . . . . . ; *Bücheler et ego vidimus plura, quae supra indicavi, licet plenae non adsint nisi* á tentorio, *ceterae omnes dimidiatae vel decisae usque ad pedes; porro ante* na *sunt vestigia duarum quales* ıo *vel* tu, *post* u *paenultimam punctum tantum superest, potest fuisse* s 2 t *prima lacera sed certa post* ducıt *spatium* 4 aut plana⟩ *Niebuhr,* vasta *ego* 7 planior *Heimsoeth* 8 r *primae non adest nisi cauda dextima* 9 in⟨termissio⟩ *Niebuhr,* in⟨tercaped⟩o *ego post* bellorum *spatium* Mar⟨tios labor⟩es *Niebuhr,* Mar⟨tias laud⟩es *Heinrich* 11 *ante* ıs *foramen marginis, cuius oram facit* i *non plena, quae potest et* u *fuisse et* n sâlubṙıtas *i. corr. in* seuerıtas *licet* l *deletae non viderim signum* 12 *ante* u *reliquiae* t *litterae* 13 iucund⟩itas *mavult Skutsch ob clausulam* 15 *ante* r *fuit* u *rel* a 15/16 testantu⟩r *et* dixisse⟩ *Heinrich, Niebuhr nihil,* queruntu⟩r *et* omisisse⟩ *ego* 16 *ante* et *membranae fenestra qualis convenit in* o *vel* e 17 *ante* ebet *adest vestigium hemicyclii quale in* o *vel* d *nolui interserere* qui 20 *non explevit Niebuhr,* per⟨hibetur *vel* per⟨fertur tan⟩tum *Heinrich,* per⟨sonat, lae⟩tum *ego, licet malim tale* per⟨sonat sena⟩tum, *quod spatio longius videtur* 21 contuleri⟩t *Niebuhr* 22 *ante* ntum *adesse videtur* e, *certe non fuit* a monume⟩ntum *Niebuhr,* sic audie⟩ntum *ego* ımpleat *sic codex neque ego vidi correctionem, qua Niebuhr* implet *restitutum esse dicit* 23 atq. ag⟩mina *Niebuhr* 24 et proel⟩ia *Niebuhr languide in fine supple tale* paene oculis subiciantur.

---

5 *cf. Stat. silv. 5, 2, 41* Bolanus iter praenosse timendum, Bolanus tutis iuga quaerere commoda castris, metiri Bolanus agros, aperire malignas torrentum nemorumque moras. *Pacat. paneg. Theod. 10* ne tum quidem . . . remisisti quin omnium castrensium munerum numeros primus aut cum primis obires: stare pro signis, excubias sorte agere, vallum ferre, locum bello antecapere, speculatum egredi, castra metari *eqs.* 13 *cf. Cassiod. orat. p. 475, 18* o me beate superatum: video relationem meam per augmenta transcendi, cui putabam posse vix credi 16 multum *iunge cum* obest; debet *scil.* dicturus.

desunt fere 4 versus p. 270 *bene legitur*

frg. II A

lentem in collegium togae senatus adscivit,
pro his me laudibus tuis Roma cum principe victuro aere formavit, pro his denique nuper ad honoris maximi nomen ille nascenti soli prox⟨imus imperator evexit. intellexit enim, qua fide eius pr⟨aesentis gesta memorarem, qui de absentis meritis non tacerem. iam considera, ductor invicte, quanta tibi haec agenti praemia deb⟨eantur, pro quibus mihi tanta sunt conlata referenti. tibi quidem nullum commune praemium nec par ceteris honor aut laus aliqua usit⟨ata referenda est. habes tamen praemiatrice⟨m conscientiam tuam: etenim recte factorum summus fructus est fecisse nec ullum virtutum pretium dignum ipsis extra ipsas est. ergo vel ego vel alii qui in hac dicendi professione sunt, quotiens de actibus tuis aliqua disserimus, aut ingenia nostra exercemus aut vota ceter⟨orum: tu tibi inniteris, ad te respicis nec ullum quod imitari velis exemplar extra te quaeris; et tamen nulla regio, nullus locus, nulla denique lingua laudibus tuis vacua est. euntes in Thracia⟨m triumphum, qui consiliis tuis intra Hispanias⟨ . .

---

3 o *in fine vix dimidiata adest* 5 ıntellexıt *omissum in contextu superadditum erat* enım *vocabulo; legit Niebuhr; ego vestigia, non litteras agnovi* 8 tıbıahaec 10 prẽmı *post* rentı *punctum et spatium* 12 e *ultimae non adest nisi vestigium* 14. 15 u *et* o *ultimarum cernuntur vestigia* 18 r *ultima lacera* 20 x̃stra a *ultima erosa at certa* 23 trıumfum hıspanıas *sic clare; sequitur vestigium superius unius litterae, quam quae sequebatur erat* a *vel* g *ut cuius litterae sinistrae deliciolae appareant infra versum*

---

1 *antecessisse colon incipiens a verbis* pro his me laudibus tuis *probat illud* denique *in v. 3* a castris aetate remotum nec armis patriae prodesse iam va)lentem *Heimsoeth quod de adlectione in senatum refert, non pugnat cum honore in statua memorato* v(ir) s(pectabilis) com(es) s(acri) c(onsistorii), *cum hoc tempore senatorii locum habeant medium inter* clarissimos *et* spectabiles, *v. Hirschfeld, Sitz. Ber. Berl. Akad. 1901 XXV p. 600, 4* 2 *verba in statua* imago aere formata .... quod huic ... cum augustissimis Roma principibus ... in foro Vlpio detulerunt. *cum tamen elogii verba generaliter concepta sint, hic discimus statuam decretam esse propter carmen in Aetium factum, de quo v. p. 20* 3 honoris maximi nomen *cave de consulatu intellegas; nam cum nomen Merobaudis non sit in fastis neque his temporibus de suffecto cogitare liceat, quamquam consulatus alter datur ab imperatore orientis (Mommsen chron. min. III p. 498), consulem nuntiatum poetam negandum est, nisi forte ponis eum latere sub* Fl. Senatore *a. 436 a Theodosio nuntiato. quae cum ita sint ego arbitror Merobaudem a Theodosio (eum enim certe spectat* v. 4*) inter patricios fuisse adlectum, de qua dignitate nunc v. Hirschfeld l. l. p. 594* 6 absentis *v. p. 20* 14 *Claud. 17, 1* ipsa quidem virtus pretium sibi ... nil opis externae cupiens, nil indiga laudis 23 *supple ex. gr.* Galliasque partus est, comperimus. *agi videtur de soluta a. 436 per Litorium comitem* (consiliis, *non* actibus tuis) *obsidione Narbonensis oppidi, de qua vide Prosp. chron. I p. 475, 1324 Hydat. chron. II p. 23, 116. Merobaudes cum suis haec facta iam in itinere audiisse videtur, ipsius Aetii victoriam ad montem Colubrarium (frg. II B 315) tum demum cum Salonas advenisset. Aetium interfuisse his rebus Gallicis testis est Hydatius chron. II p. 23, 112*

desunt fere 4 versiculi p. 269 *difficilior lectu*

frg. II B

t⟩ui aestimator es, quam enormis ubique et quam
i⟩nsueta gratulatio sit, cum aliquis index de ac-
t⟩ibus tuis secunda loquitur. praeter id enim quod
i⟩n te mundi amor consonat, quem probasti, tum
i⟩n successibus tuis veritas ipsa delectat: nemo
enim de fama dubitat quotiens vicisse te nuntiat.
D⟩elatus ego in augusti litoris sinum, qua Salonas usque
per anfractus terrae pronum pelagus
inlabitur, nactus sum quendam qui se tuis re-
centibus gestis interfuisse memoraret.
'Gothorum' inquit 'manus universa cum rege
exierat Romana populatum. hoc ut dux comperit' —
i⟩am non expectavi ut diceret: 'progressus est, ma-
num contulit', neque enim haec a te acta dubitabam,
quaesivi statim, ubi qualiter quantosve fudis-
ses. tunc ille: 'ad montem' inquit 'quem Colubra-
rium quasi praescia vocavit antiquitas (in eo
enim nunc rei publicae venena prostrata sunt), maximam
hostium partem inprovisus, ut solet, neci dedit
f⟩usisque peditum copiis, quae plurimae erant, ipse
p⟩alantes turmas persecutus stantes robore,
f⟩ugientes alacritate conpressit. nec multo
p⟩ost rex ipse cum reliquis copiis suis adfuit
d⟩efixusque horrore subito calcata prope cadavera . . .

1 *supra* uiae *cernuntur vestigia inferiora duarum infra longiorum litterarum versus antecedentis initium Heimsoeth supplevit sic:* ⟨non fugit te, quamquam modestissimus ipse t⟩ui aestimator es; *Niebuhr:* ⟨q⟩ui enormes 7 d *prima videtur in ecthesi fuisse* angusti *Heinrich* 7/9 sinum pelagus | inlabitur *cetera quae supra exhibui omissa fuerunt et supra versus addita; legit Niebuhr qui testatur etiam* pelagus *supra versum repetitum, tum linea transfixum esse. ego non agnovi nisi* qua salonas usque *(sic, non* usq·*) supra* pelagus *et* per anfractus *supra* inlabitur 10 *post* memoraret *spatium et* 11 Gothorum *cum* g *maiore* 11 *in fine* regex 16 inquid 18 reip. uenena *in fine* maxima·· *i.* maximam, *falsus est Niebuhr* 20 *in initio exesa membrana imitatur* f *litteram* 23 *et* 24 p *et* d *primarum adsunt vestigia* 24 subicalcata *infra in dextro angulo paginae legitur numerus quaternionis* VIII

7 augusti litoris *propter domum Diocletianam v. Corp. inscr. Lat. III p. 305* 11 *de re superiore verba similia apud Hyd. chron. II p. 21, 92*

[PANEGYRICVS II] *incipit novus codicis quaternio, decimus puto, cuius habemus primum et tertium folium. continebat panegyricum II vel potius III Aetii, (v. praef.), ex cuius praefatione pedestri superstant verba* si hic litterae excusandae sunt, *quae aptum praefationis dedicatoriae faciunt finem. sequitur versus* E⟨X⟩P⟨L⟩I⟨C⟩I⟨T⟩ · P⟨R⟩A⟨E⟩F⟨A⟩T⟨I⟩O, *deinde alter vacuus in quo quid fuerit dubium esse non potest. neque enim inerat tale* incipit panegyricus; *quod si scriptum fuisset, sine dubio eodem lusu usus esset librarius quem in antecedenti videmus versu, nimirum ut alternas pingeret litteras minio, non omnes, utque nos nunc videremus nigras. ergo qui fuit totus miniatus periit ipse primus poematis versus. hunc deesse evincit etiam rerum ordo in prooemio compositarum. quaequae narrat poeta a. v. 1 usque ad 30 non sequitur temporis seriem, sed ostendit per totum orbem terrarum et per extremas eius partes Scythicam Germaniam Belgicam Gallias Africam pacem ab Aetio restitutam esse:* passim bella dedere locum *(33). puto igitur tale quid quasi thema prooemii dictum fuisse:* Pacis adest regnum: pandit qui parvulus olim Danuvii cum pace redit Tanainque *eqs. (cf. pan. II 132* edomuit quos pace puer). *iam ut perspiciatur quomodo carminis partes nunc magnis lacunis dissociatae potuerint inter se cohaerere, dispositionem qualis mihi fuisse videtur adponam. pacato igitur orbe tertium fasces sumit Aetius (1—49), nec tamen alter eius consulatus pacis serenitate vacabat (lacuna post 49), at* diva nocens *(69 Tesiphone?) hunc sui contemptum non ferebat et novum bellum instigat alitque socia sibi assumpta Enyo (50—97). magnum exoritur bellum (lacuna fere 110 versuum), in Gallia ut videtur a. 439. Romae autem civibus unus qui his periculis obveniat commendatur Aetius cumque de eius meritis locuntur poeta inserit laudationem solito more a patre infantiaque exorsus (98—143). in 56 versibus deperditis finita laudatione iam se accingit ad canenda illa proelia quibus patricius pacem ante 446 restituit, Gallica nimirum (144—153), narrataque expugnatione castrorum (prope Tolosam? a. 439) laudes incipit pacis, in quibus subsistunt fragmenta non longe a fine carminis ut videtur.*

⟨PANEGYRICVS II⟩

⟨PRAEFATIO⟩

periit fere tota cum foliis quae antecedebant

si hic litterae excusandae sunt. p. 257, *initia* p. 272; *satis bene leguntur*

E⟨X⟩P⟨L⟩I⟨C⟩I⟨T⟩ · P⟨R⟩A⟨E⟩F⟨A⟩T⟨I⟩O

. . . . . .

Danuvii cum pace redit Tanainque furore
exuit et nigro candentes aethere terras
Marte suo caruisse iubet; dedit otia ferro
Caucasus et saevi condemnant proelia reges.
addidit hiberni famulantia foedera Rhenus
orbis et Hesperiis flecti contentus habenis
gaudet ab alterna Thybrin sibi crescere ripa.
lustrat Aremoricos iam mitior incola saltus,
perdidit et mores tellus adsuetaque saevo
crimine quaesitas silvis celare rapinas
discit inexpertis Cererem committere campis
Caesareoque diu manus obluctata labori
sustinet acceptas nostro sub consule leges
et quamvis Geticis sulcum confundat aratris
barbara vicinae refugit consortia gentis.
hinc quoque, Tyrrhenis qua fluctibus ima resultat
Gallia et aërii conscendens ardua montis
limite nimboso terras perstringit Hiberas,
nil nostri iam iuris erat. sed belliger ultor
captivum reseravit iter clausasque recepit
expulso praedone vias populosque relictis
urbibus et sociis confinia reddidit arvis.
undique iam Scythicis erepta furoribus hostem

desunt fere duo versus

---

inter EPII PAFTO *quae desunt litterae, minio erant pictae, item versus sequens qui nunc omnino vacuus est* 4 seui 9 saeuo *sic* 17 scen condens aper ardua, *v. v. 18*

---

de versu ante 1 *v. p. 10 not.* 1—4 *non apte dicuntur nec de Gothis nec de Noris ab Aetio debellatis (Sidon. carm. 7, 233 Hydat. chron. II p. 22, 93. 95), conveniunt solos in Hunos; agitur de pueri apud Hunos obsidatu (v. ad carm. 4, 42 et verba similia pan. II 129). idem coniecit Mommsen, Hermes 36, 518, 4. vix quadrant in ea quae narrat Prosper chron. I p. 473, 1310 (cf. Chron. Gall. chron. I p. 658, 112)* 5 *Francos (a. 428 Prosp. chron. I p. 472, 1298) vicerat Aetius et Burgundiones (a. 435 Prosp. chron. I p. 475, 1322 Hydat. chron. II p. 22, 98. 108)* 7 *dicit Rhenum gaudere quod confluentes ut Moenus Mosellaque Romani sint facti fluvii; cf. Mart. 10, 7, 7* et Romanus eas utraque ripa 8 *de rebus per Aetium post a. 425 in Gallia septentrionali gestis v. Sidon. carm. 5, 210. 212 (cf. 7, 247) Ioh. Antioch. frg. 201, 2* 12 *divi Iuli notissimum contra Venetos bellum spectat* 16 *quae Litorius et Aetius in Gallia Narbonensi egerint referunt ad a. 425 vel 427 Prosp. chron. I p. 471, 1290 Hydatius chron. II p. 21, 92 Chron. Gall. chron. I p. 658, 102; ad a. 436 Prosp. p. 475, 1324 Hyd. p. 23, 110; ad a. 439 Prosp. p. 476, 1335 Hyd. p. 23, 116* 21 *cf. Orientii descriptionem Galliae vastatae common. 2, 165—184* 23 Scythicis *i. Gothorum supple ex. gr.* invenit iam Roma novum *ut ad Vandalos transitus fiat*

insessor Libyes quamvis fatalibus armis
ausus Elissaei solium rescindere regni
milibus Arctois Tyrias conpleverat arces.
nunc hostem exutus pactis proprioribus arsit
Romanam vincire fidem Latiosque parentes
adnumerare sibi sociamque intexere prolem.
sic tranquilla togae recipit dum praemia ductor
pacatamque iubet lituos nescire curulem,
ipsa triumphales habitus mirantia passim
bella dedere locum. Scythici iuvat axe subacto
cardinis arcanis lustrare securibus urbem.
ipse pater Mavors, Latii fatalis origo,
festa ducis socii trucibus non inpedit armis:
tela dei currusque silent vacuique iugales
pabula Rhiphaeis retegunt abstrusa pruinis.
exarmat Bellona comas galeamque remittens
pulvereum glauca crinem praecingit oliva
cristatamque docet foliis mansuescere frontem.
hanc tot bella tibi requiem, Romane, dederunt:
Pax armis accita venit, Victoria semper
ductoris sociam traxit praelata curulem.
post lauros rediere togae meritumque secuti
alta triumphorum relegunt vestigia fasces.
nec certare valent: vincit sua praemia virtus
successumque labor superat. quae munera Fati
acta viri pensare queant? an nomina rara . . .

desunt fere 2 versus paginae

p. 258; *fines* p. 271; *optime leguntur*

---

27 *malim* propioribus 38 rifaeis 49 actauripen *dimidiae tantum adsunt*

---

24 *Verg. Aen. 4, 355* fatalibus arvis. *Calp. ecl. 1, 83* fatalia civibus arma. *Prosp. chron. I p. 477, 1339* Aetio rebus quae in Gallia componebantur intento Gisiricus, de cuius amicitia nihil metuebatur, Carthaginem dolo pacis invadit omnesque opes eius . . . in ius suum vertit *(d. 19. oct. 439)* 26 *Sidon. carm. 5, 67* Porsenna . . . complevit milite Tusco Ianiculum quondam 27 *Prosp. chron. I p. 479, 1347 ad a. 442* cum Gisirico ab Augusto Valentiniano pax confirmata et certis spatiis Africa inter utrumque divisa est. *desponsationem Hunerici et Eudociae puto in eundem annum 442 referendam esse, non cum Mommseno (Hermes 36, 516, 5) in a. 435. mecum stat L. Schmidt, Gesch. d. Wandalen p. 77* 30 *Chron. Gall. chron. I p. 660, 123* pacatis motibus Galliarum Aetius ad Italiam regreditur *(a. 439), cf. Prosp. chron. I p. 477, 1338 Hyd. chron. II p. 23, 117* 37 *Verg. Aen. 7, 686* nec clipei currusve sonant 38 *Verg. georg. 4, 518* Rhiphaeis . . . pruinis 39 *Claud. 8, 12* Bellona . . . parmamque removit et galeam 40 *Verg. Aen. 5, 494* viridi Mnestheus evinctus oliva. *Claud. 20, 271* glaucae . . . olivae *(cf. 22, 228)* 42 *Claud. 26, 360* curaeque laborque pervigil hanc requiem terris . . . dabant. *cf. Verg. catal. 3, 5* 49 *Claud. 24, 76* quantae pensabunt facta coronae?

intercidit unum folium i. fere 56 versus et p. 268 fere versus 4 p. 268 *optime legitur*

A . . . . . et Nili populis ploratus ⟨Osiris.
despicimur: sic cuncta mei revere⟨ntia regni
alterna sub sorte perit: depellim⟨ur undis
nec terris regnare licet. nec inulta ⟨feremus
haec tamen et nostris aderit sors ius⟨ta querellis:
eliciam summo gentes aquilone r⟨epostas
Phasiacoque pavens innabitur hospit⟨e Thybris.
confundam populos, regnorum foede⟨ra rumpam,
nobilis et nostris miscebitur aula ⟨procellis.'
haec ait et pigros zephyris invecta t⟨riones
nubila Rhiphaei penetraverat algida ⟨montis.
hic curva sub rupe sedens crude⟨lis Enyo
texerat annosa refugum sub pace f⟨urorem.
huius luctus erat, quod sit sine lucti⟨bus orbis:
laetis maesta gemit. squalent infor⟨mia taetro
ora situ siccique rigent in veste cruo⟨res;
dura supinato pendent retinacula ⟨curru,
languet apex galeae, clipei nec trist⟨is in orbe
lux rubet et totae pereunt mucroni⟨bus hastae.
hanc ubi diva nocens liquido de trami⟨te cernit,
desilit et tali residem licet excitat o⟨rsu:
'quis miseros, germana, tibi sopor ob⟨ruit artus
pace sub inmensa? quoniam tua pecto⟨ra . . . . .
mersit iniqua quies, inopes tua classi⟨ca . . . . . .

---

50 a *primam fuisse certum est licet non iam cernatur nisi ductus longus inferior ante* et *fuit* r *vel potius* a, *praecedentis litterae adest una lineola infima quae* r *maxime deceat; optime convenit* Aurora *nec tamen* Argiva *plane abhorret quae secuntur dimidiatae sunt sed certae post* ploratus *vestigia adsunt unius litterae; maxime placet* a, *potest tamen fuisse et* o 51 despıcımus̊ 52 *adest* u *litterae cornu sinistimum* depellım⟨ur axe *Leopardi*, undis *Heinrich* 53 *expl. Leopardi* 54 *post* ıus *apparet* t *cornu superius* 56 fasıacoq·pa͞rens gurges *Niebuhr*, Nereus *Bücheler*, Thybris *ego* 57 e *in fine lacera* 58 *post* aula *hasta recta parva, potest fuisse* u *vel* p *vel* f *vel* i, *vix* n 60 rıfaeı a *ultima lacera* 61 pup⌣pe *propter vitium membranae separatas corr. in* ru⌣pe 62 *post* f *cornu superius adhuc extans et forma exesi marginis prope certum reddunt secutam esse* u; *certe non erat* e *nec* l, *vix* i *vel* a f⟨eretrum⟩ *Niebuhr*, f⟨urorem⟩ *ego* 64 *post* ınfor *initium* m *litterae cernitur* infor⟨mia foedo *vult Birt, v. Claud.* 66 ⟨collo⟩ *Niebuhr*, ⟨curru⟩ *Heimsoeth, v. Stat.* 68 *post* mucrom *exesa membrana imitatur* b 70 ilicet *Baehrens post* o *in fine apparet ductus quali* r *incohatur, sed* r *ipsa in foramine marginali membranae non superstat* 71 'sopor obı *nec tertia videtur* r *fuisse quia in supremo aliquid spatii comparet, quod* r *suo flexu oportebat obtinere: puto* i *fuisse, certe non est* t *vel* n *sim.' Bücheler; mihi* r *prope certa videbatur* 72 *noli conicere* quonam pecto⟨ra somno⟩ *Niebuhr*, Martis *puto*, pridem *Bücheler* 73 *post* classı *cernitur ductus inferior ut intellegas* a *mox insecutam* inopes tua classi⟨ca flatu foedabunt aurae *Heimsoeth*

---

50 *Ov. ars am. 1, 75* Veneri ploratus Adonis. *queritur diva nocens molles placidosque deos coli, se neglegi* 64 *Claud. 33, 80* squalent inmania foedo sceptra situ 66 *Stat. Theb. 3, 414* erecto currum temone supinant 71 *cf. Verg. Aen. 7, 331 sqq.*

desunt 4 vel 5 versus p. 267

. . . . . ⟩es habitus, tege casside ⟨vultus, *bene legitur*
coge truce⟩s in bella globos Scythicasque pharetras
egerat i⟩gnotis Tanais bacchatus in oris.
auratas con⟩sterne domos et operta metallis
culmina, qua⟩e toto Latii conspeximus orbe;
fulgentes i⟩n tela ruant: gravis ardeat auro
balteus, a⟩uratae circumdent tela pharetrae,
aurea cri⟩spatis insidat lamna lupatis;
incendant⟩ gemmae chalybem ferroque micantes
cassidis a⟩uratis facibus lux induat enses.
moenia n⟩ulla tuos valeant arcere furores:
gentes at⟩que tremant furialia murmura reges.
tum super⟩os terris atque hospita numina pelle:
ture suo p⟩opulare deos et nullus in aris
messis od⟩oratae fotus strue palleat ignis.
ast ego te⟩cta dolis palatia celsa subibo.
maioru⟩m mores et pectora prisca fugabo:
segnes at⟩que simul nullo discrimine rerum
laudentur⟩ fortes nec sit reverentia iustis
spretaque n⟩eglecto pereat facundia Phoebo,
indig⟩nis contingat honos et pondera rerum
non virt⟩us, sed casus agat tristisque cupido
cordibus et⟩ saevi demens furor aestuet auri.
non tamen⟩ haec sine mente Iovis, sine numine summo ***

---

74 *dimidiatae omnes litterae sed agnoscuntur ante* es *supersunt pedes duarum quae non sub lineam descendebant velut* al ıl at ıt nt *sim. item post* cassıde *extant vestigia inferiora quae bene conveniunt in* uult *neque tamen excludunt alia velut* crınem ⟨indue mortal⟩es *Niebuhr, quod non huic sed alteri deae tribuitur v. 89;* ⟨indue terribil⟩es *Heimsoeth; possis alia ut* ⟨exue sordent⟩es 75 ⟨urge truce⟩s *Niebuhr, corr. Heimsoeth* faretras 77 *ante* sterne *vix fuit* o *potius* n; ⟨aeratas pro⟩sterne *Niebuhr,* regales *Heinrich,* auratas *Heimsoeth* con⟩sterne, *ut arma inde fiant* domus *correctum est in* -os 79 ⟨una omnes i⟩n *Niebuhr,* ⟨fulgentes i⟩n *ego* 80 u *prima dimidiata* faretrae 82 ⟨includant⟩ *Niebuhr,* ⟨incendant⟩ *ego* calybem 83 u *prima minus certa quam* 80 ⟨fulgens a⟩uratis *Niebuhr,* cassidis *ego* 85 ⟨Roma ipsi⟩que *Niebuhr,* ⟨gentes at⟩que *ego,* purpureique *Bücheler* 87 ⟨Romanos p⟩opulare *Niebuhr,* ture suo *ego* 88 ⟨Vestae ex⟩oratae *Niebuhr,* ⟨messis od⟩oratae *Bücheler* 89 ⟨his instru⟩cta *Niebuhr,* ⟨ast ego te⟩cta *ego* 91 ⟨funditus at⟩que *Niebuhr,* ⟨ignavi at⟩que *Heimsoeth,* ⟨segnes at⟩que *ego* discrıme 92 ⟨spernantur⟩ *Niebuhr,* ⟨laudentur⟩ *ego* 93 *in initio* eclecto *ita ut* e *non adsit tota;* ⟨Attica n⟩eglecto *Niebuhr,* spretaque *Heimsoeth* 94 *ante* ıs *adest hasta recta,* n *dumtaxat pars dextra* 95 u *prima dimidiata* 96 ⟨pectoribus⟩ *add. Niebuhr,* ⟨atque animis⟩ *Heinrich,* ⟨cordibus et⟩ *ego* 97 ⟨omniaque⟩ *Niebuhr,* ⟨non tamen⟩ *ego adde velut* exequor

---

91 *cf. Verg. Aen. 1, 151 sqq. ibid. 1, 574* nullo discrimine *(10, 108. 12, 498. 770) 1, 204* per tot discrimina rerum 97 *Verg. Aen. 5, 56* haud equidem sine mente reor, sine numine divum

interciderunt 2 folia i. fere 110 versus et p. 262 fere 4 versus p. 262 *initia* p. 267; *non bene leguntur*

'... et placidus sub pace pudor. non proelia mandet,
sed gerat et priscis instauret fata triumphis,
quem non praeda docens aurique insana cupido
cogat inexhaustis animum permittere curis,
sed ferri laudandus amor Latiique cruoris
indocilis iugulisque madens hostilibus ensis
indomitum mitemque probet'. nec vota cadebant
in dubium notumque fuit quem posceret Orbis:
Aëtium coniunctus amor populique patrumque
et procerum mens omnis habet. nec dicere mussant,
sed petiere palam. iam quod sententia mundi
cunctorumque fides nullis auctoribus ambit,
Fata iubent: aderat studiis iuvitque favorem
nota viri virtus et magni gloria patris.
nam claro genitore satus — sed forte parentem
caedibus Arctois et iusta sorte potitum
callidus et falsa tectus prece perculit ensis
mercatum vita leti decus: haut secus olim
pugnaces Fabii patria pro gente cadebant
et Decius, propero lucem qui fine refudit,
sed famam sine fine tenet, nam mortis amorem
pensat laudis honor — tanti sibi conscius heros
sanguinis emeritum praestantibus innovat actis

---

99 triumfis 100 insania (i *deleta*) praeda nocens *Heinrich* 101 curuis 104 cedebant cadebant. indubium *minus probabilis distinctio* 107 omnis avet *Heinrich* 108 repperiere *sic clare codex* sentia 110 studiisq.iuuatq·

---

98 *verba facit quidam ante aras vel ad cives* *Sidon. carm. 2, 383* veterum qui more parentum non mandet sed bella gerat 107 *Verg. Aen. 11, 345* sed dicere mussant. *Stat. Theb. 3, 92* excussae procerum mentes turbataque mussant concilia 111 *Verg. Aen. 4, 3* multa viri virtus animo multusque recursat gentis honos 112 *Chron. Gall. chron. I p. 658, 100* Gaudenti comitis a militibus in Gallia occisi

desunt 4 vel 5 versus p. 261 *fines* p. 268; *bene leguntur*

ut vix prona novis erexit gressibus ora
primaque reptatis nivibus vestigia fixit,
mox iaculum petiere manus lusitque gelatis
imbribus et siccis imitatus missile lymphis
temptavit pugnas tenerosque ad proelia ludos
imbuit et veras iam tunc respexit ad hastas.
nec mora, cum Scythicis succumberet ensibus orbis
telaque Tarpeias premerent Arctoa secures,
hostilem fregit rabiem pignusque superbi
foederis et mundi pretium fuit (hinc modo voti
rata fides, validis quod dux premat impiger armis
edomuit quos pace puer) bellumque repressit
ignarus, quid bella forent. stupuere feroces
in tenero iam membra Getae. rex ipse verendum
miratus pueri decus et prodentia fatum
lumina primaevas dederat gestare pharetras
laudabatque manus librantem et tela gerentem
oblitus quod noster erat. pro nescia regis
corda, feris quanto populis discrimine constet
quod Latium docet arma ducem! sed nomine natum
nuncupat et mavult naturae dicere pignus
quam pacis. tali teneros sub iudice primum
gaudebat studiis flammare ferocibus annos . . .

---

122 repitatis *(deleta* i *priore)* 124 lymfis 127 scytıcıs 131 ratasfides rara *Heimsoeth,* nata *Skutsch, attamen peccavit poeta, non librarius* 136 faretras

---

122 *Verg. Aen. 6, 159* vestigia figit *(Claud. 26, 170* fixit*)* 130 *carm. 4, 46* ac mundi pretium fuit paventis; *cf. ad carm. 4, 42* 132 *Claud. 26, 400* nascentia bella repressit 133 *Sidon. carm. 7, 392* feroci| . . . Getae 134 rex *i. Alaricus. totum locum imitatur Sidon. carm. 7, 221 sqq.* 135 *Stat. silv. 3, 4, 31* miratur puerile decus vultumque 136 *Verg. Aen. 1, 336* gestare pharetram *(Claud. 35, 242)*

desunt duae paginae i. fere 56 versus

Teutonicum Latiis hostem cum ste⟨rneret armis p. 271
tunc ad bella rudem nec adulto ma⟨rte probatum; *optime legitur*
ille tamen magnis opibus Romaque vire⟨nte
Gallica bis quinos certamina traxi⟨t in annos
et senior post bella redit. nunc glo⟨ria maior,
quod iam barbaricae mutatos semi⟨ne terrae
et bellare pares, uno quod tempore ⟨cunctos,
quod clausos castris hostes supera⟨vit et arces,
quae quondam victoris erant, hic dext⟨ra recepit
magnanimi luctata ducis. nam claust⟨ra tegebant
et turritus apex ingestaque moenia c⟨olli
naturam cumulante manu. nec signi⟨fer unus
illic, turba fuit, longo sed tempore c⟨astris
barbaries iunctis occasum miscui⟨t ortu.
stat clipeis vallata cohors, hastilia ⟨torquens,
ense minax volucrique nocens per in⟨ane sagitta,
nobile non animis, sed non ignobile ⟨factis
vulgus; inaequali iustus Mars sorte ⟨probatur:
invius hinc vertex manibusque et moenibus ⟨horrens,
inde ducis virtus bellum domitu⟨ra per artem.
ergo immite fremens coniuncto ro⟨bore miles
naturae certare parat. cadit agmin⟨e caesa
silva ferox: nudi mirantur sidera ⟨fontes
ignotumque vident montana cubilia ⟨caelum.
texitur in turres abies et vincere ⟨muros
iussa renitentes exterret culmin⟨e pinnas.
horribi⟩les crevere viae, quas vique ⟨manuque

desunt fere 2 versus

---

145 Ma⟨rte ferocem⟩ *Niebuhr*, probatum *ego* 146 *ultima* e *non tota adest* 149 semi⟨na vitae⟩ *Bücheler* 150 ⟨vicit⟩ *Niebuhr*, ⟨cunctos⟩ *Traube* 151 supera⟨uit et arma⟩ *Niebuhr*, arces *Heimsoeth* 152 t *ultimae non cernitur nisi caput sinistrum* 153 claust⟨ra uetabant⟩ *Niebuhr*, tegebant *ego* 154 c *ultima dimidiata*; c⟨aelo⟩ *Niebuhr*, c⟨olli⟩ *ego* 155 naturam *sic codex* signi⟨fer ullus⟩ *Niebuhr*, unus *ego* 156 ec *ultimae extritae tamen certae* 157 *post* miscui *adest* t *litterae pars sinistima* 158 clypeis *legit Niebuhr*, chpeis *Bücheler; quid fuerit nescio, cum superior pars litterae lateat sub nova scriptura* ⟨torquet⟩ *Niebuhr*, ⟨torquens⟩ *Fromm* 159 erin *exesae tamen certae* 160 *post* ignobile *sequitur cornu litterae superius, fuisse potest* t, *vix* u, *nec tamen* f *omnino excluditur* ⟨telis⟩ *mavult Traube* 161 ⟨peremit⟩ *Niebuhr*, ⟨probatur⟩ *ego* 162 uertix *in* -ex *correctum* manib$^{q.}$ et ⟨extat⟩ *Niebuhr*, ⟨horrens⟩ *ego* 163 *post* domitu *apparet hasta recta qualis* r *incohat superior* domitu⟨ra perenne⟩ *Niebuhr*, per artem *ego* minatur (*et* horret 162) *Heinrich* 164 ductor *Niebuhr*, miles *ego* 165 gadit *tamen cauda* g *litterae videtur abstersa esse* n *ultimae maior pars adest*; agmin⟨e facto⟩ *Niebuhr*, caesa *Heinrich* 166 *post* sider *membrana exesa imitatur* a ⟨saltus⟩ *Bücheler* 168 ⟨montes⟩ *Niebuhr*, ⟨muros⟩ *ego* 169 ⟨nubes⟩ *Niebuhr*, pinnas *ego; cogitavi etiam de* vectes, *minus placet* turbas 170 *plus quam dimidiatus et medicamento vastatus* los *in initio Niebuhr, litterae tamen alterius non adest nisi rotunditas superior, potest fuisse* e *non supplevit Niebuhr*, horribiles *spatio bene convenit*, per scalas *Heinrich*, perque dolos *Heimsoeth* uaęquas *sic codex* *post* uiq· *fuisse* m *verisimile*

---

144 sterneret *divus Iulius* 155 *Claud. 28, 50* subnixasque iugis inmanibus aedes naturam cumulante manu. *10, 296* nec signifer ullus nec miles *(cf. 15, 149)* 157 *dici puto communiter pugnando barbaros a Romanis artem defendendi didicisse. Niebuhr ex hoc versu (adiuncto 149) coniecit agi de Bagaudarum tumultu (Chron. Gall. chron. I p. 660, 117. 119), id quod non convenit in hanc carminis partem, qua ultimam et principalem Aetii in Gallia victoriam celebratam fuisse consentaneum est, v. p. 10). ego non dubito quin spectet poeta ea quae Aetium gessisse putabis postquam* bello Gothico sub Theoderico rege apud Tolosam Litorius Romanus dux *captus est (Hyd. chron. II p. 23, 116), ita ut mox pax insequeretur (ibid. 117 Sidon. carm. 7, 299—311 qui tamen de oppugnatione nil habet). Theodericus autem huic certamini non interfuit (cf. v. 155).* 159 *Stat. Theb. 8, 399* ense minax ensis *repellitur* 160 *Verg. Aen. 1, 149* ignobile vulgus *(Claud. 18, 512)* 161 *Mars iustus quod Aetii virtutem opportuniore hostium loco compensat* 170 *describuntur scalae,* quas vique manuque *transiciant in moenia*

p. 272 *difficillima lectu, usu detrita et medicamentis male habita*

. . . . . ⟩us longis in caelum molibus urget
aeriis⟩que iubet socios consistere castris.
iam nullu⟩s sine Marte dies, nox omnis in armis.
tunc latet⟩ obscuras bellatrix pinna per umbras
illatu⟩ra neces et mors incerta tenebris
dimov⟩et indubia quamvis sub sorte cruorem.
ancipiti ⟩gnaros fatorum lumine cursus
avia te⟩la regunt et letum errantia portant.
iamque sub⟩actorum bello pars magna reorum
pacta diu⟩ tardata ⟨p⟩a⟨r⟩at sensimque recepta
. . . . . ⟩are minas et iam discordibus armis,
dum pars b⟩ella gerit, veniam pars poscere gestu,
pars prope⟩rare fugam, donec penetrata labore
longo vi⟩ctrices hauserunt moenia flammae
proeliaque op⟩tatam en victis dant ultima famam,
qui saevo sub⟩ Marte cadunt. sed carmina tandem
sancta c⟩ruentatos vertant ad foedera cantus:
semper⟩ bella sonant, semper memorabitur hostis.
pax sat la⟩udis habet, cui tot praemisimus arma:
pax mun⟩di longaeva salus, qua vindice tutam
exerc⟩ent elementa fidem, qua conprimit undas
Vulcanu⟩s noctisque vices lux alma recondit,
Phoebo n⟩ec siccas urit Titania terras;
pax popu⟩lis quae iura dedit, quae condidit urbes
. . . . . xit Latium post bella Quirini
. . . . . c . ato animam virtute Quirinum
. . . . . sus geminos oris nunc m . . .

deest finis

---

171 lon *ego non agnovi nec magis* et *ultimas* ⟨patrici⟩us *Niebuhr; puto* acer opus *vel* fervidius; ⟨sic mur⟩us *Heimsoeth* 172 ⟨vicinis⟩que *Niebuhr,* ⟨inclusos⟩que *Heimsoeth,* ⟨aeriis⟩que *ego* 173 ⟨iam totu⟩s *Traube non male* 174 ⟨emicat⟩ *Niebuhr,* ⟨tunc latet⟩ *Traube* 176 ⟨fertur⟩ et *Niebuhr,* ⟨dimov⟩et *Bücheler* 177 *ante* gnaros *superior pars litterae* ı *adest* ⟨spargunt i⟩gnaros *Niebuhr,* ⟨ancipiti⟩ gnaros *ego* cursos *sic codex* 178 *primae sic* ĺra; ⟨caeco te⟩la *Niebuhr,* avia *ego,* nullo *Heinrich* 179 act *primas ego non agnovi* ⟨inde sub⟩ actorum *Niebuhr,* iamque *ego* 180 *ante* tardata *cernitur una littera, nescio tamen quae fuerit* ⟨dedere se⟩ *Niebuhr,* ⟨pacta diu⟩ *ego* *in* parat *litteras* p *et* r *ne Niebuhr quidem agnovit; ego haesitabam an potius* uacat *scriptum esset* 181 *super primis* are *umbra apparet qualis* d *nec tamen expedio quid sibi velit* ⟨detrect⟩are *Niebuhr,* ⟨exarm⟩are *Heinrich; ego ratione habita illius* d *suprascriptae conicci* dissuadere *arbitratus fuisse* dıssuad̊re 184 haus *vidi,* erunt *non item* 185 ⟨carminaque op⟩tatam *Niebuhr,* proeliaque *Heimsoeth; ante* tatam *adest pars litterae quae potest fuisse* p 186 cadunt r̊d sub 187 nostra *Heimsoeth* 188 ⟨qui dum⟩ *Niebuhr,* ⟨semper⟩ *Heimsoeth* mper *vidi, non* se 189 *ante* udıs *cernitur angulus* a *litterae* ⟨et sat la⟩udis *Niebuhr,* pax *ego similem ludum finxisse ratus Merobaudem qualis est Dracontii laud. dei 1, 119 sqq. de luce et Eugenii Tol. carm. 4, 5 de pace; cf. et Anth. 376, 28 sqq.* (Carthago), *389, 38 sqq.* (sol). 190 ⟨est mun⟩di *Niebuhr* 192 s *prima nunc exesa, potest fuisse* e 193 *ante* ec *cernitur dextra hasta litterae qualis* n ⟨flammea n⟩ec *Niebuhr,* Phoebo *ego* 194 ⟨. . . popu⟩lis *Niebuhr* 195 *ante* xıt *Niebuhr legit* uı, *meos secundum oculos nil obstat quin* re *legatur* *puto* ⟨pax quondam re⟩xit; ⟨qua felix vi⟩xit *Heimsoeth* 196 *in initio dedi Niebuhriana; ego non praesto nisi* c . . t . . . ımam *eqs.* 197 *quae scripsi dedit Niebuhr; hodie propter medicamentum diffusum fere omnia evanida sunt; agnovisse tamen mihi videor* ssus geminos *tum* o *tum* r, *nisi fuit* l *cum altera, tum* ısnunc *has paene decisas, deinde* ma *quam maxime dubias. post has tertia vel quarta fuit* l *quam clare prodit caput eminens* gres⟩sus *Niebuhr*

---

188 sonant *i. canuntur; Sidon. carm. 2, 313* funera servat cantus et aeterno vivunt in carmine mortes 191 *Claud. c. min. 17, 35* senserunt elementa fidem. 193 Phoebo *iunge cum* siccas *i. solis ardore siccatas*

DE CHRISTO

Proles vera dei cunctisque antiquior annis,
nunc genitus, qui semper eras, lucisque repertor
ante tuam matrisque parens; quem misit ab astris
aequaevus genitor verbique in semina fusum
virgineos habitare sinus et corporis arti
iussit inire vias parvaque in sede morari,
quem sedes non ulla capit; qui lumine primo
vidisti quicquid mundo nascente crearas,
ipse opifex, opus ipse tui, dignatus iniquas
aetatis sentire vices et corporis huius
dissimiles perferre modos hominemque subire,
ut possis monstrare deum, ne lubricus error
et decepta diu varii sollertia mundi
pectora tam multis sineret mortalia saeclis
auctorem nescire suum; te conscia partus
mater et attoniti pecudum sensere timores,
te nova sollicito lustrantes sidera visu
in caelo videre prius lumenque secuti
invenere magi; tu noxia pectora solvis
elapsasque animas in corpora functa reducis
et vitam remeare iubes; tu lege recepti
muneris ad manes penetras mortisque latebras
immortalis adis: nasci tibi non fuit uni
principium finisque mori, sed nocte refusa

C(amertis editio) F(abricii editio) ex diversis codicibus Merobaudis Hispani scholastici carmen de Christo *F*, Claudiani laus Christi *C* 2 Non *Riese* 3 nate tuae *Barth* tuae *FC*, *corr. Heinsius* 4 verbi, qui *Barth*, verbumque *Birt* 5 artus *F* 8 creares *F* 9 ipse sui *CF*, *corr. Scaliger* iniquos *F* 12 posses *Claverius* 13 decoepta *C* vani *Heinsius* solertia *FC* 15 auctorem sciuere deum te *F* 21 *om. F* recoepti *C* 22 mundus et ad manes *F* 23 adis nasci tibi nam fuit *C*, adis tibi tantum non fuit *F*, *corr. Barth* 24 finisue *F* reclusa *vel* retusa *Heinsius*, repulsa *Bücheler*, *puto* refusus

---

imitatus est M. potissimum Claudiani carm. min. 32 de salvatore; *novit Merobaudis carmen Dracontius.* 1 *Drac. l. d. 3, 236* ficta dei proles 2 *Claud. 11* mundique repertor 3 *Claud. 2* quem fudit ab alta mente pater 4 verbique in semina fusum *verbum dei ad virginem quasi semen fuit maritale; cf. Drac. l. d. 2, 61* semine ... verbo conceptum. *Anth. 766, 5* verbum pro semine sumpsit 5 *Claud. 8* virginei tumuere sinus. *Drac. l. d. 2, 89* verbo fetante marito virgineos intrasse sinus *(Arator 2, 73)* 7 *Claud. 14* qui non spatiis terrae ... nec capitur caelo, parvos confluxit in artus *v. ad Drac. l. d. 2, 599* 10 *Drac. l. d. 2, 94* passus ... quaecumque subit diversi temporis aetas 11 *Claud. 6* hominemque fateri. *Drac. l. d. 2, 108* mortalia dura subivit, ut posset monstrare deum 14 *Verg. Aen. 3, 56* mortalia pectora 15 *Claud. 10* auctorem paritura suum. *Help. de Jesu benef. 72* auctorem peperisse suum. *Drac. l. d. 1, 4* auctorem confessa suum *(2, 212)* 18 *Sedul. 2, 89* servantes lumina caelo fixa magi sidusque micans regale secuti 20 *Help. de Jesu benef. 112* extinctas animas et corpora functa reducis in caelum legesque pias 23 *Drac. l. d. 2, 526 Christo* nec fuit initium nasci nec finis obisse

in caelum patremque redis rursusque perenni
ordine purgatis adimis contagia terris;
tu solus patrisque comes, tu spiritus insons
et toties unus triplicique in nomine simplex: —
quid nisi pro cunctis, aliud quis credere possit
te potuisse mori, poteras qui reddere vitam?

---

25 in coelum ad patrem scandis *F* 27 insons *FC*, idem *vel* idem es *Birt, puto* ingens 29 Quis nisi *F* Qui nisi praestares aliud *Claverius 'ex libris excusis'*; Quis nisi pro cunctis, aliter quis *Birt*; *Scaliger multa deesse putabat*; *parenthesin* (aliud — possit) *statuit Barth*

---

26 *Claud. 19* purgata . . . tellure 27 *Drac. l. d. 2, 68* et consors cum patre manens et spiritus, unus trina mente deus. *Drac. l. d. 2, 105* spiritus immensus 28 *Drac. l. d. 1, 563* triplex deus omnis et unus 30 *Help. de Jesu benef. 119* ut vitam reddere posses

---

PANEGYRICVS IN I AETII CONSVLATVM

deperditus

Corp. inscr. Lat. VI 1724 remunerantes in viro antiquae nobilitatis novae gloriae vel industriam militarem vel carmen, cuius praeconio gloria triumfali crevit imperio.

Merobaud. pan. I frg. II A 1 ⟨pro his me laudibus tuis . . . ⟩lentem in collegium togae senatus adscivit, pro his me laudibus tuis Roma cum principe victuro aere formavit, pro his denique nuper ad honoris maximi nomen ille nascenti soli prox⟨i⟩mus imperator evexit. intellexit enim, qua fide eius pr⟨ae⟩sentis gesta memorarem qui de absentis meritis non tacerem.

---

conieci hoc carmen celebrasse primum Aetii consulatum haud nescius eo anno (432) fortunam consulis admodum dubiam fuisse quocum Bonifacius et post gener Sebastianus de principatu decertarent (Prosp. chron. I p. 473, 1310 Hyd. chron. II p. 22, 99 Chron. Gall. I p. 658, 109. 112). at ipsum illud absentis *vocabulum mihi probare videtur Merobaudem quasi praevidisse certam Aetii victoriam eiusque laudandi arrepta occasione sibi ipsum honorem statuae comparavisse callide usum temporum favore.*

BLOSSII AEMILII
DRACONTII

DE LAVDIBUS DEI
SATISFACTIO
ROMVLEA
ORESTIS TRAGOEDIA
DE MENSIBVS
DE ORIGINE ROSARVM
FRAGMENTA

cum recensione Eugenii Toletani

LIBRI

DE LAVDIBVS DEI

B Bruxellensis 10723 saec. XII vide praef. p. XI

M Vaticanus lat. 3853 saec. XV, ex *B* descriptus
V Vaticanus lat. 5884 saec. XV, ex *M* descriptus
R Rehdigeranus 59 saec. XV, ex *V* descriptus
U Vaticanus Vrbinas lat. 352 a. 1481, ex *R* descriptus
} ς v. praef. p. XII

C centones cod. Berolinensis Meerm. Phill. 1824 saec. IX v. praef. p. XII

A excerpta Alconii levitae de laude dei et de confessione orationibusque sanctorum in cod. Bamberg. B II 10 saec. X v. praef. p. XIV

G florilegium cod. Paris. lat. 8093 *(F)* f. 15ᵛ v. praef. p. XXII

Eug. recensio Eugenii Toletani, cuius sunt codices hi

M Matritensis Tol. 14, 22 saec. IX/X v. praef. p. XVIII. XXXVIII
F Parisinus (olim Fabri) lat. 8093 saec. IX v. praef. p. XIX. XL
P Parisinus lat. 2832 saec. IX v. praef. p. XX. XL
L Laudunensis 279 saec. IX
Q Laudunensis 273 saec. IX
} gemelli v. praef. p. XXI
Z Parisinus lat. 14758 saec. XIV, ex *L* descriptus

Morel ed. Moreliana Paris 1560 ex *Z*

Sirmond ed. Sirmondi Paris 1619 ex *P*

Lorenzana SS. Patres Toletani I, Matriti 1782 p. 34 ex *M*

Arevalo Dracontii carmina rec. Faust. Arevalo, Romae 1791 ex *U*

SATISFACTIO

V Vaticanus Reg. lat. 1267 saec. IX v. praef. p. XXVIII

D Darmstadensis 3303 saec. IX v. praef. p. XXIX

Eug. v. sub DE LAVDIBVS DEI

ROMVLEA

N Neapolitanus IV E 48 saec. XV v. praef. p. XXX

n in Medea eiusdem codicis quinio sextus ex quinto descriptus

V florilegium Veronense bibl. capit. CLXVIII (155) a. 1329 v. praef. p. XXXII

ORESTIS TRAGOEDIA

B Bernensis 45 saec. IX v. praef. p. XXXIII

A Ambrosianus O. 74 sup. saec. XV v. praef. p. XXXIII

floril. florilegia varia v. praef. p. XXXV

DE MENSIBVS
DE ORIGINE ROSARVM
} B. Corio, l'historia di Milano, Venetiis 1554, p. 13 v. praef. p. VI

litteras compendiis significatas his uncis ( ) inclusi ubi ex re visum est

DE LAVDIBVS DEI

LIBER I

(numeri uncis inclusi sunt Arevali)

Qui cupit iratum placidumve scire tonantem,
hoc carmen, sed mente legat, dum voce recenset.
agnoscet, quem templa poli, quem moenia caeli
auctorem confessa suum veneranter adorent.
(5) quinque plagae septemque poli sol luna triones
sidera signa noti nix imber grando pruinae
fulmina nimbus hiemps tonitrus lux flamma procellae
caelum terra iubar chaos axis flumina pontus
vel quicquid natura dedit praecepta creare,
(10) hoc agit et sequitur variis sub casibus iras
et pia vota dei. miseris hinc atque beatis
pro meritis morum, pro certo tramite vitae
paupertas mors vita salus opulentia languor
taedia tristitiae splendor compendia damnum
(15) gaudia nobilitas virtus prudentia laudes
affectus maeror gemitus successus egestas,
ira potestatum, trux indignatio regum:
omnia quae veniunt, bona gaudia tristia saeva,
descendunt ex arce dei, de sede tonantis,
(20) qua pietas aeterna manet, lux spiritus ardor,
arce, ubi dicuntur laudes sine fine perennes,
et merito, quia fine carens primordia nescit

---

leguntur in C 1—9. 18. 19. 21.

VARIA LECTIO 1 ui *om. initiali sicut et titulo B* cupit iratum *C*, cupiunt animis *B* placidumue scire *C*, placidum nescire B^1, u *super* n B^2 2 sed *CB*, pr̨ *M*, si *Meyer* 3 Agnoscat *C* 4 confessa *C*, conuersa *B* uenerentur *C* adorent (e *ex* a) *C* 5 Quinque *C*, Que(m)q(ue) *B* luna triones *C*, luna (et) om(ne)s *B* 7 tonitruus *C* 13 scelus *B*, salus *Arevalo* langor *B* 18 tristia seua *C*, tristicia sed *B* 19 ex arte *C*, (et) arc̨ *B*, *corr.* M^2 20 Vua *B*, Qua *Arevalo* 21 Arce ubi *C*, Arce(m) ubi *B*, atque ibi M^3

NOTAE 2 *cf. 3, 91* ergo deum si verba colunt, et mens veneretur voce *de more clara voce legendi cf. ex gr. Norden, ant. Kunstprosa p. 5 sq.* 7 *Beda de die iud. (Giles I p. 102) 133* fulmina nimbus hiems tonitrus nix grando procella. *cf. tamen versum laudatum Isidoro orig. 1, 36, 13 (Iulian. Tol. Gramm. suppl. p. CCXXXVII, 13)* nubila nix grando procella flumina venti 10 hoc agit *i. agnoscit deum eique oboedit cum irato tum placido cf. sat. 15 sqq.* 12 *cf. 2, 427* segregat omnipotens merita pro moribus orbis 14 *Beda de die iud. 115* taedia tristitiae trux indignatio languor. *132* taedia tristitiae curae tormenta ruinae 16 *Beda de die iud. 134* angor paupertas maeror mors casus egestas 19 *Iacob. epist. 1, 17. cf. 1, 564* 22 *2, 30* sine fine parens exordia nescis

rerum causa deus. taetrum chaos igne resolvens
igne creata fovet; nam totum flamma vaporat
(25) et flammae pascuntur aquis, quibus omnia constant
nubibus et radiis solis pascentia anheli.
inde potens generata manet natura creatrix,
intra se retinens, quicquid per saecla refundit.
ac pietas quia sancta dei virtute modesta est,
(30) clade repentina numquam punire nocentes
adsumat: poenam cohibet poenamque minatur,
territa quo dominum possit mens nostra precari
et peccatorum veniam non laesa mereri.
sic inpune reis licuit peccasse fatendo.
(35) ante prophetarum dictis sonuere futura;
(36) sed postquam Christus . . . . . .
advenit sub voce dei solvensque necantes
(37) ⟨occidit, ...⟩ ne . . . . . nostra futuri
(38) gens hominum, dare ⟨s⟩igna r⟨eis⟩ natura iubetur.
(39) ne lateant mortale genus quaecumque propinquent,
(40) praemonet ante pius quam ⟨mittat⟩ tanta pericla,
(41) prodigiis signisque docens elementa fatigat.
nam quare coitu simili ⟨bipedumque⟩ creantur
(43) partus quadrupedes? sterilis fecundior ⟨alvus⟩
cernitur; infantem discors natura biformem

---

in C 42 prodigiis signisq; docens elementa fatigat

24 uapor̆ (*i.* uaporat) *B*, uapore ς 26 radii *et* pascuntur *Meyer* 28 int(ra) *sic B* 29 At *U* 31 Adsumat *B*, Assumit R^2, Ad summam M^3

in B sic scripti sunt versus 36 — 51:

S; p'q̃ χp̃c quē nọ̊cantes aduenıt sub uoce — *in* necantes a *ex* e *corr.*
Dıssoluens nr̃a futuri 7 ne ıgnară natura — Dıs *videtur in* Dĩ *correctum et* Dei *legit M*
Iubetur gens hõıũ dare cũq; ꝑpınquet — q *in* propinquet *ex* g *correcta*
Ne lateat mortale gen⁹ quę tanta ꝑıcla
P̃mou7 ante pıus q̃ ęlem̃ta fatıgat
Ꝑdıgus sıgnısq; creant̃
Nãq; recoıt' sımıłı
Part⁹ q̃drupedes 7 sterılıs fecundıor aıu
Fornã cernıt̃ ınfantẽ dıscors ˇāhumero ˇñ — *correctio est manus secundae*
Quom̊ quę ꝑtulıt ınparıb' m̃brıs ꝑ anatu
Et pauet ınfelıx enıxa puer ın germına part⁹
Sıc peccata parant horrenda erat ĩfans añ suos ort⁹
Quıd ıã peccabor te parentũ ñ fuıt ĩfantıs facın⁹
S; ante reatũ noxa capt̃ sequıt̃ pena cepıt̃ — *sub* pe *in* pena *cauda insolita*

totum locum optime consuit Meyer p. 272 sqq. quamquam de causa turbationis dubitari potest 38 *sic Meyer:* Sit ne ignara . . . et non incerta futuri mens hominum 36 ⟨conceptus semine nullo⟩ *Rossberg* 38 est quia peccatis obtusa et caeca futuri mens *Rossberg* 41 mittit *Meyer* 43 bipedumque *supplevi,* namque viri coitu simili muliere *Rossberg* 44 alvus *addidit Meyer*

---

25 quibus *i. aqua et igni, cf. Isid. orig. 13, 12 Mar. Vict. aleth. 1, 63 sqq. Drac. sat. 59 sq.* 29 *cf. Carm. de Iona 10 — 13 Ezech. 18, 23. 33, 11. II Petr. 3, 9. Drac. 2, 496 sqq. 2, 699. 3, 126. 714 sqq. sat. 102* 33 sq. *cf. sat. 159 sq.* 34 *cf. 2, 665* 39 *cf. Germ. phaen. 399 sq. Verg. georg. 1, 351 sqq.* 44 sterilis fecundior *cum quae antea fuit sterilis, nunc monstrum producit humana mulier* 45 *Lucan. 1, 589* monstra . . ., quae nullo semine discors protulerat natura, rapi sterilique nefandos ex utero fetus . . . . urere

protulit inparibus membris numeroque modoque
(46) et pavet infelix enixa puerpera natum.
(47) 'sic peccata parant horrenda in germina partus'.
ante suos ortus quid iam peccaverat infans?
'non fuit infantis facinus, sed ⟨f⟩orte parentum
noxa caput sequitur, poenam capit ante reatum.'
(50) quid fera, quid pecudes, quid peccavere volucres?
quid caelum, quid terra polus, quid pontus et astra?
quid solis radii, quid lunae frigidus orbis?
nonne fatigantur dantes per tempora signa?
nam ventura monet per tot praesagia somnus
(55) proditor et quid sit post tempora certa futurum
(57) quodque hominis mala lingua tacet, fera belua piscis
(56) cornipes effatur, pecudes volucresque loquuntur:
(58) despiciunt proprii generis servare figuras,
contra naturam dum turpia membra rebellant.
(60) nam micat unde polo veniens quicumque cometes,
hinc matres et monstra creant, hinc unda cruores
inficit et spumis rubicundior alveus exit,
hinc calidas pluit imber aquas et roscida tellus
sanguine puniceas spicis producit aristas
et viola est mentita rosam pallore fugato,
at rubor infelix et candida lilia tinxit.
tertia sors Erebi terrae prorumpit hiatu
et discit perferre diem, violare serenum
audet et exsangues caelo producere manes
(70) vivida funereis admiscens ora, sepultis
pestibus Herculeos mundo mentita furores,
cum niger umbrarum veniens exercitus orbem
appetit invadens non humida tempora lunae.
auditur mugire solum, solisque tenebras
(75) quis neget et stellas alieno tempore visas,
caeruleum pallore diem roseumve colore

---

in C: 62. 71. 74–77.

48 *et* 50–51 *adversarium aliter induxit et* horrendi germina *legit Meyer* 52 peto des *B, corr. M²* 56 praesagia corvus *Arevalo* 59 pisces *B, correxi et* 58 *et* 59 *locum inter se mutare iussi* 58 (et) stat(ur) B^1, (et)fat(ur) B^2, effatur V^2 cornix effatur *Arevalo* 62 uolo *C* comites *B* 64 albeus *B* 65 calidꝰs *B* 66 p(ro)ducis *B, corr. M* 68 Ac *B, correxi* 70 p(er)ferri B^1, *corr.* B^2 71 exangues *C*, exsengues *B* munes *C* 74 umbrarum a saxis veniens *C* orbe *B* 75 INfimt inuadens *C* tempora brumae *C* 76 auditum *Arevalo* pallere *Peiper* 78 colore(m) *B, corr. Arevalo*

---

46 *Lucan. 1, 562* monstrosique hominum partus numeroque modoque membrorum matremque suus conterruit infans. *cf. Claud. in Eutr. 1, 1* semiferos partus metuendaque pignora matri. *Anth. 224, 7* concubitu turpi monstrum paritura, biformem quem mater ipsa suum timeat contingere natum 58 cornipes *v. Plin. nat. 8, 161* 59 mala *cf. 1, 490. 3, 668. sat. 44* 62 unde *et* 63 hinc *causali vi accipe de re v. Manil. 1, 892 sqq. Sen. nat. 7, 17, 3. Verg. georg. 1, 488* 63 *cf. Cic. div. 1, 98* 72 *Claud. 35, 221* quid viva sepultis admisces? *cf. Coripp. Ioh. 3, 347 sqq.* 75 *non noctu sed interdiu* 76 *Verg. Aen. 6, 256* mugire solum *cf. Lucan. 3, 418* 78 colore *scil. sanguineo*

lunaremque globum fuscata lampade tectum
et mare purpureum nudato litore siccum,
piscibus oceani proprias sitientibus undas?
(80) nescia mentiri rerum cognata fidelis
conservat natura fidem pietate parentis
participans, quaecumque forent mundoque minentur,
ostentis ventura monens, ut pectore laeto,
si bona sunt ventura, bonis nos ante fruamur,
(85) si mala portendant, liceat placare precando
naturae caelique deum post saecla manentem.
nemo ferire volens se praemonet ante cavendum,
sed qui terret, amat; sic indulgentia poenam
praevenit et nullos capiunt tormenta reatus.
(90) non negat omnipotens veniam cuicumque roganti,
supplicium cum saepe vetet, licet inde minetur
omnibus, et nullum feriat censura tonantis,
ni vitium peccantis agat perstando maligne,
et quemcumque ferit moderanter temperat ictus;
(95) corrigit errantem, non punit morte repente,
si peccare diu parcat quicumque profanus.
sed cum perstat homo semper delicta sequendo,
sentiet iratum poena plectente furorem.
nemo deum sentit, quotiens irascitur ulli,
(100) † ni fulget praeclare minas pietatis amore
donec ab excelsis veniat vindicta coercens:
impete terribili gravis ingruit ira repente,
sensim rursus adest nullo terrore minante,
ante nec agnoscit dominum quicumque furentem,
(105) donec in extremos gemitus recidente ruina
ingruat incautum graviori pondere frangens.
sed non ⟨est⟩ omnis manus exstirpanda reorum;
solos quippe necat, quos cernit nolle reverti,
addere sed gravibus peccatis crimina dura;

---

in C: 79. 86. 89—92. 96—98. 101. 103. 106. 110.

79 q(ue) *ex* g *B* gobum *B* text(ur) *B*, texunt *V* 84 que(m)cu(m)q(ue) fore(m) *B* 86 sıboxıs boNa ueNtura suNt Nos *C* 89 perire *C* praemouet B^1, *corr.* B^2 90 Sed *C*, Se *B*, Si *Peiper* indulgentiam *C* 92 rogantur *C* 93 nitet *B*, *corr. Bücheler*, nuens M^3, neget *Arevalo* 95 malignę *B* 96 quecumque *C* mo///te *exesa* r *B* 102 Ni fulget *B*, indulget *Arevalo probabiliter* praeclare *B*, praestare *ego conieci ratus versum* 102 *suum locum habuisse aut post* 95 *aut post* 88. *contra Bücheler censet* 101 sqq. *sic esse distinguendos:* nemo deum sentit (quotiens irascitur ulli, indulget praestare minas pietatis amore) donec *eqs.* 106 Ante nec *C*, Nec *omisso* ante *propter antecedens* minante *B* 107 Donet *B*, *corr. M* 108 Ing(ra)uat *B*, *correxi* 109 est *om. B*, *addidit* M^2

---

89 *cf. 2, 606. 699 sqq. 783 sqq. Prosp. epigr. 4 Mar. Vict. aleth. 1, 465 sqq.* 90 *Prosp. epigr. 75, 9* qui terret, parcit, qui percutit ipse medetur. *Drac. l. d. 2, 608* indulgentia parta reatum praevenit 97 *2, 704* errantes punis, sed mitis corrigis omnes 109 *cf. 2, 413 sqq.*

INCIPIVNT LIBELLI DRACONTII

Inclito glorioso rerum domino Chindasuinto, principi summo et maximo regum, Eugenius vestrorum fidelium servulus.

Clementiae vestrae iussis, serenissime princeps, plus volendo quam valendo deserviens, Dracontii cuiusdam libellos multis hactenus erroribus involutos Christo domino tribuente valorem pro tenuitate mei sensuli subcorrexi, hoc videlicet moderamine custodito, quo superflua demerem, semiplena supplerem, fracta constabilirem et crebrius repetita mutarem. versiculos sane quos huic operi detrahendos esse putavi, et sensu tepidi et verbis inlepidi et nulla probantur ratione subnixi; nec in eis aliquod reperitur quo lectoris animus aut mulceatur doctus aut doceatur indoctus. et quoniam de die septimo praefatus auctor omnino reticuit, semum mihi opusculum videbatur, si non inde aliquid in hoc codiculo haberetur. idcirco in fine libelli, quamvis pedestri sermone, sex dierum recapitulationem singulis versiculis, quos olim condidi, renotavi; de die vero septimo quae visa sunt dicenda subnexui decretumque divale ac si non ut volui, vel ut valui consummavi, inplorans vestri solii praelargissimam pietatem, ut vile servuli fidelis oblatum vestra sibi gloria efficere dignetur acceptum fiatque mihi misero repensio fructuosa laboris placida respectus vestri contributa gratia vel favoris.

PRAEFATIO

Principis insignem faciem visure libelle,
cuius ad imperium meruisti sorde carere
et capere nitidam longo post tempore pallam,
coeperis ut limen aulae regalis adire
atque auro rutilo radiantem cernere sedem,
incipe quamprimum largas persolvere grates,
errorum quod nube carens correctus haberis.
dein prostratus veniam deposce precatu
lautorisque tui sollers patronus adesto:
ignoscat placidus, ignoscat mente benignus,
quod te sordidolum dum conor rite lavare
asperius inpressa manus tenuando polivit.
at si de plebe quisquam livore perustus
dixerit: 'iste quis est veterum qui carmina mutat
inscribitque levis epigrammata vana libellis?',
noverit hoc ipse, quod nusquam culpa putatur,
cum non velle valet, sed maior iussio cogit.
denique iussa bona dum promulgantur, agenda
qui complet, sapiens, qui vult contemnere, demens.
quod si Vergilius et vatum summus Homerus

---

epistulam sine titulo habet M fol. 17r, cum titulo F fol. 25r, P fol. 11r, utrumque omittunt LQZ
1 *sic F*, DRACONTII LIBRI *P* 2 rerum *suspectum* Chindasuindo *P* MAXIMO RER(um) *F*, maximo (*om.* rerum) *P*, *corr. edd.* 4 *ut dedi, M*, deserviens quam ualendo *F*, *item sine mutandi ordinis notis P* 5 multis videns erroribus *edd.* valorem *om. P* 6 sensulu (u *altera corr. in* i) subcorrexi *F*, sensus correxi *P edd.* moderamen necustodito *M* 7 facta *M* crebro *FP edd.* uersiculi *FP edd.* 8 puta.bi F^1 probatur *M* nec *mire pictum in F, ut fere legatur* non et; *fortasse hoc in illud est correctum, namque* nec *descripsit P* 9 aliquod *MF*, aliquid *P edd.* quod lectoris *F* animus animetur *FP edd.* 10 reticuit omnino *F*, *item at sine notis P* 11 in finem *F* 12 renotaui *M*, denotavi *F edd.*, condideram adnotavi *P cf. Ildeph.* 13 diuale & si *P* velut *MFP edd.*, *discerpsi* post 15 FINIT *subscribit M*

PREFATIO *F, om. MP, item v. 1—3 non adsunt in M, totum carmen non descripserunt LQZ* 2 meruistis ordo *cod. Wigb.* 4 Ceperis *MFP* regialus *in M legit Löwe* 5 *om. M* cernere eden *F* 7 arens *F*, cares *cod. Wigb.* 8 prostratis *P*, prostratus humi *Sirmond. edd.* 9 Lautorisq. *sic M Wigb.*, Latorisq. *F(P) edd.* 10. 11 *om. cod. Wigb. unius versus spatio relicto* 12 Asperi aut *cod. Wigb.* tenuendo *P* 15 Inscribitque *Wigb.*, Scribit///que *M*, Scribitque *FP* 16 mutatur *cod. Wigb.* 17 Quam *(M)*, Quum *F*, Cū *P Wigb.* ualet et maior *cod. Wigb.* maiorum iussio *M* 18 iussa dI quam *(i.* quum) *M*, iussa bona cum *Wigb. (errat Dümmler), vide igitur ne* cum *sit scribendum* aienda *F*

Ildephonsus de vir. ill. 14 libellos quoque Dracontii de creatione mundi conscriptos, quos antiquitas protulerat vitiatos, ea quae inconvenientia reperit subtrahendo immutando vel meliora(-ando *cod. Cas. 294 saec. XI, contulit Ihm*) coniciendo ita in pulchritudinis formam coegit, ut pulchriores de artificio corrigentis quam de manu processisse videantur auctoris. et quia de die septimo idem Dracontius omnimodo reticendo semiplenum opus visus est reliquisse, iste et sex dierum recapitulationem singulis versiculis renotavit et de die septima quae illi visa sunt eleganter dicta subiunxit 6 sq. *Serv. Verg. Aen. praef.* Augustus vero, ne tantum opus periret, Tuccam et Varium hac lege iussit emendare, ut superflua demerent, nihil adderent tamen: unde et semiplenos eius invenimus versiculos ut .... et aliquos detractos ut in principio .... et in secundo hos versus constat esse detractos

PRAEFATIO 1 *cf. Mart. 8, 1, 1 Eugenii versus fere omnes furatus est Wigbodus (Poet. Carol. I p. 95); Eugenii 2—12 = Wigb. I 4—13, Eugenii 13—25 = Wigb. II 47—61* 13 *Iulian. Tol. ars gramm. 2, 171 (p. CII ed. Rom.)* at si de plebe quisquam *exemplum* at *coniunctionis*

(110) nam mox tempus adest veniae, cum vota recurrunt
ad meliora semel, sed non reditura secundo
ad scelus, abiectum lacrimis prece corde reatum.
quis genus humanum nescit servare volentem
auctorem dominumque deum? cui contulit index
(115) per tot facta dies, quem sexta luce creavit.
prima dies nam lucis erat, mors una tenebris:
lux datur ante polos, lux clari causa diei,
lux iubar aethereum, lux noctis limes et umbris,
lux facies rerum, dux lux cunctis elementis,
(120) lux genitis per cuncta color, lux gratia solis,
lux decus astrorum, lux aurea cornua lunae,
lux fulgor caeli, lux et primordia mundi,
lux splendor flammae, lux magni temporis index,
lux opus auctoris primum, lux cardo pudoris,
(125) lux honor agricolis, requies lux omnibus aegris,
lux aevi media est, lux quae dat tempora metis.
et bene constituit mundi primordia luce
clarus ubique deus numquam maculabilis auctor,
quem non obscurant quacumque ex parte tenebrae
(130) nec celantur ei quaecumque obscura geruntur:
initium factis lucem dat lucis origo.
quanta spes mundi promissa est principe luce?
quae totum praecessit opus quod continet orbis,
quae solis praevenit iter lumenque coruscum,
(135) cuius iussit ope clarescere cuncta creata.
altera quippe dies caelo convexa meretur
et supra caelos ingentia flumina dantur
ac dominatur aqua glomeratis fluctibus alma,
ignibus aethereis caelesti sede locatis.
(140) unda beata nimis, meruit quae tecta polorum,
celsa favore dei, iussu suspensa tonantis.
limitibus contenta suis elementa morantur
nec flammas restringit aqua glaciemve reponit
flammeus ignis aquae: servant sub lege tenorem
(145) incorrupta suum, non inpugnata vicissim;
non discreta quidem, sed nec permixta morantur.

---

112 ueniens quo *B*, *correxi* reccurr(it) *B*, *licet* recurrunt *descripserit M* 115 seruire nolentem *B*, *corr. M*^{2} 117 facta deus, quod *Arevalo* 118 mors] *i* oris *B*, in oris *M*^{1}, mox *M*^{2} *marg.*, mors *Eug.*; nox unde tenebrae *Arevalo* 120 aetherium *B* 121 elim(en)tis *B* 122 solor(um) *B*^{1}, solor *videtur voluisse B*^{2}, calor *Eug.*, color *ego* 128 Lux cui media es *B*, Lux eui media *Eug.* mestis *B*, metis *Eug.* 129 constituat *B*, *correxi* 131 quicumque *B*, quacumque *M*^{3} *Eug.* 132 scelantur *B* 138 caeli *Eug.* 140 *nescio an* hac dominatur *voluerit Drac.* 141 cęlestia sede loquut(us) *B*, celesti sede locatis *Eug.* 142 meruitq(ue) *B*, *corr. M*^{2} *Eug.* texta *B*, tecta *Eug.* 143 iussa *B*, *corr. M*^{2} *Eug.* 145 teporat *Eug.* 146 seruat *B*, servant *Eug.*

---

117 *generi humano deus contulit, in potestatem dedit ea quae per tot dies fecit, indicando consilium suum, cum hominem post omnia sexta demum luce crearet* 118 mors una *luce apparente funditus omnes victae sunt tenebrae, cf. ind. s. v.* unus 128 media *i. dimidia* 129 *cf. 1, 447. 2, 658. 1, 22* 138 meretur *i. accipit obtinet v. ind.* 140 *cf. anth. 377. 7* in flammis dominantur aquae 142 meruit *cui datum est ut super caelum tolleretur* 145 restringit *gelu constringit* 146 *Claud. 1, 17* fata . . . servantia lege tenorem

censuram meruere novam post fata subire,
quam dat Aristarchus Tucca Variusque Probusque,
cur dedignetur, quod iussus principe magno
parvula praeparvi Draconti carmina libri
parvulus Eugenius nugarum mole piavi?

(numeri parvi sunt Dracontii pleni)

INCIPIT DRACONTII LIBER PRIMVS

prima dies lux est terris, mors una tenebris.
lux datur ante polum, lux clari causa diei,
lux iubar aethereum, lux noctis limes et umbris,
lux facies rebus cunctis et lux elementis,
lux genitis factisque calor, lux gratia solis,
lux decus astrorum, lux aurea cornua lunae,
lux fulgor caeli, lux et primordia mundi,
lux splendor flammae, lux magni temporis index,
lux opus auctoris primum candorque pudoris,
lux honor agricolis, requies lux omnibus aegris,
lux aevi media, lux quae dat tempora metis,
qua bene constructa mundi primordia lucent.
clarus ubique deus, numquam mutabilis auctor,
quem non obscurant quacumque ex parte tenebrae
nec celantur ei quaecumque obscura geruntur,
initium factis lucem dat, lucis origo,
qua vita mundo praemissa est principe luce,
quae totum praecessit opus quod continet orbis,
quae solis praevenit iter lumenque coruscum,
cuius iussit ope clarescere cuncta creata.
altera quippe dies caeli convexa meretur
et supra caelos ingentia flumina dantur
ac dominatur aqua glomeratis fontibus alma,
ignibus aethereis caelesti sede locatis.
unda beata nimis, meruit quae tecta polorum,
celsa favore dei, iussu suspensa tonantis.
limitibus contenta suis elementa morantur
nec flammas restinguit aqua glaciemve teporat
flammeus ignis aquae: servant sub lege tenorem
incorrupta suum, non inpugnata vicissim;
non discreta quidem, sed nec permixta morantur.

---

21 Sensuram *M*, Censura *F* facta *P* 22 aristarcus tunc auariusq. *FP*, aristarcus tua uarrusq. *cod. Wigb.* probatos *M* 24 Paruula *non iam legi potest in M, sequitur* reparabı Paruula excerpi Mosaica carmina bibli *Wigb.* 25 Wigbodus humilis nucarum *Wigb.* piaui *in M evanuit, sed manus recentior adscripsit* EXPLICIT PREFATIO *subdit M*

INCIPIT DRACONTII LIBER PRIMUS FLCTR AMEN *M*, INCIPIT LIBER PRIMUS *FLQ*, LIBER PRIMUS *P* 1—5, 21—26 *in G* 1 nam lux terre *G* mox una *FP* 3 etherium *LQ* 4 rerum *G* 5 genitis cunctis *G* 9 *post* 10 *habent LQ* candoreq. *LQ* 11 eui media *MLQ(F qui* ebi*) Z,* aeui meta *P Sirmond Tol.* dat lux quoque tempora metis *Z edd.* moetis *M*, methis *F* 12—55 *desunt in M* 12 Quia *F* constructa luce primordia *FP* constructã *LQ* 14 obscura gerunt *FP* 16 Principium *Sirmond edd.* 17 mundo vita *Z edd.* 18 Quem *FP* 19 inter F^1 20 iussa *P* opere *FP* 21 merentur *FG* dies *om. LQ* 22 Id supra *LQZ* 23 domina//tur (-atur *Q*) aque *LQ,* dominantur aquę *Z* 24 aetheriis *LZ,* etheris *Q* 25 Unde *LQ* tacta *Q* 26 iussu *om. FP* suspensa conatis *G* 28 restringit *P Drac.* 31 discreata *Q* moratur *F*

---

1 *habet Iulian. Tol. gramm. Gramm. suppl. p. CCXVI, 10 exemplum feminini* dies 2 *Iulian. Tol. p. CCXXXV, 15* (polum) 13 *Iulian. Tol. p. CCXXX, 20 Sisebut. anth. lat. II p. 13 n. 1* (*hic* Magnus)

tertia caeruleum ponti lux edidit aequor;
fluctibus inmensis pelagi freta glauca liquescunt
et mare navigerum quatitur spumantibus undis.
(150) ipsa dies terram meruit de fluctibus actam;
eruitur tellus vasto demersa profundo
et solidante globo gravior per inane pependit
axe rotante solum; sunt pro radicibus undae;
quam molles portant ceu fundamenta liquores,
(155) arida materies rapitur de corde fluenti
nondum mater humus; cuius pars solvit harenas,
in glebam pars membra ligat, pars saxa tumescunt
et cautes stant montis apex, pars flumina mergit,
planities pars tensa iacet, pars litora curvat,
(160) pars datur in tumulos, pars aspera rupibus horret,
in scopulos pars certa riget, pars valle profunda
cingitur et colles tumidi iuga celsa supinant
atque humiles campos spatiis aequalibus aptant;
pars data dulcifluis undantes fontibus agri.
(165) herba virens prodit, it surculus omnis in auras
et semper vestita comis frondescit oliva;
omnia poma virens profert, non parturit arbor;
linguae laurus honos solvit donanda poetis;
torta per obliquos it vitis in orbe corymbos,
(170) verberat et palmes ramos fluitante flagello;
vinea pampineos subarundinat ebria campos,
munera laetitiae spondens pendentibus uvis,
fluctibus et variis redolent florentia rura.
una parens tellus non unum fundit honorem,
(175) sed quot sunt herbae, tot permiscentur odores.
India mundus erat gemmans, pigmenta per herbas
producunt sub sole novo rudibusque racemis.
est locus interea diffundens quattuor amnes
floribus ambrosiis gemmato caespite pictus,
(180) plenus odoriferis numquam marcentibus herbis,

---

in C 182

149 cıa ceruleum *omissa initiali B* 164 *in B post* 163 *positus; suo loco habet Eug.* 151 auctam *Eug.* 152 uasta de m(er)sa *B, corr. M²* 154 Axe portante *B,* rotante *M³,* ferente *VRU* 155 seu *B,* ceu *Eug.* 159 montes *B, corr. M²* apeł *B¹,* apex *B² in marg.* 161 oret *B,* heret *M²VRU,* horret *M³,* orret *Eug.* 165 aptat *B,* aptant *Eug. ante* 165 *in B legitur* 164 167 uirens p(ro)de(st) surculus *B¹,* su- *in* fu *corr. B²* *et* ferculus *habent MV¹RU,* prodest it surculus *V²,* promitur herba uirens it surculus *Eug., correxi* 171 sit uitis *B,* fit *V² cf. Eug.* 172 Verb(er)et (et) *B,* Verberat et *Eug.* 173 sub arundina tenebria *B,* teneat sub harundine *M³,* subarundinat ebria *Eug.* 174 Numera . . . . . spondens *B¹ quae spatium reliquit vacuum, in quo B² ex archetypo depinxit* laeeıɛae; *cf. Eug.* 175 fructibus *Eug.* flornancia *B,* florentia *M² Eug.*; fragrantia *propter Verg. georg. 4, 169 Traube; an* flŏritantia ? 176 odorem *Eug.* 179 Producunt *B,* Eduxit *Eug.* sole ş novo r|||dıb(us)q(ue) *B at* v *in rasura;* u *inter* r *et* d *nunc evanuit* 180 in terra *Rivinus perperam* 182. 183 *inverso ordine in C* marcescentibus *C*

---

151 ipsa *i. eadem* 153 solidante *cum forma globi materiam solidat, nisi scribendum* solidata, *quod invenit ac reiecit Arevalo* 156 arida *cf. Gen. 1, 9* 157 solvit *se solvendo efficit* 175 fluctibus *v. ind.* 178 India *v. ind.* 179 producunt *v. ind.* sub sole novo *at cf. v. 208* 180 est locus *post Verg. Aen. 3, 163 crebrum; paradisi sic incipit descriptionem Alc. Av. carm. 1, 193, hic et Drac. ex Sidonio carm. 2, 407. cf. praeterea Carm. de pascha 1 Ps. Cypr. de resurr. 193* interea *v. ind.*

tertia caeruleum ponti lux edidit aequor.
fluctibus inmensis pelagi freta glauca liquescunt
et mare navigerum quatitur spumantibus undis.
ipsa dies terram meruit de fluctibus auctam;
eruitur terra vasto demersa profundo
et solidante globo gravior per inane pependit.
sustentant solidam fluidis radicibus undae,
quam molles portant ceu fundamenta liquores.
arida materies rapitur de corde fluenti;
nondum mater humus; cuius pars solvit harenas,
in glebas pars membra ligat, pars saxea turget,
cautibus extat montis apex, pars flumina mergit,
planitie pars tensa iacet, pars litora curvat,
pars datur in tumulos, pars aspera rupibus horret,
pars riget inculta, residet pars valle profunda
et colles tumidi cumulis iuga celsa supinant
atque humiles campos spatiis aequalibus aptant,
pars data dulcifluis undantes fontibus agri.
promitur herba virens: it surculus omnis in auras
et semper vestita comis frondescit oliva;
omnia poma virens profert, non parturit arbor;
linguae laurus honos solvit donanda poetis;
torta per obliquos it vitis in orbe corymbos
verberat et palma calamos fluitante flagello;
vinea pampineos subarundinat ebria campos
munera laetitiae spondens pendentibus uvis.
fructibus ex variis redolent florentia rura:
una parens tellus non unum fundit odorem,
sed quot sunt herbae, tot permiscuntur odores.
India tunc primum generans pigmenta per herbas
eduxit sub sole novo rudibusque racemis.
est locus interea diffundens quattuor amnes,
floribus ambrosiis gemmato caespite pictus,
plenus odoriferis numquam marcentibus herbis,

32—34. 36—38 *in G* 32 PONTI LUAT *L (totus versus uncialibus pictus)* 34 nauigerunt *G* 36 dimersa *LQG* 37 Ac *G* 43 *an* et stat *voluit Eug.?* apex montis *P edd.* 44 par litora *Q* 46 rigat *P* uelle (e *corr. in* a *man.* 2) *F* 49 undantur F^2P, undantis *Z* 50 uirens id LQZ^1 aras *LQ* 51 Et semper vesti comis frondescit ole//a F^1, *quibus* ramis *addidit manus posterior, cui deberi etiam* e *in* olea *conicio, (fuerit a manu priore* oliba*) licet sileat Wotke;* Semper vesticomis frondescit et olea ramis *P* 52 proferens *FP* arbos F^2 53 onus *FP* donando *FP* 54 oblicũ fit *P* iduitis *LQ* 55 fluiante *F* (d *deleta et* ı *substituta*) *F*, fluitante fłł *(nil amplius) L*, fłło *Q* 56—77 *M ponit post* 254, *at marginale nunc fere evanidum rectum videtur ordinem restituisse* 57 ////spondens *M*, spondens *om. F*, preb& *P* 58 Fluctibus *FP* ex *MLQ*, haec *F*, et *(P) edd.* 59 Uua *F* fundunt *LQ* 60 permiscuntur *LQFP*, permiscentur *(M)* 64 ambroseis *LQPZ* pictos *FP*

---

61 *cf. nota ad v. 191*

hortus in orbe dei cunctis felicior hortis.
fructus inest anni, cum tempora nesciat anni.
illic floret humus semper sub vere perenni,
arboreus hinc inde chorus vestitur amoene:
frondibus intextis ramorum murus opacus
stringitur atque omnes pendent ex arbore fructus
et passim per prata iacent. non solis anheli
flammatur radiis, quatitur nec flatibus ullis
nec coniuratis furit illic turbo procellis;
non glacies destricta domat, non grandinis ictus
verberat aut gelidis canescunt prata pruinis.
sunt ibi sed placidi flatus, quos mollior aura
edidit exsurgens nitidis de fontibus horti;
arboribus movet illa comas, de flamine molli
frondibus inpulsis inmobilis umbra vagatur:
fluctuat omnis honos et nutant pendula poma.
ver ibi perpetuum communes temperat auras,
ne laedant frondes et ut omnia poma coquantur.
non apibus labor est ceris formare cicutas:
nectaris aetherei sudant ex arbore mella
et pendent foliis iam pocula blanda futura,
pendet et optatae vivax medicina salutis,
dependent ⟨quis dat⟩ sollers pictura figuras.
⟨auroram⟩ iam quarta dies praemiserat undis
et rutilante polo compresserat ora rubore:
mox solis radiare globum iubet igne salutis.
flamma salutaris perfundit lumine mundum,
cuncta salutifero rident elementa vapore;
cuius ab igne suo lunam iubet ire secundam
nigra tenebrarum corrumpere tempora noctis
et trepidum proferre diem comitante quiete;
candida somnigeris collustrans cornibus axem,

---

in C 183. 192

183 Ortus *CB* cunctos *B* felicior ortis *C*, ortus *in* hortis *corr.* B^1, *cf. Eug.* 185 flore *B*, floret M^2 *Eug.* 188 aquę *B*, atque M^2 *Eug.* 189 anhelis *Eug.* 190 ullis *Eug.*, illic *B*; *an* ille ? 191 (con)iurat(us) fuerit *B* 192 Quem glaties *C* destricta *B et* (i *ex* u) *C*, districta *B Eug.* 195 sontibus orti *B* 200 ledat *B Eug.*, laedant *Rivinus* 202 ethereis undant *B*, *corr.* M^3 *Eug.* 205 sq. Littora dependent sollers pictura figuras Ia(m) q(ui)nta dies p(rae)miserat undis *B*, *ut appareat* Auroram *ex v.* 206 *abiisse in initium versus antecedentis ibique corruptum esse in* Littora, *idque mendum iam Eugenio* (*cf.* Cetera) *sub oculis fuisse, qui audacter et tamen neglegenter locum depravavit.* dependent *scil. alia* mella. *supplevi ex gr.* quis dat *i. quibus adhibitis profert.* ⟨et quae⟩ dependent sollers pictura figurat *Bücheler* 207 co(m)-p(re)sserat ora *B*, conpresserat astra *Eug. astris nondum creatis* 208 sol radire *B*, *corr.* M^3V^2 *Eug.* 210 salutifera *B*, *corr.* M^2 *Eug.* 212 corrup(er)e *B* 213 tepidu(m) p(er)ferre *B*, *cf. Eug.* quieti *B* 214 Candidas oĩgerunt conlustrans *B*, *cf. Eug.*

---

183 *Isai. 51, 3* quasi hortum domini 192 destricta *quasi ensis* 199 *Ov. m. 1, 107* ver erat aeternum. *cf. Prud. cath. 3, 103 Sidon. c. 2, 409 Alc. Av. 1, 222, etiam Mar. Vict. aleth. 1, 228 Boeth. cons. 1, 2, 18* 201 cicutas *cf. ind.* 202 *Verg. ecl. 4, 29* pendebit sentibus uva et durae quercus sudabunt roscida mella. *Drac. l. d. 2, 448* 207 *diem orientem puduit caeli rutilantis modo facti itaque ut se quoque ornaret solem produxit* 209 *cf. sat. 81 sqq.* 211 suo *sc. igne* 213 trepidum *'dubius, opinor, et incertus, quia nec verus dies, cum luna ipsa solum sit solis imago' Arevalo*

hortus in orbe dei cunctis felicior hortis.
fructus inest anni, cum tempora nesciat anni.
illic floret humus semper sub vere perenni,
arboreis hinc inde comis vestitur amoenis,
frondibus intextis ramorum murus opacus
stringitur atque omnes pendent ex arbore fructus
et passim per prata iacent. non solis anhelis
flammatur radiis, quatitur nec flatibus ullis
nec coniuratis furit illic turbo procellis;
non glacies districta domat, non grandinis ictus
verberat aut gelidis canescunt prata pruinis,
sunt ibi sed placidi fructus, quos mollior aura
edidit exsurgens nitidis de fontibus horti;
arboribus movet illa comas, de flamine molli
frondibus inpulsis inmobilis umbra vagatur:
fluctuat omnis honos et nutant pendula poma.
ver ibi perpetuum communes temperat auras,
ne laedat flores et ut omnia poma coquantur.
non apibus labor est ceris formare cicutas:
nectaris aetherei sudant ex arbore mella
et pendent foliis iam pocula blanda futura
pendet et optatae vivax medicina salutis:
cetera depingit variis pictura figuris.
auroram iam quarta dies praemiserat undis
et rutilante polo conpresserat astra rubore.
mox solis radiare globum iubet igne salutis;
flamma salutaris perfundit lumine mundum,
cuncta salutifero rident elementa vapore.
cuius ab igne suo lunam iubet ire secundam
nigra tenebrarum corrumpere tempora noctis
et trepidum proferre diem comitante quiete.
candida somnigeris perlustrat cornibus axem,

---

67 est inanni cum *L*, in annis est cũ *Z*, in annos est *ed. Morel* 69 amoenes *corr. in*-is *Q* 70 muros *M* 71 omnis *M*, homnes *F*, oms *LP*, omnes *Q*, omni *Z* arbore poma *LQZ, at confer v.* 72 72 Et pastis *FP* anelis fructus *LQ*, non fructus anelis *Z* 73 fluctibus *(F)P* 74 coniratis *F* 75 grandinis metus *Q* 77 placidi fructus *sic MFPLQZ (at* placiti *F)* quod mollior *LQ* 78—121 *desunt in M* 78 frontibus *Q*, functibus *P* 81 omne conus *(hoc deleto suprascriptum* nemus) *F*, omne nemus *P*, omne onus *LQ (in hoc glossa eiusdem manus* sumitas arborum) Fluctuat hic onus omne *Z* 83 sed ut *P* 84 celer (stis *super* r *scripsit man. 2*) forma cicutas *F*, celestis forma cicutas *P* 85 etheriis *FLQ* 88 pictura] natura *Sirmond et Tol.* 89—91. 94. 95 *in G* 89 Aurora *FLQZ, corr. P* premiserat *FP*, permanserat *LQZ* 90 rutilante globo *G* robore *QG* 91 solis fulgere *G* radiare polum *P* igni F^1 94 iuuet *F*, iubat *P* 96 trepidam *P*, tepidam *(LQ)Z* somniferis *Z edd.*

---

89 *Iulian. Tol. ars gramm. 1, 1, 35 (Gramm. suppl. p. CCXXXII, 12) exemplum* au *dipthongi*

quae numero est crescente brevis, sed plena minore.
flammeus ornatus caeli per sidera fulsit:
officia stellis, numeros et nomina iussit,
tempora distribuit, loca contulit, ignibus egit,
limitibus fixit, iubar induit, axe rotavit,
cursibus aptavit, caeli regionibus addit.
agminis innumeri nec flammea sidera solem
destituunt quacumque die, sed luce premuntur
luminis inmensi radiato vertice fusi.
nec mirum, si clara latent sub sole corusco
sidera, quo mundum monstrat mensura minorem,
qui fovet igne pio caelum mare sidera terras
concepta virtute dei, quem sphaera polorum
sustinet et sentit dominum per cuncta tonantem,
cuius ab imperio veniunt quaecumque ministrat.
omnia iussus agit, totum sub lege laborat,
miles et ipse dei, cum luna et sidera cuncta
ostentans sub vere novo, sub tempore primo,
sub tirone die veterana in saecla parato.
vidit quinta dies animalia cuncta profundi:
in corpus solidantur aquae nervique ligantur.
musculus humor erat, fluctus durescit in ossa
atque oculi gemmantur aquis humore gelato.
et quot sunt fluctus, tot forsitan aequore pisces
luserunt fluido per caerula vasta natatu
et crispante freto perflabant naribus undas.
terrigenis factura cibos post cuncta creandis
exilit inde volans gens plumea laeta per auras
aera concutiens pennis crepitante volatu
ac varias fundunt voces modulamine blando
et puto conlaudant dominum meruisse creari.
hae niveo candore nitent, has purpura vestit,
est croceus his pluma color, has aureus ornat
galbanus, ast aliis pennae solidantur ocellis
atque hyacinthus adest per colla et pectora fulgor;
eminet his cristatus apex, has lingua decorat

---

215 Que(m) *B* 217 numero sed nomina *B* 220 Curribus *B* 222 quaecunqtie *M*, quocunque *Eug.* 225 minore *B*, minorem *Eug.* 231 lunę et sidera cuncto *B*, *cf. Eug.* 233 paratus *Eug.* 235 quę *B*, aquę M^3V^3 *Eug.* 237 geminantur *B* 238 Et q(uo)d *B* forsan in *Eug.* 239 Iusser(it) B^1, *corr. in* Iusser(un)t B^2 240 proflabant *Rivinus* 241 *post* 234 *poni iussit Arevalo* 242 per euras B^1, *corr.* B^2 243 pinnis B^2 247 ornant *B* 248 Lalbanus *B*, *corr.* M^3 pinnę B^2 ocelli *B* 249 iacinct(us) *B*

---

215 numero *lunarum i. dierum* 217 *Verg. georg. 1, 137* navita tum stellis numeros et nomina fecit 220 *Drac. l. d. 3, 5* nomina dans astris et stellas cursibus aptans 224 *2, 7* stellae sub luce latent 228 sentit *et* 229 ministrat *sc. sol* 230 totum *opus suum* 231 *videtur dici solem hoc quarto die et lunam et sidera ostentavisse, non oppressisse de imagine cf. ad. 2, 25* 241 *mira haec de avibus praedicatio non concinit cum bibliis; fortasse Afer poeta coturnicum erat memor* 245 *cf. 1, 347* 247 *de constructione audaci cf. 249. 252. 310*

quae numero est maiore brevis et plena minore.
flammeus ornatus caeli per sidera fulsit:
officia stellis, numeros et nomina iussit,
tempora distribuit, loca contulit, ignibus egit,
limitibus fixit, iubar induit, axe rotavit,
cursibus aptavit, caeli regionibus addit.
agminis innumeri nec flammea sidera caelum
destituunt quocumque die, sed luce premuntur
luminis inmensi radiato vertice Phoebi.
nec mirum si clara latent sub sole corusco
sidera, quo mundum monstrat mensura minorem,
qui fovet igne pio caelum mare sidera terras,
conceptum virtute dei quem sphaera polorum
sustinet et sentit dominum per cuncta tonantem,
cuius ab imperio veniunt quaecumque ministrat.
omnia iussus agit, totum sub lege laborat,
miles et ipse dei cum luna, et sidera cuncta
ostentat sub vere novo, sub tempore primo,
sub tirone die veterana in saecla paratus.
addit quinta dies animalia cuncta profundi:
in corpus solidantur aquae nervique ligantur.
musculus humor erat, fluctus durescit in ossa
atque oculi gemmantur aquis humore gelato.
et quot sunt fluctus, tot forsan in aequore pisces
luserunt fluido per caerula vasta natatu
et crispante freto perflabant naribus undas.
terrigenis factura cibos post cuncta creandis
exilit inde volans gens plumea laeta per auras
aera concutiens pennis crepitante volatu
ac varias fundunt blando modulamine voces
et puto conlaudant dominum meruisse creari.
hae niveo candore nitent, has purpura vestit,
his croceus plumae color est, has aureus ornat;
albentes aliis pennae solidantur ocellis
atque hyacinthus adest per colla et pectora fulgens;
eminet his cristatus apex, has lingua decorat,

---

98 maiore uhaeris et plena more *(in* more *delevit* o *et* ero *suprascripsit man. 2) F,* maior *(reliquis omissis) P* 100 officia et stellis *Z edd.* *post* 102 *unus versus erasus in F, sequitur tamen* 103 103 Cursib; tauit *F* 105 dies et *LQZ* 111 deum *corr. in* dn̄m *F* 112 ad *Q* ministrant *LQZ* 114 Milex et F^1LQ lunam *(L)* 116 diem *LQ* in sede *P* 117 *est in G* Addidit *LQ* profundo *PG* 118 In cor solidantur *FP* 121 *est in G* quo sunt *G* tot forsam in aequora *LQ*, tot gignuntur aequora *G* 122 *inde ab hoc versu rursus subvenit M* Lux erunt *M* natatur *M* 123 fretum *M*, freti *F* 124 *in contextu omisit, at in margine scriptum huc post* 123 *delegavit* M^1; *post* 123 *habent FPLQZ* 125 *est in G* aulras *F* 127 *est in G* uarios *G* fundunt magno *M* modulamine cunctis *G* 128 puta *corr. ex* - o *(an* o *ex* a *?) M* 129 Hee *LQ* nitent bas *M* 130 Hi *M* 131 alis *FP*, alas *LQ*, alias *Z* 132 iacinthis *Q* ptora F^1 133 his *om. F*, et *P* apex bas *M* *Drac.* 251 *omisit Eug.*

et brevitas formae pensatur voce canora;
(250) est unus his pluma color, has discolor ornat
penna, per innumeras currens pictura volucres,
et rudibus tenuem subtexunt aera pennis.
sexta dies folium ramis et floribus herbas
evomit et spicans acuit seges omnis aristas.
(255) silva comis vestita viret nidosque loquaces
exhibet et varias decantat garrula voces,
cum natabunda volat non motis plausibus ales:
frondibus insidens vento cum fronde movetur,
unguibus ad ramos infixa tenacibus haeret.
(260) pennigerum vernare nemus vapor urguet in usus
pigneris et molli durescunt ova tepore.
pennantur membrata globis, animantur, anhelant,
rumpuntur, confracta sonant, nutrita volatus
temptant et rudibus librantur in aera plumis.
(265) sed cum discordent inter se elementa coacta,
fetibus eductis concordant unda vel ignis:
unda creat volucres, producit flamma volucres.
pabula mundus erat, sed non qui pasceret herbas
adfuit: intactis senuissent floribus herbae,
(270) ni pascenda daret tellus iumenta per agros.
(273) cornibus erumpunt armata fronte iuvencique
et per prata vagum sequitur sua bucula taurum;
(275) cervus in arva fugax palmatis cornibus errat
et velox prorumpit equus, pecus utile belli.
impia terribiles producit terra leones,
simplicitas ovium fraudes passura luporum
et raudos timuit discurrens damma molossos.
spumat aper, mortes lunato dente minatur
et latus obliquans meditatur proelia torvus,
ne Massyla fames duros descendat in armos
aut aper alter eat spumantia bella movere.
promitur omne genus pecudum, genus omne ferarum

---

252 E studijs his *B, correxi; fortasse Eug. legere sibi videbatur* Est uiridis 253 Pinna B^2 255 Exta die *B, corr.* M^3 256 spicis *Eug.* 259 n(on) mosq(ue) *B, cf. Eug.* 261 err(et) *B, corr.* V^2, haerens *Eug.* 262 Pinnigerum B^2 unguet *B, corr.* M^3 263 Pignoris *B, cf. Eug.* curescunt *B, corr.* M^3 264 Pinnantur B^2 266 e trudibus *B* 268 Fletibus *B, cf. Eug.* 270 Paruula *B, cf. Eug.* 271 intact(us) *B, cf. Eug.* *post* 272 *duos versus finxit Eug. (Arevali* 271 *et* 272*), corrupto simul v.* 255 *inde a v.* 273 *usque ad finem libri I numeri mei sunt pares Arevalianis* 273 arȯmata *B* iuvenciq; *sic B,* q; *omiserunt MVRU Eug.* 278 om(n)i(um) fraude *B, corr.* M^2, *cf. Eug.* 279 raucos B^1 *Eug.*, raudos B^2 molursos *B, corr.* M^2 *Eug.* 281 turbus *B* 282 Nec marsyla *B, correxi* (Massyla *iam Arevalo*)

---

255 *recapitulasse poetam res adhuc creatas antequam bestiarum et hominis creationem aggrederetur non sensit Eugenius, ideo quinto diei subiecit versus 255—72 et post 272 duos versus de suo addidit* 257 *Verg. Aen. 12, 475* nidisque loquacibus 263 *Anth. 383, 2 (de halcyonibus)* liquescunt ova tepore 270 *de constructione cf. 1, 178* 273 *de versu hypermetro cf. L. Müller, de re metr. p. 295 sq., vide tamen ne* iuuenciq; *in B sit ortum ex* iuuenq̄ 276 *Stat. Theb. 7, 66* pecus utile bello *(sic Put.,* bellis *recc.)* 279 *Ps. Angilb. carm. 6, 146* huc illuc timido discurrit dammula gressu 280 *Iuv. 5, 116* spumat aper *(Claud. 35, 243)* 284 *Verg. georg. 3, 480* et genus omne neci pecudum dedit, omne ferarum. *Drac. l. d. 1, 458 cf. Ov. epist. 10, 1*

has virides penna reddit, has discolor ornat
multa per innumeras currens pictura volucres,
et levibus tenuem subtexunt aera plumis.
ipsa dies folium ramis et floribus herbas
evomit et spicis acuit seges omnis aristas.
silva comis vestita viret nidosque loquaces
exhibet et varias decantat garrula voces,
quum vagabunda volat non motis plausibus ales:
frondibus insidens vento cum fronde movetur
unguibus ad ramos infixa tenacibus haerens.
pennigerum vernare nemus vapor urget in usus
pigneris et molli durescunt ova tepore.
pennantur membra globis, animantur, anhelant,
rumpuntur, confracta sonant, nutrita volatus
temptant et rudibus librantur in aera pennis.
sed cum discordent inter se elementa coacta,
fetibus eductis concordant unda vel ignis:
unda creat volucres, producit flamma volucres.
pabula montis erant, sed non qui pasceret herbas
adfuit: intactae senuissent floribus herbae,
ni pascenda daret tellus iumenta per agros.
— sexta dies Phoebi rutilo processerat ortu,
— cum natura parens gignit animantia terris.
cornibus erumpunt armata fronte iuvenci
et per prata vagos sequitur sua vaccula tauros;
cervus in arva fugax palmatis cornibus errat
et velox prorumpit equus, pecus utile belli.
inpia terribiles producit terra leones,
simplicitas ovium fraudes passura luporum
et raucos timuit discurrens damma molossos.
spumat aper, mortes lunato dente minatur
et latus obliquans meditatur proelia torvus
ac maxilla ferox duros desaevit in armos
audacter certans spumantia bella movere.
gignitur omne genus pecudum, genus omne ferarum

---

134 pennae reddunt *edd.* 135 currens *om. P in spatio vacuo* 136 rudibus tenue *LQZ* tenues *P* 137 erba *F*, herbam *P* herbis hę uomit (*om.* Euomit *in v.* 138) *M* 138 omnes *LQ* 141 Quum *om. FP* uacuũda *L*, uacauum da *Q*, uacuanda *Z edd.* commotis *edd.*, non motib(us) *LQ et M*¹ *ut videtur*, non montis *Z* 143 innixa *corr. in* infixa *M* 145 Pignoris *(M)* 146 tunc membra *Z edd.* animat(ur) *LQ* anhela . . (*erasis* nt) *F*, anela *P* 148 trudibus *LQ* 149 quoacta *MF*, *om. P* 150 et ductis *FP* unda uel nimis *F*, *om. P* 151 Vnde *P* produc(et) *LQ* 153 Adfluit *LQ* inacte *Q* 154 pascendaret *Q* 156 paret gignit *LQ*, parit gignitque *Z edd.* 158 baccula *M*, uaccula *LQ*, buccula *P*, bucula *(F)*, uincula *Z edd.* taurus *(LQ)* 159 palmitis *Q* 160 bellis *pars edd.* 162 fraude *LQ* 165 preliat orbus *LQ* 166 duros destituit *M* 168 pecodum *FLQ*

---

158 *Theodulf. carm. 28, 213* quo vitulus matrem sequitur, quo bucula taurum 163 *glossarium cod. Phillipici 4626 (Ellis, journal of phil. VIII 1879, 123)* molossi sunt rustici canes. unde quidam poeta ait: et raucos timuit discernere damma molossos. *propter* raucos *potius ex Eug. quam ex Drac. sumptum puto*

inter prata vagum nullo custode per herbas.
instar montis habens incedit bestia moles;
promitur anguis hians, quatitur sub dente venenum,
et maculosa repit squamis per viscera serpens,
ante venena nocens, missura flatibus oris
et subita sparsura grauis per sibila mortes
atque eadem membris vitae paritura medellas.
sed ne cuncta simul passim per cuncta fuissent,
distribuit loca certa deus et tempora fixit.
tempore non uno veniunt quae saeva vocantur:
non semper movet arma leo nec scorpius ictus
semper habet nec semper agit fera vipera mortes
nec semper tollunt ad vulnera colla cerastae;
non semper furit unda maris nec semper adurit
solis ubique calor: pro tempore temperat ignes,
pro regione plagae, pro tempore temperat undas
et modo bellantes fluctus freta pigra iacebunt.
ipse polus, qui grande tonat, sine nube serenus
iam tacet et puro redeunt sua lumina caelo.
multa locis data sunt variis dispersa per orbem:
arida vipereos angues suscepit harena,
humida sortitur tellus fera colla leonum,
India cum gemmis et eburnea monstra minatur
(belua divinos inter generatur odores
ambrosiasque rapit male fraglans bestia messes)
incertusque color tigris per mille colores
montibus Hyrcanis vento fetata marito
mittitur ut vincat currens orbata procellas.
cornibus erectos sortita est Africa dammas,
concava suscipiunt per montes saxa dracones.
cetera distribuit diversis semina terris,
plurima coniunxit, sed caespite, mente diremit.
munera praeterea funduntur divitis agri:
protulit eximias et ditior India gemmas,

---

in C 302

285 *omisit B; Eugenius hic fide dignus* 286 mortis h(abe)t intend(it) *B, cf. Eug.* 287 *omissus a* B^1, *in margine a* B^2 *suppletus* (ians), *at falso post* 289 *relegatus; recto loco habet Eug.* quatiens *Eug.* 290 subitas passura *B, cf. Eug.* 291 medullas *B, cf. Eug.* 292 pars impar cuncta *B* 300 tempore *om. B, add.* M^3V^2 303 et *om. B, non de suo addidit Eug.* 309 *pro* bestia B^1 *reliquit spatium vacuum, in quo* B^2 *scripsit* besaa (*et sic MVRU*), bestia *Eug.*, balsama *Arevalo* frangens *Eug.* 310 Inceptusque *B* 311 un&o fetata *B, correxi* 316 *sic distinxit Bücheler; ego conieceram* haec sospite 318 et ditior *B*, inlustrior *Eug.*

---

288 per viscera *cf. Isid. orig. 12, 4, 3* 289 *Lucan. 9, 724* sibilaque effundens .... ante venena nocens .... basiliscus 291 *cf. ind. sub v.* serpens 292 sq. *cf. 1, 315 sq. sat. 55—92, 257 sqq., etiam Verg. georg. 1, 60 Ov. hal. 92* 295 *Verg. Aen. 12, 6* tum demum movet arma leo *at cf. Plin. nat. 11, 87* semper cauda in ictu est nulloque momento meditari cessat, ne quando desit occasioni 300 temperat undas *mare, cf. v.* 298 308 *Petron. frg. 31, 3 de psittaco* hic ego divinos inter generatus honores 311 *videtur de tigride, quae ocior dicebatur procella, similis indicari fabula qualem de equabus favonio fetante pernicissimos edentibus partus adfert Plin. nat. 8, 166* 314 montes *cf. Isid. orig. 14, 3, 7 Solin. 30, 14* 315 *cf. ad 1, 293*

inter prata vagum nullo custode per herbas.
instar montis habens incedit bestia moles;
promitur anguis hians quatiens sub dente venenum
et maculosa repit squamis per viscera serpens
atra venena nocens missura e flatibus oris
et subito sparsura graves per sibila mortes
atque eadem membris inpertitura medellas.
sed ne cuncta simul passim per cuncta fuissent,
distribuit loca certa deus et tempora fixit.
tempore non uno veniunt quae saeva vocantur:
non semper movet arma leo nec scorpius ictum
semper habet nec semper agit fera vipera morsus
nec semper tollunt ad vulnera colla cerastae;
non semper furit unda maris nec semper adurit
solis ubique calor: pro tempore temperat ignes,
pro regione plagae contemperat unda vaporem
et modo bellantes fluctus freta pigra iacebunt.
ipse polus, qui grande tonat, sine nube serenus
iam tacet et pura redeunt sua lumina caelo.
multa locis data sunt variis dispersa per orbem.
arida vipereos angues suscepit harena,
humida sortitur tellus fera colla leonum,
India cum gemmis et eburnea monstra minatur
(belua divinos inter generatur odores
ambrosiasque rapit male frangens bestia messes)
incertusque color tigris per mille colores
montibus Hyrcanis venit ac feta marito
mittitur ut vincat currens orbata procellas.
cornibus erectis sortita est Africa dammas,
concava suscipiunt per montes saxa dracones.
cetera distribuit diversis semina terris,
plurima coniunxit, sed caespite multa diremit.
munera praeterea funduntur divitis auri;
protulit eximias inlustrior India gemmas,

---

171 Promittitur *LQ* 172 uisera F^1 pro uiscera *Q* 173 missure flatibus *M*, missura flatibus *LQ*, missura afflatibus *Z edd.* 174 montes *M*, mortis *LQ* 175 Adq. quadam *F* //medelas (*erasa* a) *M* 176 per prata *M* 177 loca cunctis et tempora *FP* finxit *LQZ* 181 tollut *M* ad uulner// (a *erasa*) *M* 182 Nnon *M* maris non *(M)* 183 temperet *L* 184 uoporem *F* 186 Ipse populus *Q* serenum *Q* 187 puro P^2 *edd.* 192 adores *Q* 193 Ambroseasque *MLQPZ* sapit *(M) edd.* 195 archanis *LQZ* ac feta marito MF^1LQZ ac fetata F^2P, atque effoeta *edd.* 200 dirimit *corr. in* diremit *F*, derimit (*vel* diremit *margo*) *LQ* 202 industrior *M*

---

191 *Theodulf. carm. 7, 7* Indus habens gemmas pigmenta et eburnea monstra. *28, 263* Gangetis eburnea monstra

producunt niveos et litora rubra lapillos,
flammantes viridesque tulit Babylonia crustas;
Persica nobilitas pretiosis litora gemmis,
Phrygius et roseo carbunculus ardet honore,
Serus fila trahit nullo sub pollice ducta,
balsama Caesareos plorant virgulta per agros
et nimis ambrosium lacrimae dant munus odoris;
cinnamon interior profert sub Phoenice tellus
solis amica nimis, nam non de sole perusta
haec nardi flores, haec portio fundit amomum.
omnibus his genitis animal rationis amicum,
forma dei, virtute dei limatur in artus,
ut dominanter eat moderatior omnibus unus.
naturae iussit quae protulit omnia princeps,
ast hominem non terra parit, non pontus ab undis,
non caelum, non astra creant, non purior aer,
sed dominaturum cunctis dominator et auctor
plasmavit per membra virum de pulvere factum.
limus adhuc deformis erat, membratur in artus
corporeus, species hominis, caelestis imago.
conspicitur nova forma viri sine mente parumper.
spiritus infusus subito per membra cucurrit
et calefacta rubens tenuit praecordia sanguis,
mox rubuere genae, totos rubor inficit artus.
iam cutis est qui pulvis erat, iam terra medullas
ossibus includit, surgunt in messe capilli.
orbe micant gemino gemmantia lumina visus
et vocem conpago dedit nova machina surgens
auctorem laudare suum gavisa, quod esset,
atque oculos per cuncta iacit: miratur amoenum
sic florere locum, sic puros fontibus amnes

---

in C 329. 330. 333. 334. 336. 338—341. 343—48. 349

321 Persida nobilitant *Eug.* 322 Frigidus *B Eug.* Et Phrygius *Arevalo inutiliter* 323 Seres M^3 *Eug.* 325 munus honoris *at corr.* n *in* d B^1 326 finice *B* 327. 328 *om. B, servavit Eug.* 329 his *B*, in *C* genitis *C*, gentis *B* amicus *C* 330 Forma dei *B*, Formatus *C*, Formatur *Eug.* limatus *C* 331 d(omi)nant(ur) *B*, dominator V^2, *cf. Eug.* 332 Nat(us) ac *B*, *cf. Eug.* 334 prior aer *C*, purior uer *B* 335 cunctis dominat(ur) *B*, *corr.* M^2 336 Limauit *Eug.* 338 Corporeus *B*, Corporeos hominis uestit caelestis imago *C*, *cf. Eug.* 339 Conspic᷈: sine forma uiri m̄te parūp *et in margine* nuda *B* 340 *deest in B, habent C Eug.* 344 in m(en)se *B* 345 Erba micant *C* gem(en)tia *C*, geminantia *B*, *cf. Eug.* lumine uifus *C* 348 amiraturamgenū B^1, l(ege): mirat(ur) amenu(m) B^2 *in marg.* 349 amne(m) *B*

---

324 *facete ludit:* virgulta *prope Caesaream non sudant, sed* plorant balsama *(acc.), quia non iam sunt libera, sed Caesari subiecta, ideo et* nimis *ponitur* v. 325; *cf. Plin. nat. 12, 116. 118 Stat. silv. 5, 2, 138* 326 *habent Exempla poetarum Vaticana Keilii v. 193* (interior) *s. v.* cinnamon phenice *sine nomine poetae vel carminis* 329 *cf. Ov. met. 1, 76 sqq.* 332 sqq. *cf. Prud. apoth. 1031 sqq. Alc. Av. 1, 302* 335 *cf. ad 1, 571* 340 *Verg. Aen. 12, 66* ignem subiecit rubor et calefacta per ora cucurrit. *cf. Anth. 83, 24. 71* 341 *Verg. Aen. 10, 452* coit in praecordia sanguis 342 *Ov. met. 7, 78* erubuere genae totoque recanduit ore 343 *v. ind. sub* qui 347 *cf. 1, 245* 348 *Verg. Aen. 2, 570* oculos per cuncta ferenti *(cf. 8, 618, unde* miratur*).*

producunt niveos et litora rubra lapillos,
flammantes viridesque tulit Babylonia crustas;
Persida nobilitant pretiosis litora gemmis,
frigidus et roseo carbunculus ardet honore,
Seres fila trahit nullo sub pollice ducta,
balsama Caesareos plorant virgulta per agros
et nimis ambrosium lacrimae dant munus odoris;
cinnamon interius profert sub Phoenice tellus
solis amica nimis, nam non de sole perusta
haec nardi flores, haec portio fundit amomum.
omnibus his genitis animal rationis amicum
formatur virtute dei, limatur in artus,
ut dominanter eat moderatior omnibus unus.
naturae iussit quae protulit omnia princeps,
ast hominem non terra parit, non pontus ab undis,
non caelum, non astra creant, non purior aer,
sed dominatorum dominator summus et auctor
limavit per membra virum de pulvere factum.
limus adhuc deformis erat, membratur in artus
corporea species hominis, caelestis imago.
conspicitur nova forma viri sine mente parumper.
spiritus infusus subito per membra cucurrit
et calefacta rubens tenuit praecordia sanguis,
mox rubuere genae, totos rubor inficit artus.
iam cutis est, qui pulvis erat, iam terra medullas
ossibus includit, surgunt in messe capilli.
orbe micant gemino gemmantia lumina visu
et vocem conpago dedit nova machina surgens
auctorem laudare suum gavisa, quod esset.
tunc oculos per cuncta iacit: miratur amoenum
sic florere locum, sic puros fontibus amnes

---

204 cristas F^1P 205 nobilitat *MFPLQ, corr. Fabricius* 206 carbulculus *F* 207 Seres *codd.; Eugenio dederim* Serus *vel* Seris *pro nom.* triit *LQ*, trahunt *edd.* 208 *et* 209 *sic habent LQ*:

Plorant uirgulta per agros et nimis ambroseum
Balsama cesareos lacrimae dant munus odoris

unde Z priorem versum sic sibi sanasse visus est: Et nimis ambroseum plorant uirgulta per agros
209 odores *FP* 210 Cinnamun (-un *ex* -o) *F*, Cinnamũ *P* Phoenicia *edd.* 211 nam nunc *Z edd.*
213 amica *P* 214 arcus *Q* 215 dominater *M*, dominator *edd.* erat *Q* moderantior *Z edd.*
unus] usis *LZ*, uris *Q*, istis *edd.* 216 Natura *M* Isit F^1, iussu *Z edd.* qui *P* 218 Non gelu *P*
222 Corporeas *LQZ* 224 currit M^1 225 calefactura (ur *erasae*) *M* 226 Mox rubens (rubeus *P*)
ignis totus *FP* 228 inmense *LQZ* 229 gemino *om. LQ* lumine *F* uiso *FP* 230 *om. M*
uoce *LQ* surgunt *F* surgit *P* 232 per *et supra lineam* ad *F*, ad *P* iacet F^1LQ 233 flore *Q*

---

217 *Iulian. Tol. ars gramm. 2, 172 (Gramm. suppl. p. CCXXVII, 28) sub* ast (pontus sub undis *cod. Palat.*), *iterum recte 2, 184*

quattuor undisonis stringenti gurgite ripas
ire per arboreos saltus camposque virentes,
miratur se: quid sit homo, quos factus ad usus
scire cupit simplex et non habet unde requirat,
quo merito sibimet data sit possessio mundus
et domus alma nemus per florea regna parata;
at procul exspectat virides iumenta per agros
et de se tacitus quae sint haec cuncta requirit
vel quare secum non sint haec cuncta volutat;
nam consorte carens cum quo conferret egebat.
viderat omnipotens haec illum corde moventem
et miseratus ait 'demus adiutoria facto
participem generis'. tamquam si diceret auctor:
non solum decet esse virum, consortia blanda
noverit, uxor erit, cui sit tamen iste maritus;
coniugium se quisque vocet, dulcedo recurrat
cordibus innocuis et sit sibi pignus uterque,
velle pares et nolle pares, stans una voluntas,
pax animi concors paribus concurrere votis,
ambo sibi requies cordis sint, ambo fideles
et quicumque datur casus, sit causa duorum.
nec mora, iam venit alta quies oculosque supinat
somnus et in dulcem solvuntur membra soporem.
sed cum iure deus nullo prohibente valeret
demere particulam de quod pius ipse pararat
(sed si ablata daret iuveni sua costa dolorem,
redderet et tristem subito, quem laedere nollet),
fur opifex vult esse suus. nam posset et illam
pulvere de simili princeps formare puellam,
sed quo plenus amor toto de corde veniret,
noscere in uxorem voluit sua membra maritum.
dividitur contexta cutis, subducitur una

---

in C 350. 351. 353—55. 360. 364. 365. 367—370. 371—74. 377—381

350 udisonos *C* stringente *BC, corr. Traube* 351 caposq; *B* 352 se *codd. Eug. pars*, s(ed) *B* 355 rura parata *C*, regna paratu(m) *B*, *cf. Eug.*; rura *in C et Eug. ex Verg. (Aen. 1, 430) inlatum, cf. Drac. 3, 311* 356 atque procul spectat *Peiper* 358 setū *B* 360 corda *C* 364 Nouerit *om. C* cui tamen sit *(correcto tamen ordine) C*, cu(m) sit tamen *B*, cuius tamen *Eug.* 366 sint *Eug.* 368 Par *VU*, Pars *Eug.* concurrere uoces *B* 371 Nec mora *om. C* supinat *CM*^{2} *Eug.*, sopinat *B*, soporat *V*^{2} 372 soporem *C Eug.*, quietem *B*; *cum et* membra quietem *et* membra soporem *usitatae sint clausulae, hic puto B errasse* (quies *v. 371*); *alia res est v. 355, 388* 373 cum *om. C* 374 de quod *B*, de quo *C Eug.*, de q̃ *M*, de qua *VRU* 375 *conieci* sed sublata 377 possit et illum *C* alumnam *Eug.* 379 quo *Eug.*, quod *CB*, quia *MVRU* corpore *corr. in* corde *C*^{1} 380 uxore *Sirmond*, uxoris *Barth advers. 21, 2*

---

350 *cf. Gen. 2, 10 Sedul. 3, 173* 354 *cf. Drac. VIII 196* Troianis dabitur totus possessio mundus 361 *Gen. 2, 18* faciamus ei adiutorium simile sibi *(Sirach 17, 5)* 365 *Verg. Aen. 4, 172* coniugium vocat 367 *Sall. Cat. 20, 4* idem velle atque idem nolle; *cf. ad. Or. 293* 374 de quod *cf. 1, 402* cum quicquid iussa creavit. *2, 186* de quicquid ubique creasti 377 sq. *cf. Mar. Vict. aleth. 1, 374 sqq.* posset molli cum pulvere fingi, posset et ex nihilo 380 *Mar. Vict. aleth. 1, 380* ut ... misceret amorem, semet in alterius cogens agnoscere membris 381 *Mar. Vict. aleth. 1, 363* mentis ut experti pollens subducere costam, *inde etiam Alc. Av. 1, 154* cunctis costarum ex ossibus unam subducit laevo lateri, *cf. et Coripp. Iust. 2, 24*

quattuor undifluo stringentes gurgite ripas
ire per arboreos saltus camposque virentes,
miratur se: quid sit homo, quos factus ad usus,
scire cupit simplex et non habet, unde requirat,
quo merito sibimet data sit possessio mundus
atque domus alterna nemus per florea rura.
parva procul spectat virides iumenta per agros:
hac de re tacitus angit et corde requirit
vel quare secum non sint haec ipsa volutat;
nam consorte carens cum quo conferret egebat.
viderat omnipotens haec illum corde moventem
et miseratus ait 'demus adiutoria facto
participem generis'. tamquam si diceret auctor:
non solum decet esse virum, consortia blanda
noverit, uxor erit, cuius tamen iste maritus;
coniugium se quisque vocet, dulcedo recurrat
cordibus innocuis et sint sibi pignus uterque,
velle pares et nolle pares, stans una voluntas,
pars animi concors paribus decurrere votis,
ambo sibi requies cordis sint, ambo fideles
et quicumque datur casus sit causa duorum.
nec mora, iam venit alta quies oculosque supinat
somnus et in dulcem solvuntur membra soporem.
sed cum iure deus nullo prohibente valeret
demere particulam de quo pius ipse pararat,
attamen ablata iuveni ne costa doleret
redderet et tristem subito, quem laedere nollet,
fur opifex vult esse suus. nam posset alumnam
pulvere de simili princeps formare puellam,
sed quo plenus amor toto de corde veniret,
noscere in uxorem voluit sua membra maritum.
dividitur contexta cutis, subducitur una

---

234 tringentes M^1 235 saltos M^1 236 se *LQZ*, sed *M (in hoc* d *supra* se*) FP* 238 mundi *FP* 239 Ad quod *F* alterna *sic MFPLQZ* aeterna domus nemoris *edd.* 240 ispectat M^1, exspectat (ex *erasae*) *F* 241 Ac *MLQZ Iul.* angit *codd.*, volvitque *edd.* 242 Et quare *LQZ* 243 clarens (l *erasa*) *F* 245 adluctorio *vel* adiuctorio *M* demus solatia *edd.* 247 blanda Nouerit *et* 248 Uxor *F* 248 *om. Z Morel.* erit *om. LQ* tamen est maritus *LQ* iste ///// maritus *(6 litterae erasae) M* 250 sint] sine *F* 251 pares ista sunt uoluptas *(litteris supra pictis sic ordinavit man. 2:* sunt ista uoluptas*) M* 254 sint (n *erasa*) *F* *post* 254 *secuntur in M* 56—77. 255 supinant *corr. in* - at *M* 256 //soluuntur *M* 259 Ad tamen *MFLQ* 260 subitoq; ledere *LQ* 263 toto (*sed* o *man. sec.*) *M* 264 uxorem *FPLQZ*, uxore *M* maritu *LQ* 265 contecta *M*

---

241 *Iulian. Tol. ars gramm. 2, 172 (Gramm. suppl. p. CCXXVII, 26) sub* ac, *iterum exemplum* ac *praepositi 2, 184*

sensim costa viro, sed mox reditura marito.
nam iuvenis de parte brevi formatur adulta
virgo decora rudis matura tumentibus annis,
coniugii subolisque capax quo nata probatur,
et sine lacte pio fit mox infantia pubes.
excutitur somno iuvenis, videt ipse puellam
ante oculos tunc stare suos, pater, inde maritus,
non tamen ex coitu genitor, sed coniugis auctor.
somnus erat partus, conceptus semine nullo;
materiem fecunda quies produxit amoris
affectusque novos blandi genuere sopores.
constitit ante oculos nullo velamine tecta,
corpore nuda simul niveo quasi nympha profundi:
caesaries intonsa comis, gena pulcra rubore,
omnia pulcra gerens, oculos os colla manusque,
vel qualem possent digiti formare tonantis.
nescia mens illis, fieri quae causa fuisset.
tunc deus et princeps ambos coniunxit in unum
et remeat sua costa viro, sua membra recepit,
accipit et fenus, cum non sit debitor ullus.
his datur omnis humus cum quidquid iussa creavit:
aeris et pelagi fetus, elementa duorum
arbitrio conmissa manent. his 'crescite', dixit
'et replete solum' omnipotens 'de semine vestro
sanguinis ingenui natis; nutrite nepotes
et de prole novos iterum copulate iugales.
vel dum terra fretum, dum terram sublevat aer,
dum solis micat axe iubar, dum luna tenebras
dissipat et puro lucent mea sidera caelo,
sumere quidquid habent pomaria nostra licebit;
nam totum quod terra creat, quod pontus et aer
protulit, addictum vestro sub iure manebit
deliciaeque fluent vobis et honesta voluptas:
arboris unius tantum nescite saporem'.
dixerat ista deus, sanxit natura, quod inquit

---

in C 382—84. 386—390. 393—97. 399—400. 402. 404—7. 414—5

382 corta *B* redditura *B, cf. Eug.* 385 sobolisq; *B* q(uo)d *B, cf. Eug.* 386 fecit max *B*, fit mox *C*, crescit *Eug.* 388 t(un)c stare *B*, astare *C Eug.* 391 facunda *B, corr. M* 393 te^{e}xta B^{1} 394 profundi *C*, profundo *B* 395 Caries *C* robore *C* 397 Vt *Eug.* quale possint *C* tonantes *C* 402 cum *BC*, et *Eug.*, tum *Meyer, at cf. ad 1, 374* iussa *C Eug., om. B* 404 *et* 5 *in C sic:* Omnipotensque deus his crescite dixit. *cf. Eug.* omniparens *Arevalo* 405 *interpungebant vulgo post* vestro ingenui *B*, ingeniti *Cξ Eug.* nati *Eug.* 408 Vel *ego*, Vt *BM*, Et *VRU* 414 Delitiaeque (aeque *in rasura*) *C* uoluntas *C* 415 nescite *Cξ*, nescire *B Eug.*

---

384 *cf. ad Drac. X 370* *cf. Corp. inscr. Lat. VIII suppl. 15880, 16* puellae rudimat(u)rae 388 *Verg. Aen. 3, 150* ante oculos astare 393 *Ov. am. 1, 5, 17* ut stetit ante oculos posito velamine nostros 408 *Lucan. 1, 89* dum terra fretum terramque levabit aer 412 *Alc. Av. carm. 2, 154* quod caelum, quod terra creat, quod gurgite magno producit pelagus, vestros confertur in usus: *res eadem similia allexit verba*

sensim costa viro, sed mox reditura marito.
nam iuvenis de parte brevi formatur adulta
virgo decora rudis matura tumentibus annis,
coniugii subolisque capax, quo apta probatur,
et sine lacte pio crescit infantia pubes.
excutitur somno iuvenis, videt ipse puellam
ante oculos adstare suos, pater, inde maritus,
non tamen ex coitu genitor, sed coniugis auctor.
somnus erat partus, conceptus semine nullo,
materiem sopita quies produxit amoris
affectusque novos blandi genuere sopores.
constitit ante oculos nullo velamine tecta
corpore nuda simul niveo ceu nympha profundi:
caesaries intonsa comis, gena pulcra rubore,
omnia pulcra gerens, oculos os colla manusque,
ut qualem possent digiti formare tonantis.
nescia mens illis fieri quae causa fuisset.
tunc deus et princeps ambos coniungit in unum
et remeat sua costa viro, sua membra recepit,
accipit et fenus, cum non sit debitor ullus.
his datur omnis humus et quicquid iussa creavit:
aeris et pelagi fetus, elementa duorum
arbitrio conmissa manent. his 'crescite' dixit
omnipotens 'replete solum de semine vestro,
sanguinis ingeniti nati nutrite nepotes
et de prole novos iterum copulate iugales.
dumque freta terra, dum caelum sublevat aer,
dum solis micat axe iubar, dum luna tenebras
dissipat et puro lucent mea sidera caelo,
sumere quidquid habent pomaria nostra licebit
deliciaeque fluent vobis et honesta voluptas:
arboris unius tantum nescite saporem.'
dixerat ista deus. sanxit natura quod inquit

---

266 costa] constat *LQ* uiros et (s *in rasura*) *M* redditura *FP* 267 adulta uirgo / Decora *Q* 269 coniugiis *LQ* sobolisque *(M)Z* quibus apta *edd.* 270 pie *FP* crescit iam *edd.* 272 adtare *M*, astare *FPZ* 275 Materiaẽ sopitam *LQ* 276 genueres ores *LQ* 278 profudi *F* 282 causa] ausa *LQ* 283 coniungit *M*, coniunsit *FP*, coniunxit *LQZ* 285 Accepit *Q* 286—7 *habet G* 286 quum quidquid *G cf. Drac.* 287 fecus *M*, fretus *FPG* 290 igeniti *LQ* natos *Z edd.* 292 ferta *P*, fretum *(M?)* et dum *edd.* 294 puero LQ^1 295 nostra / Liceuit *F* *Drac.* 412—3 *om. Eug.* 296 uoluntas *F* 298 deus sanxit natura / Quod inquit omnipotens *FP (hic* deus quod sancxit *et* inquit*)*

omnipotens. mirata diem, discedere solem
nec lucem remeare putat terrena propago
solanturque graves lunari luce tenebras,
sidera cuncta notant caelo radiare sereno.
ast ubi purpureo surgentem ex aequore cernunt
Luciferum vibrare iubar flammasque ciere
et reducem super astra diem de sole rubente,
mox revocata fovent hesterna in gaudia mentes;
temporis esse vices noscentes luce diurna
coeperunt sperare dies, ridere tenebras.
tot bona facta deus non obliviscitur umquam,
quae propter hominem fecit sanxitque manere.
huic dominus pietatis opem subducere non vult,
addicet nec plasma suum. scit conditor aevi
esse nihil prorsus praeter se ubique rogandum,
et nisi subveniat, succurrens non erit ullus.
inde malo bonus est homini deus, omnibus auctor
spes opifex dominus rector dux arbiter index,
continua pietate bonus, virtute modestus,
simplicitate pius, sed culmine celsior omni.
ibant per flores et tota rosaria laeti
inter odoratas messes lucosque virentes
simpliciter pecudum ritu vel more ferarum,
corporibus nudis et nescia corda ruboris.
quid pars membrorum secretior esset habenda?
unde rudes scirent, quid moribus esset honestum?
quod digitos oculosque, putant hoc quoque pudenda.
publica iungebant adfectibus oscula passim
nec rubor ullus erat, cum staret origo pudoris,
illicitumque sibi prorsus nihil esse putabant.
et bene credebant, quibus omnia iussit ad usus
arboris unius fructu sub lege negato.
vomere non tellus, non rastris iussa domari,

---

in C 427—29. 435—36. 439—41. 443—45.

417 migrare diem *Eug.* *fortasse post* 417 *excidit versus unus* 419 glabes lunari *B, corr. M*^{3} 420 *ante* 419 *ponendus?* 421 surgente *B, corr. M*^{2} *Eug.* aequore gemunt *B, corr. V*^{2} *Eug.* 423 rubentem *Eug.* 424 fouet ext(er)na *B, cf. Eug.* 428 homines *Eug.* sensitque *C* scm sanx(it)q(ue) manare *B* 429 Huic *C, utrum* Huic *an* Hinc *in B incertum; cf. Eug.* dn̄s *B*, dn̄s *C* 430 nec *Eug.*, ne *B* 431 se praeter *edd.* 434 spes opis et *B, cf. Drac. I 10* 435 bonitate pius *C*, pietate bonus *B* 436 pius *C*, bonus *B* sed *BC*, et *pars codd. Eug.* celsior culmine *B*^{1}, *corr. B*^{2} 437 Iuuant *B, corr. M*^{2} laeti *Eug.*, beas *B*, bini *M*^{2}, loti *M*^{3} 441 Quid *B*, Quod *C*, Quae *Eug.* 442 sciret *B* 443 Quae *C* quoque *C*, q̄q *B*, quaeque *VRU*, membra *Eug.* 444 Publica *B*, Publice *C* adflaectibus *C*, arrectibus *B*, amplexibus *M*^{3} passim *B*, parsi *C* 445 cum extaret *C* 449 rast(ra) *B*, rastro *M*^{2}, rastris *Eug.*

---

417 *cf. Manil. 1, 69* tum velut amissis maerens, tum laeta renatis sideribus 420 *Verg. Aen. 3, 515* sidera cuncta notat tacito labentia caelo. *3, 518* cuncta videt caelo constare sereno 430 addicet *i. prodet* *Claud. carm. min. 32 (de salv.), 1* redeuntis conditor aevi, *inde etiam Ps. Prosp. de provid. div. 466* conditor aevi 439 *Stat. Theb. 8, 71* more ferarum. *Coripp. Ioh. 6, 419* ritu pecudum vel more ferarum 449 *Ov. met. 1, 101* rastroque intacta nec ullis saucia vomeribus ... tellus. *Verg. Aen. 9, 608* rastris terram domat. *cf. Drac. 2, 442*

omnipotens. migrare diem, discedere solem
nec lucem remeare putat terrena propago
subductisque nigris lunari luce tenebris
sidera cuncta notant caelo radiare sereno.
ast ubi purpureum surgentem ex aequore cernunt
Luciferum vibrare iubar flammasque ciere
et reducem super astra diem de sole rubentem,
mox revocata fovent hesterna in gaudia mentes,
temporis et requiem noscentes luce diurna
coeperunt sperare diem, ridere tenebras.
tot bona facta deus non obliviscitur umquam,
quae propter homines fecit sanxitque manere.
hic dominus pietatis opem subducere non vult
proicere nec plasma suum. scit conditor aevi
esse nihil prorsus praeter se ubique: rogandus
et nisi subveniat succurrens non erit ullus.
inde malo bonus est homini deus, omnibus auctor
spes opifex dominus rector dux arbiter index,
continua bonitate pius, virtute modestus,
simplicitate bonus et culmine celsior omni.
ibant per flores et tota rosaria laeti
inter odoratas messes lucosque virentes
simpliciter pecudum ritu vel more ferarum,
corporibus nudis et nescia corda livoris.
quae pars membrorum secretior esset habenda?
unde rudes scirent, quid moribus esset honestum?
quod digitos oculosque, putant hoc membra pudenda.
publica iungebant affectibus oscula passim
nec rubor ullus erat, cum staret origo pudoris,
inlicitumque sibi prorsus nihil esse putabant.
et bene credebant, quibus omnia iussit ad usum
arboris unius fructu sub lege negato.
vomere non tellus, non rastris iussa domari,

---

299 migra *P* discere *FPQ* 301 luna relucit *LQ*, lunare lucet (-et *corr. in* -ente *man. 2*) *F*, lunare lucente *P*, nigris relucet luna *Z*, collucet luna *edd.* 306 exerna *M* 308 Ceperunt *FPLQZ*, Cęperunt *M* redire M^1FP 309 obliscitur F^1 311 His *edd.* 312 suum vult *edd.* 313 nil F^1 314 succurrans F^1 315 Idem *P* deus homnibus *F*, hominibus *LQ* 316 Spes opifex *sic MFP*, Ipse opifex *LQZ* dominus /// rector *M* 318 omnis *M* 319 et *om. LQ*, per *Z edd.* 320 lucosq; quirentes *F* 321 morte *LQZ* 322 liboris (*corr. in* paboris) *M*, liboris *F*, liuoris *PLQZ*, *tamen Eugenii esse puto* ruboris *ut Drac.*; pudoris *edd.* 323 honestum *corr. in* habenda *Q (omisso in contextu* 324, *qui tamen a manu prima additus est in margine inferiore)* 324 quid] q̃ (*i.* quae) *F* 325 Quid *corr. in* Quod *M* 329 ad unum *(LQ)Z* 330 fructus *LQ*

quaerere nec sudor fructus quocumque labore
cogitur aut campos aliquo de fonte rigare;
imbre ferax nullo, pluviis absentibus uber
caespes et arbitrio crescit fetura marito.
praeterea solis datus est locus ille duobus:
deliciis hominum tantum constructus opacis
nec placidas sustentat aves, non ore cruentas,
unguibus armatas nescit perferre volucres,
omne genus pecudum nescit, genus omne ferarum.
solus ibi inrepsit squamoso corpore serpens
fraudibus imbutus mortis, caput omne malorum,
pectore vipereo mellitum ex ore venenum
funereo sub dente parans spumante palato.
ergo ibi livor edax, coctum serpente venenum
invidiae mordacis habens sub fronte modesta,
quaerit opem sceleri, per quam fallatur honestas
simplicitasque cadat vel credula corda reatum
incurrant non fraude sua, sed clade perenni.
fortia corda viri non expugnanda per anguem
praesensit pietatis inops et coniugis aures
adgreditur sub voce pia, sermone maligno
insidiosus adit heu mollia corda puellae:
ingerit ore cibos crudeli funere plenos.
his semel adsumptis reserantur lumina cordis
ac permixta bonis patuit doctrina malorum.
paenituit nescisse dapes et damna putantur
temporis exacti spatia. procedere peius
ausum quippe nefas: temptat seducta maritum
et capit insontem iam noxia femina victum.
circumventa perit, sed circumscripta fefellit.
nec circumscriptor serpens inpune triumphat.
nam postquam et iuvenis violata mente comedit
funereos sine lege cibos in morte futurus,
mox sapit infelix, quid pravum, quid sit honestum:
cognita simplicitas, sed mox est corde fugata.

---

in C 459—65. 469—74. 477—84

452 Imbre ferat *B, corr. Peiper* p//////is *nunc B,* pluuis *legerat M* *in fine* uer *B,* aer M^2; *cf. Eug.* 453 et *Eug.,* ex *B,* ex *delevit* M^2 455 hominum M^3 *Eug.,* om(n)iu(m) *B,* ouium *VRU* 456 placida *B, corr.* M^2 *Eug.* cruentus *B, corr.* M^2 *Eug.* 457 nescit ferre *B, cf. Eug.,* ferire *VRU* 459 ibi *C,* ubi *B* 460 imbutus *C,* indutus *B* 462 palati *B* 463 ibi *C,* ubi *radendo corr. in* ibi *B,* ubi ς *Eug.* contusum dente *Eug.,* coctum sub dente *Grosse* 464 Inuidia *C* modesti *C* 465 sceleris *pars codd. Eug.* quem *C* fellatur *B* 471 heu *B Eug.,* iam *C* 474 Hac *C* patuit *C,* fatuit *B* 476 exactis pacia *B* 477 Ausum *C,* Aut suū *B* 478 uictum *C Eug.*; *in B utrum* uinctū *fuerit an* iunctū *discerni nequit; potest hoc verum esse* 480 circumscriptor *B,* circumscripta *Eug. et* C^1, *quae tamen ipsa* a *sive quae alia fuit (nam potest credi scribam notam archetypi quae est pro* or *imitatum esse) in* o *mutavit* 481 et *CB (in hoc supra lineam additum), om. Eug.* M^2 uiolenta B^1, *corr.* B^2 comedit *B Eug.,* peregit *C* 482 futurus *Eug.,* futuros *CB* 484 sed *B,* et *Eug., om. C* simplicitas mox est a corde *C* corda *B*

---

458 *ad v. 284* 468 *cf. Alc. Av. carm. 2, 140 sq., ubi eadem sententia plane aliis verbis induitur* 472 *Verg. Aen. 4, 308* crudeli funere 473 *Arator 1, 610* lumina cordis 484 *cf. Hor. sat. 1, 6, 63. epist. 1, 2, 3*

quaerere nec sudor fructus quocumque labore
cogitur aut campos aliquo de fonte rigare;
imbriferis semper pluviis absentibus uber
caespes et arbitrio crescit fetura marito.
praeterea solis datus est locus ille duobus:
deliciis hominum tantum constructus opacis
non placidas sustentat aves, non ore cruentas;
unguibus armatas nescit perferre volucres,
omne genus pecudum nescit, genus omne ferarum.
solus ibi inrepsit squamoso corpore serpens
fraudibus inbutus mortis, caput omne malorum,
pectore vipereo mellitum ex ore venenum
funereo sub dente parans spumante palato.
ergo ubi livor edax contusum dente venenum
invidiae mordacis habens sub fronte modesta
quaerit opem sceleris, per quam fallatur honestas
simplicitasque cadat vel credula corda reatum
incurrant non fraude sua, sed clade perenni:
fortia corda viri non expugnanda per anguem
praesensit pietatis inops, sed coniugis aures
adgreditur sub voce pia, sermone maligno
insidiosus adit heu mollia corda puellae:
ingerit ore cibos crudeli funere plenos.
his semel adsumptis reserantur lumina cordis
ac permixta bonis patuit doctrina malorum.
paenituit nescisse dapes et damna putantur
temporis exacta spatia. procedere peius
ausum quippe nefas: temptat seducta maritum
et capit insontem iam noxia femina victum.
circumventa perit, sed circumscripta fefellit.
nec circumscripta serpens inpune triumphat.
nam postquam iuvenis violata mente comedit
funereos sine lege cibos in morte futurus,
mox sapit infelix, quid pravum, quid sit honestum:
cognita simplicitas et mox est corde fugata.

---

334 Imbriueris M^1 iuber (i *erasa*) *L* 337 constructis *LQ* 338 substentant (b *deleta*) *F* 339 armata *LQ* p(ro)ferre *P* 340 *habet G* omne genus ferarum *(litteris correcto ordine) M* 341 scamoso *omissum a manu prima superscripsit* F^2 343 mollitum *LQZ edd. pars.* 344 Fundere sub dente parans ipsum ante palato *M* Munera sub dente *Z* 346 fonte *M* 347 sceleri *LQZ* per *om.* M^1 quem *LQ* 348 reatum *MLQ*, reatu *FP*, reatus *Z edd.* 351 sed] & *Q* 353 Insidiosus suadit *LQ* 355 reseratur *M* 358 exacti *(L?) edd.* spacio *Z edd.* 360 caput *Q* 362 Ne *M* 363—420 *desunt in LQZ edd. Morelii Weitzii* 363 mentem (m *ultima erasa*) *F* 365 aput *(corr. n* sapit*) M* quit prauum *M* parbũ F^1

membra pudenda putant partem, quae est prolis origo,
et qua ventris erat digestio turpis habetur.
omnibus e membris pars mundior illa putatur,
noxia sola magis fuerat quae in corpore toto,
os, aditus mortis, quam protulit atque recepit
lingua suada mali, sed et aures limina mortis.
viderat omnipotens homines didicisse pudorem,
perdiderant quem fraude truci dapibusque comesis,
errantes per prata reos foliisque tegentes
fecundos artus: dant agnita membra reatum,
illicitum fas ante putant licitumque profecto
creditur esse nefas. hos increpat ore tonanti,
sacrilegos quos iura dei calcasse profanant,
dum quaerunt ullas foliis vel rupe latebras,
tunc magis obtunsi, cum credunt posse latere
omnituum quodcumque deum, cui cuncta patescunt,
et merito, quia cuncta facit fecitque iubendo.
non fugit artificem chalybis, quae massa caminos
sustineat, rubigo latens quae viscera ferri
exedat, quae missa semel fornace liquescat;
hic non defossa prodit tellure metalla,
promittit saxis et non de pulvere gemmas;
scit, quibus inmittat mordaces fluctibus hamos
retibus aut pisces fallat scrutator aquarum,
et male venturas spondet sibi nauta procellas;
si pluvialis hiems aut saxeus urgeat imber,
non latet agricolas; sub terris providus undae
promittit fontes designans ante saporem
inspecta tellure semel, sine fluctibus ullis;
sibila dum reticent necdum serpente probato
praedicit Psyllus vim cuiuscumque veneni;
signa videt mortis medicus reducisque salutis

---

in C 488—91. 493

485 patre(m)q(ue) e(st) *B* 486 erat] *abieci* eat digesti *B, cf. Eug.* 487 puratur *B* 488 Noxia magis erat quae *C* fueratq(ue) *B, corr. M*² *Eug.* 489 Hos *CB* auditus *C, cf. Eug.* 490 Linguas ut damalis sed *C*, Ling(ua) sua damali s(ed) *B, corr. M* limana *B* 491 homines didicisse *C*, hominē dedicisse *sic B, cf. Eug.* 492 q(uam) *B* comes sit *B*, comestis *Peiper* 493 pratas eas *C* 497 quos *B*, qui *Eug.* tonanti sacrilegos, quod *Traube* iur$^{a}_{e}$ *B*¹ calcata *Peiper* 499 cum condunt *B*, quod credunt *Eug.* 500 omnituum *ego*, Om(n)e tuu(m) *B*, omne suum *Arevalo* dm̄ *corr. ex* tuū *B*¹ 501 quia facit cuncta facitque *B, corr. M*³ *Eug.* 502 calibis que(m) *B* 503 latensq(ue) *B* 504 Exedatq(ue) *B* 506 Promittit *B*, Promittens *Eug., cf.* 512 508 retibus ut *Skutsch* 509 spondent *B, corr. M*² *Eug.* 512 P(ro)mitet *B*, Promittit *Eug.* designant (t *in* s *correcta*) *B*¹ 515 P(rae)dic(it) sibilus *B, corr. Morel*, suillus *Isidorus et Eug.*

---

488 *Prud. perist. 10, 891* linguam . . . quae corpore omni sola vivit nequior 497 *intellege: qui cum pudenda obtegunt produnt (de* profanant *v. ind.) se sacrilegos iura dei calcasse* 499 *cf. 3, 577* 502 *Persius 5, 10* coquitur dum massa camino 504 *Verg. Aen. 8, 446* chalybs vasta fornace liquescit 508 *Stat. Theb. 7, 720* scrutator aquarum 511 *de aquilege cf. Plin. nat. 26, 30* 514 *Isid. orig. 12, 2, 37* ichneumon graece vocatus eo quod odore suo et salubria ciborum et venenosa prodantur. de quo Dracontius ait: praedicit suillus vim cuiuscunque veneni. suillus autem a setis est nuncupatus.

membra pudenda putat partem, quae est prolis origo,
et qua ventris erat pridem digestio turpis.
omnibus ex membris pars mundior ipsa putatur,
noxia sola magis fuerat quae in corpore toto.
os aditus mortis tunc protulit atque redegit
lingua malisuada, sed et aures limina mortis.
viderat omnipotens hominem didicisse pudorem,
perdiderat quem fraude truci, dapibusque comesis
errantes per prata reos foliisque tegentes
fecundos artus: dant agnita membra reatum,
inlicitum iustum reputant licitumque profecto
creditur esse nefas. hos increpat ore tonanti
sacrilegos, qui iura dei calcando profanant,
dum quaerunt ullas foliis vel rupe latebras,
hinc magis obtunsi, quod credunt posse latere
tunc quodcunque deum, cui cuncta creata patescunt,
et merito, quia cuncta facit fecitque iubendo.
non fugit artificem, calidos quae massa caminos
sustineat, rubigo latens quae viscera ferri
conrodat, quae missa semel fornace liquescat;
hic non defossa prodit tellure metalla,
promittens saxis et non de pulvere gemmas;
scit quibus inmittat mordaces fluctibus hamos
retibus aut pisces fallat scrutator aquarum
et male venturas spondet sibi nauta procellas;
si pluvialis hiems aut saxeus urgeat imber
non latet agricolis; sub terris providus undae
promittit fontes designans ante saporem
inspecta tellure semel, sine flatibus ullis;
sibila dum reticent necdum serpente notato
praedicit suillus vim cuiuscumque veneni;
signa videt medicus mortis reducisque salutis

---

371 *potest* Hos *legisse Eug., cf. Drac. codd. CB* auditus *FP* redeiit *(corr. man. 2 in* reiecit*) F,* reiecit *P edd.* 372 mali suadas *(*s *ultima deleta) F* 374 Perdiderant *(FP)* datibusque *FP* 376 Fedos artus *(sic) F,* Fedatos artus *P,* Iam foedos artus *edd.* 377 iustum *bis, alterum deletum M* 379 iura lei F^1 381 credun *F* 382 Nunc *(P) edd.* 384 fuit *M* q; F^1, que F^2 385 robigol abens *M* rufigo F^1 386 Concordat *FP* q; F^1, quae F^2 387 Hinc *M* 390 aut *om. F,* et *P* 393 agrocolis (o *prior in* i *correcta) M,* agricolas *FP* 394 ante *M,* arte *F,* sate *(sic) P* 397 suillus *M,* siuilus *F,* sibilus *P, cf. Isidorus* ueneno F^1

---

372 malisuada *compositum voluisse opinor Eugenium, non* mali suada, *produxisse autem* i *ob* sv *sequentes*

et negat aut spondet victurum iudice visu
taedia laetitiae vel gaudia luctibus indens.
cur exempla damus homines praescire futura,
cum testante deo doceatur nosse quod instat?
'natio viperea', clamans mortalibus inquit
'signa poli nostis, praedicitis "imminet imber"
et veniet, nec fallit hiems nec tardat adesse'.
ecce genus hominum ventura scire probatur.
nec mirum, Christi si sentit imago futurum,
cum nos venturum moneant animalia muta:
bucula rana sues formicae corvus hirundo
praedicunt pluvias nec clam praesagia fallunt.
quid res exanimes, testas? ardente lucerna
scintillare oleum fungis crescentibus igne?
an deus omnipotens posset nescire latebras
rupis et ex foliis vestis contexta caducis
aspectus obstare? deo tunc voce reatus
crimine femineo semet peccasse fatetur
infelix coniunx, in coniuge facta redundat
et reus accusat; sed non purgandus agebat
† sed si participem propter solacia cladis
conscius adscivit socius, ceu femina † dixit
ad scelus horrendum vel saeva piacula mortis.
supplicio sociante duos relevare reatum
credidit infelix, si par sententia damnet,
quos par culpa tenet (gradus illic temporis inter-
est tantum, nam causa ligat communis utrumque).
exsurgit censura dei pietate severa
et vitae mortisque simul sententia fertur.
supplicium infelix, quo mors datur atque negatur,
ultio vitalis cohibetur limite mortis:

---

in C 535—36. 542. 545.

518 Teda letieie B^1, *hoc correxit in* leticiae B^2, *illud Eug.* *in fine* index *B, corr. Eug.* 520 doceantur *Arevalo* 521 Nato *BMV*, Nate *U, corr. Eug.* 522 praedictis *B, corr. Eug.* 526 moneat *B, corr.* M^2 *Eug.* multa *Eug.* 527 Bucula ranas ue *B*, Ardea rana sues *Eug.* grues *Arevalo* 528 praedicant *B* 529 testa candente videmus *Peiper* 530 igne *B*, ignem *Eug.*, imbre *Arevalo* 532 vestis *om. B, dat Eug.* 533 deo *B*, dei *Eug.* reatum *Eug.* 536 excusat *Eug.* sed *B*, si *C, cf. Eug.* 537 S(ed) si *B*, Et sic *Eug.*; sed sibi *ego*; sic, si *Bücheler* 538 femina dix(it) *B*, *conieci* duxit *vel* dux sit, *Bücheler* desit 539 At *B, cf. Eug.* 541 pars sententia *B, cf. Eug.* 542 par *C*, pars *B* illic *B Eug.*, illi *C* 545 *sic C Eug.*, Et uita ẽ morsq; simul sententia *sic versus legitur in* B^1, *quibus addidit* B^2 fretda 547 Vltio *Eug.*, Vlla *B*

---

521 natio viperea: *Matth. 12, 34* progenies viperarum. *cf. ad 522* 522 *Matth. 16, 2—4* facto vespere dicitis 'serenum erit, rubicundum est enim caelum' et mane 'hodie tempestas, rutilat enim triste caelum'. faciem ergo caeli diiudicare nostis: signa autem temporum non potestis scire? generatio mala et adultera signum quaerit *eqs.* 527 *cf. Verg. georg. 1, 373 sqq.* sues *cf. Verg. georg. 1, 400 Plin. nat. 18, 364* 529 *Verg. georg. 1, 391* testa cum ardente viderent *puellae* scintillare oleum et putris concrescere fungos. *Plin. nat. 18, 357, Apul. met. 2, 11* 535 obstare *c. acc. v. ind.* 539 *Drac. 2, 370* ut scelus assiduum vel saeva piacula mundus adderet 542 *Arator 1, 447* nec poena sequestrat quos par culpa ligat. *ad sententiam cf. Drac. 2, 428. 2, 477 sq. 2, 258 sat. 281; ad metrum cf. Hor. sat. 1, 2, 42* quid inter-est

et negat aut spondet victurum iudice visu
taedia laetitiae vel gaudia luctibus indens.
cur exempla damus populi praescire futura,
cum testante deo doceatur nosse quod instat?
'natio viperea', clamat, mortalibus inquit,
'signa poli nostis, praedicitis "inminet imber"
et veniet nec fallit hiems nec tardat adesse.'
ecce genus hominum ventura scire probatur.
nec mirum, Christi si sentit imago futurum,
cum nos venturum moneant animalia multa:
ardea rana sues formicae corvus hirundo
praedicunt pluvias nec iam praesagia fallunt.
quid res exanimes, testas? ardente lucerna
scintillare oleum fungis crescentibus ignem?
an deus omnipotens posset nescire latebras
rupis et ex foliis vestis contexta caducis
aspectus obstare dei? tunc voce reatum,
crimine femineo semet peccasse, fatetur
infelix coniux; in coniuge facta redundat
et reus excusat, sed non purgandus agebat
et sic participem propter solacia cladis
conscius adscivit socius, ceu femina possit
ad scelus horrendum vel saeva piacula mortis.
supplicio sociante duos relevare reatu
credidit infelix, sed par sententia damnat,
quos par culpa tenet: gradus illic temporis inter-
est tantum, nam causa ligat communis utrumque.
exsurgit censura dei pietate severa
et vitae mortisque simul sententia fertur.
supplicium infelix, quo mors datur atque negatur,
ultio vitalis cohibetur limite mortis:

---

399 spondit *F* 405 hiem *M* 414 uentis *M* 415 Adspectus (d *erasa*) *M* obtare *F*, hebetare *P* 418 se· non *M*, set non *FP* 419 solacia laudis *M* 420 cehu (h *erasa*) femina ponit *M* posset *P* 421 *ab hoc versu denuo succurrunt LQZ* Adae scelus *L*, Ad ęs celus *Q*, At scelus *Z*, *omnes propter magnam illam lacunam mutantes* 423 pars *MLQ* 424 pars *LQ* temporis index *M* temporis interest | Tantum *F* 426 Exurget *LQ* 427 At *Z*, Ac *edd.* 428 mors deutraque negatur *LQZ* (*hic* deutroque)

---

420 possit ad *quasi medicina valeat ad relevandum*

poena mori crudelis erat, sed vivere peius.
otia delicias perdunt discuntque labores,
qui cultore deo fructus telluris habebant.
agricolam dominum qui non diviserat umquam
(ipse rigator erat, sator altor, messor arator)
offendunt hunc ambo pium: truduntur ab horto
perpetui floris nec habet sub iure reorum
et vitae mors meta datur cum fine malorum.
magna dei pietas, venia qui temperat iras:
vita gravis hominum subciditur inpete mortis,
quae recidiva magis conversis corde resurgit.
mors mundanorum requies vel certa laborum
et male viventi praestatur fine salutis
continuans quodcunque nocet pravumque bonumque.
solus in aeternum deus est regnator et auctor,
virtus trina deus, triplex deus omnis et unus,
de quo speratum conceditur omne benignum
nec mens quaecunque praesumpsit pura fefellit,
dicturum effectus non desunt tempore eodem,
penes quem sensu praecordia muta loquuntur
et lingua reticente sonat super aethera sermo
ac mens pura deum potius quam lingua precatur.
ergo operis memor ipse sui deus imperat ambos
sedibus egressos placidis dominentur ut orbi
et totum quod mundus habet sub iure tenerent.
ac quod floret humus, viridis quod germinat herba,
quod spicant messes, quod ramis parturit arbor,
quod gemmant vites, quod amoena comantia frondent,
flumina quod mittunt fontes, quod fluctuat aequor,
quod pelagi trahit unda fretum, quod litora tundit,
murmure quod venti flantes vaga marmora crispant,
quod generant terrae, quod flammae, pontus et aer:

---

in C 549—51. 553. 555. 560 *(hic bis)*

549 Otia CV^2 *Eug.*, Ora *B* 550 fructum *C Eug.* habebant *C Eug.*, habebat *B* 551 Agricolam *CM*, Agricola *B Eug.* diuiserat *B*, diuideret *C* 553 orto *C*, ortu *B* 555 mors mea datur *C* 558 p(rae)cidiua *B*, *corr.* M^2 *Eug.* (con)u(er)sus *B*, *corr. M* 559 (uel) certa *B*, est certa *Eug.* meta *Arevalo* 562 regnat(ur) *B* 565 Nec que(m)cu(m)q(ue) mens *B*, *correxi* 566 Victuru(m) *B*, *correxi*, *nolui* dictorum fefellit victurum, effectus *distingui iubet Bücheler* 568 sup(er) ter(ra) *B*, *cf. Eug.*, super aera M^3 571 ut orbi *Eug.*, at orbi *B*, in orbe *M* 573 Ac *ego*, At *B*, Et *Eug.* germin(et) *B* 575 co(m)mancia *B* 576 mittant *B*, mutant *M* 577 tundit *Arevalo*, tundat *B*, tundunt *Eug.* 579 generat terra quod flamma *B*, *cf. Eug.* flumina *ex Eug. recentibus recepit Arevalo*

---

551 agricolam . . . diviserat *sc. eius negotia diversis distribuendo* 554 habet *i. manet sc.* hortus 555 *Prud. perist. 5, 527* finem malorum praestitit mortis supremus exitus 556 *Drac. 3, 190* magna dei pietas. *sat. 209* temperat iras 559 *Verg. Aen. 3, 393* requies ea certa laborum 561 nocet *c. acc. v. ind.* 563 *Paul. Nol. carm. 19, 133* nam deus unus, virtus trina deus, pater unus et unus in ipso filius *eqs., cf. Prud. apoth. praef. 1 Merobaud. Christ. 28 Drac. 2, 69* 564 *cf. Drac. 1, 18 sq. epist. Iacobi 1, 17* 566 *psalm. 32, 9* ipse dixit, et facta sunt; ipse mandavit, et creata sunt. *Drac. 3, 548* effectus iussa sequuntur 568 *cf. Drac. 2, 602 et 615 Paul. Petr. 3, 336* 571 *et* 582 *Gen. 1, 28* dominamini piscibus *eqs., inde etiam Alc. Av. carm. 2, 79* dominarier orbi *4, 610* dominetur et orbi 574 *Verg. buc. 3, 56* nunc omnis parturit arbos. *Drac. 1, 169*

poena mori crudelis erat, sed vivere peius.
otia delicias perdunt discuntque labores
qui cultore deo fructum telluris habebant,
agricola dominus quam nondum verterat umquam:
ipse rigator erat, sator auctor messor arator:
offendunt hunc ambo pium, truduntur ab horto,
perpetui flores nec sunt sub iure reorum
et vitae mors meta datur cum fine malorum.
magna dei pietas, semper qui temperat iras:
vita gravis hominum subducitur impete mortis,
quae recidiva magis vivaci corde resurgit.
mors mundanorum requies est certa laborum
et male viventi praestatur fine salutis
continuans quodcumque nocet pravumque bonumque.
solus in aeternum deus est regnator et auctor,
virtus una deus, trinus deus omnis et unus,
de quo speratum conceditur omne benignum
et quaecumque iubet, praesumptio nulla refellit.
nec deest effectus faciendi tempore eodem,
penes quem sensum primordia multa loquuntur
et voce reticente sonat super aethera sermo
ac mens pura deum potius quam lingua precatur.
ergo operis memor ipse sui deus inperat ambos
sedibus egressos placido dominentur ut orbi
ac totum quod mundus habet sub iure tenerent
et quod floret humus, viridis quod germinat herba,
quod spica messis, quod ramis parturit arbor,
quod gemmant vites, quod amoena comantia frondent,
flumina quod mittunt fontes, quod fluctuat aequor,
quod pelagi trahit unda, freti quod litora tundunt,
murmure quod venti flantes vaga marmora crispant,
quod generant terrae, quod flammae, pontus et aer:

---

433 quem *M* umquam ipse | Rigator *F* 435 hunc *LQZ*, nunc *FP*, tunc *M* 436 flores nec sunt *M*, floris nec est *F (in hoc*-ris *ex*-res*) PLQ* 439 inpetẽ *LQ* 441 laboris *M* 447 fefellit *M Drac.* 448 affectus *FP* 449 sensu *FP* muta *puto Eug. voluit* 451 Hac *MLQZ* quam *om. LQ* 452 sui *om. M* deus *om. Z*, tunc *edd.* 453 placidos *M* dominetur et *Q* orbis *F* 455 erbam *F* 456 spicat *FP* 457 amenas orantia *M* 458 fondes *F* quod fluebat aut aequor *LQ*, quod fundit et equor *Z*, quod fluunt amnis F^1, quod fluitat amnis F^2P 459 fęti *M* litura *M* 460 murmura *M* quod *bis*, *alterum deletum M* uentis *Q* flant et *P* 461 flammae pontus aether *LQ*, flumina pontus et ether *Z*

---

430 *Iulian. Tol. Gramm. suppl. p. CCXXXII, 10 (om. cod. Palat.) exemplum* oe *dipthongi*

usibus humanis data sunt haec cuncta venire,
ut similis qui factus erat de pulvere Christo
his dominaretur cunctis, sub carne creatis
corpora corporibus servirent cuncta subacta.
spiritus interea servit sine corpore ventus;
ventus agit nubes, in nubila crassius aer
cogitur: hoc imbres veniunt placidumque serenum;
ventus alit fructus et ventus spicat aristas,
ventilat aestivo quas flatu mollior aura;
deflorat fructus et decutit arbore flores;
flatibus accendit flammas et temperat aestus.
flatibus alternis redeunt commercia vitae
itque reditque suos repetendo spiritus haustus
et reduci vento fibrae pulmonis anhelant:
faucibus excurrens it naribus aura vicissim,
vitales animat per membra tepentia sensus
et modo quae gelidis, calidis nunc flatibus ora
illustrata vigent et tangunt flabra palatum.
non haec humanis tantum spiramina membris
sunt data, sed cunctis animantibus aura recurrit.
spiritus ille dei, quo corpora cuncta moventur,
omnia complectens agitat fovet inserit urget,
unde genus diversa trahunt et semina rerum.
molis ab inmenso venientia fonte perenni
artificis formante manu digesta vomuntur
ordine cuncta suo: manet inrevocabile munus.
nec tamen intereunt pereuntia lege diurna.
quis neget undifluos procedere fontibus amnes,
quorum iam reditus non umquam sperat origo?
incessanter aquas licet evomat impete pleno,
iacturam tamen unda negat sentire fluenti.
omnibus is mos est de flammis tollere flammas

---

585 crassior *Eug.* 586 hoc *Eug.*, huc *B*, hinc *edd.* 587 ag^{lit} fluctus *sic B*, *cf. Eug.* 588 Ventilet *B* 589 *puto* deflorat flores et d. a. fructus 592 Itaque rediitque *B*, *corr. M*^{2} *Eug.* 594 it *B*, et *M*, in *Eug.* 595 animat *Eug.* animę *B* 596 Atque modo gelidis *Eug. Arevalo* 597 flabra *Eug.*, labia *B*, labra *M*^{2} 601 (con)plet *spatio trium litterarum relicto B*^{1}, (con)plecte(n)s *B*^{2} 603 Mollis ab inm(en)so tenenda fonte *B*, *correxi* mittenda *M* 604 uomuntur *B*, mouentur *Eug.* 611 is mos *ego*, hic mos *Eug.*, his mos *B*, hís mox *lapis*

---

585 *Verg. georg. 1, 462* ventus agat nubes *Cic. nat. deor. 2, 101* aer ... concretus in nubes cogitur. *Verg. Aen. 5, 20* in nubem cogitur aer. *Iob 37, 21* subito aer cogetur in nubes 588 *Ov. am. 1, 7, 54* populeas ventilat aura comas 591 *Stat. Theb. 6, 848 (873)* flatibus alternis. *Or. 518* flatibus alternis perflans commercia somni *Stat. Theb. 5, 668* commercia vitae. *ad rem compara Prud. apoth. 836 sqq. Alc. Av. carm. 1, 104 sqq.* 592 itque reditque *passim inde a Verg. Aen. 6, 122* 593 *Lucan. 1, 622* pulmonis anheli fibra latet 594 naribus *i. in nares* 597 illustrata *cf. 2, 43* 601 inserit *i. inseminat* *2, 39* fovet erigit urget et auget *spiritus* 602 *Ov. fast. 6, 132* genus inde trahunt. *6, 802* unde trahit ... genus semina rerum *passim inde a Lucretio* 604 artificis *spiritus* 606 *quae cotidie perire videntur non tamen intereunt* 607 *Claud. 20, 259* procedunt fontibus amnes *cf. Coripp. Ioh. 6, 120 sqq.* 611 *locum invenit in epitaphio Hispanico aera 668 (= 630 p. Chr.) Hübner, inscr. Hisp. christ. 142 (Bücheler, carm. epigraph. 720) 12* omnibus hís mox est de flammis tollere flammas. *cf. etiam Hor. sat. 1, 3, 1* omnibus hoc vitium est cantoribus

usibus humanis data sunt haec cuncta venire,
ut similis qui factus erat de pulvere Christo
his dominaretur cunctis, sub carne creatis
corpora corporibus servirent cuncta subacta.
spiritus interea servit sine corpore ventus;
ventus agit nubes, in nubila crassior aer
cogitur: hoc imbres veniunt placidumque serenum;
ventus alit fructus et ventus spicat aristas,
ventilat aestivo quas flatu mollior aura;
deflorat fructus et decutit arbore flores;
flatibus accendit flammas et temperat aestus.
flatibus alternis redeunt comitantia vitae
itque reditque suos repetendo spiritus haustus
et reduci vento fibrae pulmonis anhelant:
faucibus excurrens in naribus aura vicissim
vitales animat per membra tepentia sensus
atque modo gelidis, calidis nunc flatibus ora
inlustrata vigent et tangunt flabra palatum.
non haec humanis tantum spiramina membris
sunt data, sed cunctis animantibus aura recurrit.
spiritus ille dei, quo corpora cuncta moventur,
omnia conplectens agitat fovet inserit urget,
unde genus diversa trahunt et semina rerum,
mobilis immenso veniens et fonte perenni.
artificis formata manu digesta moventur
ordine cuncta suo: manet inrevocabile munus.
nec tamen intereunt pereuntia lege diurna.
quis neget undifluos procedere fontibus amnes,
quorum iam reditus numquam sperabit origo?
incessanter aquas licet evomat impete pleno,
iacturam tamen unda negat sentire fluenti.
omnibus hic mos est de flammis tollere flammas

---

462 sunt et cuncta *M* 466 *om. FP* 467 aiit *F*, alit *P* 468 hinc *Z edd.* placidosq. serenus *FP* sereno *M* 469 fluctus *MLQZ* 470 estiuo quam fluctu *M*, estiuo aquas flatu *LQ* 471 descutit (e *corr. in* i) *F*, discutit *P*, excutit *LQ* atque excutit *Z edd.* 477 Uita leta animat *M*, Vitales animat *L* (*hic* animant n *altera erasa*) *Q* animat *om. F*, *in quo superscripsit man. 2* recreans, *idque pro* animat *habet P* 478 Adq. modo gelis *M* 480 Non ac F^1 482 dei qui *M* corpore L^1 mouetur *M*, monentur F^1 483 urguet *FLQ* 485 Nobilis *LQZ* inmense *Q* ex fonte *F* 486 formame (*corr. in* -ta ma) *F* 488 per euo utilia *LQ* 489 sontibus *M* 490 sperauit *F edd.* 491 Incessanter quas *LQ*, Quas incessanter *Z edd.* 493 Hominibus *M*

nec minuit quicquam detractus ab ignibus ignis.
damna aliena solent aliorum lucra parare:
hi quaestus cui damna parant? in fomite? flammae
detractae? cui forte iubar subciditur igni?
nec carnale genus minuit fetura creando;
ecce dedit homini plus quam sibi rex deus auctor:
formantur virtute dei mas unus et una
et multos creat unus homo, mansura propago
maxima fit, generis quam parvula fudit origo.
parva deo fuerant succedere nata, peremptis
ni consumpta daret post saecla resurgere vitae. —
sed ne sit fixum, reditus non esse sepultis,
cordibus illorum, qui legis sancta profanant,
annua conspiciant agris frumenta renasci
mortua per sulcos terram findentis aratri.
maior et ex truncis surgit radicibus arbor
et foliis vestita viret redeuntibus annis.
pampinus uviferae vitis sarmenta revestit
et gemmata rosis redeunt virgulta ruboris:
ambrosio reduces rumpunt de cortice fructus,
quis est vita fugax et par cum flore senectus;
fit rediviva virens et crinibus herba renatis,
ligna renascentur reduci sub germine cuncta:
quae nunc herba fuit, lignum iacet, herba futura.
squameus exuitur stellato tegmine serpens:
pelle renascenti rursus redeunte iuventa
reptat hians anguis per sibila guttura pandens.
frontibus arboreis amittunt cornua cervi,
anguibus assumptis sed mox palmata resurgunt.
aerias enudat aves iam penna vetusta
et nova subvestit reparatas pluma volucres.
mortua praeterea caecorum lumina dudum
nube tenebrarum discussa, luce recepta
ad visus rediere suos vultusque sepulti
nocturnos perpessa dies oculatur imago;

---

in C 619

617 ho(min)i ling(ua)m plus s(ibi) rex *B, cf. Eug.* 618 formatur *Eug.* 619 multos *B Eug.*, malos *C* 623 S; n . . it fixū *B ita ut* n *et* it *sint additae a manu 2, ceterae detritae iam antequam M descripsit* 627 trucis *B, corr. M², cf. Eug.* 628 annis *Eug.*, arbor *B ex versu priore* 629 ubi fere *B*, umbriferę M^3V^2 armenta *B* 630 rubetis *Barth* 631 rumpuntur *Eug.* 632 *sic plene Eug.*, pa[r cum f]lore *quae inclusi evanuere in B*, pari flore *falso descripsit iamM* 633 virens *Eug.*, florens *B* 638 gutura pendens *B* 639 Fontibus *B, corr. M³, cf. Eug.* 640 Anguibus *Eug.*, Vnguibus *B* 642 nouo *B, corr. M² Eug.*

---

612 *cf. Enn. trag. 366 sqq.* 614 *Verg. Aen. 1, 176* in fomite flammam 621 *brevis aetatis neque admodum digni dei successore fuissent homines, nisi eis spes data esset post mortem resurgendi* 624 *psalm. 88, 32* si iustitias meas profanaverint 625 *ex Dracontio possunt adbreviata esse Ps. Cyprian. de resurr. mort. 121—136* 628 *Verg. Aen. 8, 47* redeuntibus annis *Drac. 2, 222* 635 *v. ind. sub* qui 638 *Verg. Aen. 6, 421* guttura pandens 639 *Verg. Aen. 1, 190* cornibus arboreis *cervos* 640 *de re v. ind. sub* serpens 644 *Ov. met. 15, 70* discussa nube

nec minuit umquam detractus ab ignibus ignis.
damna aliena solent aliorum lucra parare:
hi quaestus non damna parant in fomite flammae
detractae, cui forte iubar succiditur ignis.
nec carnale genus minuit fetura creando;
ecce dedit homini plus quam sibi rex deus auctor:
formatur virtute dei mas unus et una
et multos creat unus homo, mansura propago
maxima fit, generis quam parvula fundit origo.
parva deo fuerat succedere cura, peremptis
ni consumpta daret post saecla resurgere vitae. —
sed ne sit fixum, reditus non esse sepultis,
cordibus illorum, qui legis sancta profanant,
annua conspiciant agris frumenta renasci
mortua per sulcos terram findentis aratri.
maior et ex truncis surgit radicibus arbor
et foliis vestita viret redeuntibus annis.
pampinus uvifera vitis sarmenta revestit
et gemma rosei redeunt virgulta ruboris:
ambrosio reduces rumpuntur cortice fructus,
quis est vita fugax et par cum flore senectus.
fit rediviva virens et crinibus herba renatis,
ligna renascuntur reduci sub germine cuncta:
quae nunc herba fuit, lignum iacet, herba futura.
squameus exuitur stellato tegmine serpens:
pelle renascenti rursus redeunte iuventa
reptat hians anguis per sibila guttura pandens.
frontibus arboreis amittunt cornua cervi,
anguibus assumptis sed mox palmata resurgunt.
aeriae nudantur aves, cum penna vetusta est,
et nova subvestit reparatas pluma volucres.
mortua praeterea caecorum lumina dudum
nube tenebrarum discussa, luce recepta
ad visus rediere suos vultusque sepulti
nocturnos perpessa dies oculatur imago.

---

494 quicquam *Z edd.* detractis ab ignibus ignes *M* 495 *ante* solent *falsum verbum oblevit M* 496 In *M*, Hii *LQZ* flãmas *M* 497 Detracta ei cui *LQ* iubas sucducitur *M* succeditur *LQ*, succenditur *Z* 498 factura *LQZ edd.* 503 Paruula quod fuerat *Q* (*de L non liquet*), Paruula dum fuerit *Z* siccedere *M* peremotis *LQ*, perhennis *Z* cura | Peremtis *F* 504 Ne F^1Z, Nec *LQ* 508 terra *M* 509 truncis (s *erasa*) *M*, trunci *Z edd.* 511 Pampirus //u//ui//fera *M* 512 Et temma *M*, Et gemina *LZ* ruboris (ru *in rasura*) *L* 513 Ambroseo *MFPLQZ* 514 Cui est *MLQ*, Cuius est *FP*, Est cui *Z edd.* 515 Fuit *L*, Fuit *Q*, Sit *edd.* criminibus *Q* 518 tegemine F^1 519 renascente F^1 iubente *M* 520 Reptantia anguis *FP* 521 Frondibus *MFP* 522 absumptis *edd.* resurgens *LQ* 523 Aeria *M* pinna *MFQ* est *om. PLQZ* vetusta | Est et (*sed* Est *deletum*) *F* 524 subvertit *Q* plumas *LQ* 525 *post* cecorum *in M rasura 4 fere litterarum* 526 *post* tenebrarum *item* 527 redire *MFPLQ*, rediere *Z edd.*

---

511 *Iulian. Tol. gramm. suppl. p. CCXVI, 6* (ubi fera *et* reuesti)

mortua pars hominis quotiens, pars viva iacebat,
funera viva gemens, vivax in morte cadaver
ac sine morte tamen vitali in morte perempta?
et rediviva salus reduci per membra vapore
nascitur et calidus repetit vitalia sensus
ossa tenens venasque ciens udansque medullas.
Phoenicis exactam renovat deus igne iuventam
exustusque senex tumulo procedit adultus:
consumens dat membra rogus sine sorte sepulcri.
ignibus extinctis iam mortua flamma resurgit,
redditur ignis edax redivivo lumine candens
et scintilla volans incendia vasta reducit
et quod fumus erat, stridet iubar ignis anheli;
igne vago rutilatur apex, fax aera lambit
et cinis extinctus gelida moriente favilla
tollitur alta petens, erecto crine vagatus.
mortua nox sub luce cadit, perit aurea luna
atque per ascensus et cornua colligit ignes
et dum caeca latet, reparato lumine fulget
mentiturque diem lux frigida, solis imago.
lucifero redeunte polo moriuntur et astra:
nuntius aurorae subductus morte diurna
lucifer extinctas reficit per sidera flammas
et nocturnus eques iubar emicat igne corusco.
roscida puniceum spargens aurora ruborem
ducit ubique diem periturum noctis ab umbris
et tamen haec de sole perit, quo missa rubebat.
sol, oculus caeli, famulus super astra Tonantis,
cuius ab inmensis languescant sidera flammis,
ni gelidis animentur aquis per caerula ponti,
occidit; ipse dies super aequora sole cadente
aequore mersus abit, novus aequore mane resurgit:
vespere nocturno radiata luce rubentem
purpureis attollit aquis, redditque diurne

---

648 Funera *Eug. et M*, Funerea *B* gerens *Eug.* 649 in *delendum?* 652 udasque *B*, *cf. Eug.* 653 Fenicis (Fi-B^2) exacta me renouat *B*, *corr.* M^3V^2, *cf. Eug.* 654 Extussenes tumulo *B*, *cf. Eug.* 657 redivivo *Eug.*, diuino *B* 660 aera *B*, aethera *Eug.* (cetera *codd.*) 663 cadet *B*, *corr.* M^2, *cf. Eug.* 664 accessus *Arevalo* 665 cęlo latet *B*, *cf. Eug.*, Dumque latent caelo M^3 670 Et noc(et) un(us) B^1, nocturnus *voluit corrigere* B^2, *evasit* noctunus 673 quo missa *Eug.*, comissa *B* 674 Sol oculus *Eug.*, Sola cuius *B* 675 languescunt *B Eug.*, *corr. Arevalo* 676 animetur *Eug.* 677 Occidit *Eug.*, Occid(et) *B* cadente *Eug. et* M^2, candenti *B* 678 obit *Eug.* 679 hunc radiata luce *Eug.*, radiat ulixe *B* 680 *reieci* abstollit diurne *Eug.*, diurnę *B*

---

647 *2, 126* mortua pars hominis, pars altera viva iacebat 650 *Beda mirac. S. Cuthb. 25, 8* laxatosque salus rediviva subintrat in artus. *Alcuin 3, 31, 12 (Poet. Carol. I p. 217)* et rediviva salus per membra cucurrit ubique 653 *Phoenicis avis exemplum resurgendi inde a Commod. apol. 139 recurrit apud poetas christianos* 660 *Verg. Aen. 3, 574* sidera lambit *Aetna* 662 *Verg. Aen. 7, 362* perfidus alta *(maria)* petens 664 per ascensus *repetito ascensu* *Verg. georg. 1, 427* luna revertentes cum primum colligit ignes 668 *Stat. Theb. 6, 238* roscida iam novies caelo dimiserat astra Lucifer et totidem lunae praevenerat ignes mutato nocturnus equo. *cf. Ov. fast. 2, 314 met. 15, 189* 669 per sidera *noctu* 679 vespere nocturno *sub finem noctis, mane* rubentem *solem* 680 attollit *dies*

mortua pars hominis quotiens, pars viva iacebat,
funera viva gerens, vivax in morte cadaver
ac sine morte tamen vitali morte perempta?
et rediviva salus reduci per membra vapore
nascitur et calidus repetit vitalia sensus
ossa tenens venasque ciens udansque medullas.
Phoenicis exactam renovat deus igne iuventam
combustusque senes tumulo procedit adultus:
consumens dat membra rogus sine sorte sepulcri.
ignibus extinctis iam mortua flamma resurgit,
redditur ignis edax redivivo lumine candens
et scintilla volans incendia vasta reducit
et quod fumus erat, stridet iubar ignis anheli;
igne vago rutilatur apex, fax aethera lambit
et caelum repetens erecto crine vagatur.
mortua nox sub luce cadit, perit aurea luna
atque per ascensus et cornua colligit ignes
et dum caeca latet, reparato lumine fulget
mentiturque diem lux frigida, solis imago.
lucifero redeunte polo moriuntur et astra:
nuntius aurorae subductus morte diurna
lucifer extinctas reficit per sidera flammas,
exhinc nocturnus iubar emicat igne corusco.
roscida puniceum spargens aurora ruborem
ducit ubique diem periturum noctis ab umbris
et tamen haec de sole perit, quo missa rubebat.
sol, oculus caeli, famulus super astra tonantis,
cuius ab inmensis languescunt sidera flammis,
ni gelidis animetur aquis per caerula ponti,
occidit; ipse dies super aequora sole cadente
aequore mersus obit, novus aequore mane resurgit:
vespere nocturno hunc radiata luce rubentem
purpureis abscondit aquis redditque diurne

---

529 om(n)is *FP* uia *Q* 533 uitali *LQ* 534 venasque cignensque medullas *M* sudansque *FPLQZ* 535 exausta *F*, exhaustam *P* ignem *Q* iuuenta *LQ* 536 senex *(L) P* 539 cadens *MLQ* 540 scintilla uorax *LQZ* 542 cetera *MFPLQZ, correxi* 544 cadet *M* 545 ignis *LQZ* 546 latent *LQZ* fulgit *F* 548 Lucifere *LQ* 549 subducitur *FP* 551 Exin *P* nocturnus *MLQ*, nocturnas *FP*, nocturnum *edd.* 552 puniceo F^{n} 554 haec] ec *M*, hoc *FP* 556 Cuius ab aspectu l. s. caeli *LQZ cf.* 578 557 Ne *LQZ* 558 Accidit *M* dies insuper *Q* 559 Equorem mersus uuit (ouit *man. 2*) nobus *M*; *fortasse* abit *Eugenio restituendum est.* Et quo reuersus ouit nouus *LQZ edd.* (*hae* demersus *vel* Ex quo conversus, *omisso* obit 561 aque *M*

depositum natura suum sub nocte sepultum,
mane resurgentem, de fluctibus orbe refecto. —
tot simul exemplis moniti defuncta renasci
credamus virtute dei, qua cuncta creavit
et generata vigent sub nutritore Tonante,
qui cum regna poli teneat stellantis et alti,
aera concludit, terram levat, aequora solvit
et totum capit una manus, quod sermo creavit
munus ubique dei, dum iussio rumperet una.
qui tantum pius est, quantum decet omnipotentem,
et nulla virtute minor nisi verberis ira,
sed voto, nam sponte bonus pietatis amore;
quem mens pura iuvat hominum, non victima supplex,
aut si paeniteat sceleris mala vota reorum
et nova succedant animorum corda piorum.
ille etenim deus est, quem nulla traxit origo,
cuius ab aspectu montes et saxa fluescunt
in cineres et pulvis erit quae dura rigebat;
qui visa tellure semel mox pondera mundi
concutit et subitum monstrat vaga terra tremorem
ac formidatos ostendit pendula motus.
alveus expavit violento vertice torrens,
dum reduces sentiret aquas et sisteret amnes.
visa dei facies et marmora glauca fugaret
gurgitis aequorei, quo mundus cingitur omnis,
et pelago spatiante fretis ac litoris aestu.
qui de thesauris ventorum flamina mittit
et frenat rapidas in tempestate procellas,
grandinis atque nivis venientis quae sit origo;
qui dat fulmineos conlisis nubibus ignes;
qui saxis abscondit aquas et condidit ignes;
qui scit, quo nitidus crystallus ventre creatus,

---

in C 696—97. 699—700. 702—3. 707—8. 711

681 natura M^2 *Eug.*, matura *B* 684 *om. B, servavit Eug.* 685 ğnata *B* 686 poli M^2 *Eug.*, cęli *B* 689 dei *om. B, add.* M^3V^2 unus ubique deus *Eug.* 692 Sed votis et sponte *Eug.* amore(m) *B*, amore est *Peiper* 694 *fortasse* paeniteant 695 succendant *B, cf. Eug.* 696 etenim $CM^3V^2R^2$, eni(m) *B* quem *om. C* traxit *BC*, attraxit M^3, retraxit *VRU*, retardat *Eug.* 698 rigebant *Peiper* 699 simul *Eug.* mundi concutit | Et *C* 700 et CM^2, *om. B* subito *Eug.* monstrat Nouae terrae tremorem *C* tremore *B* 702 uiolente *C* turgens *Eug.* 703 et sisteret CM^2 *Eug.*, existeret *B* amnem *Eug.* 704 marmoras lauca *B*, *corr.* M^2 *Eug.* 706 aestu *Eug.*, ęstus *B* 707 Qui[d& ẽs]aur' *[inclusa scripta a* B^2*]B* flāmina *C*, fla(m)ma *B* 708 rabidas *pars codd. Eug.* 709 nivis qui novit quae *Eug.* 710 *om. B, habet Eug.* 711 Qui laxas *Eug.* (con)didit *B*, prodidit *C, cf. Eug.* imbres *Eug.*

---

681 *Or. 682* reddidit interea rutilum post astra refundens depositum natura diem stridentibus undis 692 sed voto *i. sed libenter* 697 *Isai. 64, 1* a facie tua montes defluerent *(64, 3)* 698 rigebat *rupes quaelibet* 699 *psalm. 103, 32* qui respicit terram et facit eam tremere *(17, 8. 76, 19)* 701 *Iob 9, 6* qui commovet terram de loco suo 702 alveus *Iordanis, cf. Iosua 3, 15. 16* 703 reduces *i. quae non defluerent; alia vi 2, 168* 704 *psalm. 76, 17* viderunt te aquae, deus, ... et timuerunt 707 *psalm. 134, 7* qui producit ventos de thesauris suis 710 *Verg. Aen. 3, 199* ingeminant abruptis nubibus ignes. *cf. Drac. 3, 15* 711 *cogita de fonte et pyrite* 712 *cf. Iob 38, 29* de cuius utero egressa est glacies?

depositum natura suum, sub nocte sepultum,
mane resurgentem, de fluctibus orbe recepto. —
tot simul exemplis moniti defuncta renasci
credamus virtute dei, qua cuncta creavit
et generata vigent sub nutritore tonanti,
qui cum regna poli teneat stellantis et alti,
aera concludit, terram levat, aequora solvit
et totum capit una manus quod sermo creavit,
unus ubique deus, dum iussio rumperet una;
qui tantum pius est, quantum decet omnipotentem,
et nulla virtute minor nisi verberis ira,
sed votis et sponte bonus pietate et amore;
quem mens pura iuvat hominum, non victima supplex,
ut se paeniteant sceleris mala vota reorum
et nova succedant animorum corda piorum.
ille etenim deus est, quem nulla retardat origo,
cuius ab aspectu montes et saxa fluescunt
in cineres et pulvis erit quem dura ligabant;
qui visa tellure simul mox pondera mundi
concutit et subito monstrat vaga terra tremorem
ac formidatos ostendit pendula motus.
alveus expavit violato vertice turgens,
dum reduces sentiret aquas et sisteret amnem.
visa dei facies et marmora glauca fugaret
gurgitis aequorei, quo mundus cingitur omnis,
et pelago spatiante fretis ac litoris aestu.
qui de thesauris ventorum flamina mittit
et frenat rabidas in tempestate procellas;
grandinis atque nivis qui novit quae sit origo;
qui dat fulmineos conlisis nubibus ignes;
qui laxas abscondit aquas et continet imbres;
qui scit, quo nitidus crystallus ventre creatur

---

562 Dispositum *(L?) QZ* 563 ore *M* 564 Quod simul *M* 567 teneant *LQZ* stillantis *MFP* et apti *LQZ* 569 salpit (l *deleta*) *F* recreavit (re *erasae*) *F* 571 om(ni)p(oten)s *LQ* 572 irã *M* 574 siplex *corr. in* supplex *F* 575 Ad se F^1, At si F^2P 576 succendent *M* corda] uota *LQZ* 578 fluiscunt *Z edd.* 579 et inpuluis *L*, et inpluuis *Q* dure *LQ* 581 Concutiet subito *FP* monstrat uagus *(nil amplius) M* remorem *Q* 582 motos *M* 583 uiolento *M* urgens *M* 585 Una *FP* 586 Gurgitus *Q* 587 estũ *P* 588 fulmina *P* 589 rapidas *LQ ut Drac.* 590 nouit q(ue) *corr. in* q(u)a *ut videtur F* 591 Qua dat flumineos *Q* 592 latas *M quod fortasse est Eugenii* 593 qui nitidus *LQ* creatus *M(F)*

candida materies, glacies imitatur aquarum;
qui noctes hiemis producit sole minore
et solis protendit iter flammantibus horis;
qui lunae saltus statuit solique labores;
qui rosulis stellare nemus vel floribus agros
imperat; autumni cui dulcia poma saporant
et fragiles gemmae variant in vitibus uvas,
ut cibus et potus sint ubera dulcia musti;
qui dat corvorum pullis alimenta facitque
noverit ut vultur, qua sit regione cadaver,
dux odor atque sagax quem mox invitat ad escam,
praepetis aut aquilae senio renovare iuventam,
quae rostro crescente famem tolerabat adunco;
qui pascit quodcumque creat pietate parentis,
vitae certa salus per mille pericula mortis,
debilibus virtus, opulentia maior egenis,
auxilium miseris, spes et defensio pressis,
fessorum virtus, dans nutrimenta salutis;
qui facit aeternam mortalia lege latenti
membra tegant animam vento spirante loquaci;
qui lunae crescente globo iubet aequora crescant,
fluctibus adiectis crescant cum fontibus amnes,
crescat et inclusum capiti genus omne cerebri
et minuantur aquae luna minuente liquentes
vel decrescente decrescant lege perenni;
qui reges et regna domat sternitque potentes,
deicit elatos et mergit ab arce superbos
atque oppressores deus opprimit et pius ultor
elevat elisos et consolatur adactos
luctibus et damnis et vulnera saeva dolentes.

---

in C 714—15. 733—36. 738—39. 741

714 noctis *C* 715 flamantibus oris *C* 716 Qua *B* Qui Phoebi *Eug.* solisque V^2, lunaeque *Eug.* 717 rosilis $B^{1\cdot2}$, *cf. Eug.* stillare *B* 718 cui *ego*, qui *B* 719 uuas *sumpsi ex Eug.*, uuę *B* 721 *om. B, habet Eug.* 722 ut *Eug.*, (et) *B* 723 odor usque *Sirmond, non recte* mox *B Eug.*, mos *Arevalo* *ante* 724 *deest versus, nisi aut iungis* facitque . . . renovare *aut corrigis cum Eugenii codice Z* Praecipit aut aquilae 725 crescente(m) *B, corr. M Eug.* 727 Vitae *Eug.*, Vita *B* 728 debilibus vires *Skutsch* 731 aeternam ut *Eug.*, ęterna *B* 732 animam *Eug.*, animum *B* 734 adiectis *C*, abiectis *B cf. Eug.* crescant *C Eug.*, crescunt *B* 735 et B^1C *Eug.*, te B^2 *mire* capitis *C*, capit(ur) *B*, capite *Eug.*, capiti *Morel* 737 vel *ego*, Vt *B*, Ac *Eug.* 738 reges *C Eug.*, regis *B* 741 adactos *C*, ab actos *B, cf. Eug.*

---

716 *Verg. georg. 2, 478* defectus solis varios lunaeque labores. *Aen. 1, 742* hic canit errantem lunam solisque labores 721 *psalm. 146, 9* qui dat iumentis escam ipsorum et pullis corvorum. *cf. Iob 38, 41 Luc. 12, 24* 722 *Iob 39, 27—30. Matth. 24, 28. Luc. 17, 37* 723 *cf. Isid. orig. 12, 7, 12* 724 *psalm. 102, 5* renovabitur ut aquilae iuventus tua 725 *Plin. nat. 10, 15 aquilae* oppetunt non senio nec aegritudine, sed fame, in tantum superiore adcrescente rostro, ut aduncitas aperiri non queat 729 *2, 695* maior defensio pressis 733 sqq. *cf. Isid. de nat. rer. 18, 6 Drac. sat. 237 sqq.* 735 *Isid. de nat. rer. 19, 2 cf. Drac. sat. 241 sq.* 738 *Luc. 1, 52* deposuit potentes de sede, exaltavit humiles 741 *cf. 2, 696. 732 cum notis*

(candida materies glacies imitatur aquarum);
qui noctes hiemis producit sole minore
et solis protendit iter flammantibus horis;
qui Phoebi saltus statuit lunaeque labores;
qui rosulis stellare nemus vel floribus agros
imperat; autumni qui dulcia poma saporat
et fragiles gemmis variat in vitibus uvas,
ut cibus et potus sint ubera dulcia musti;
qui dat corvorum pullis alimenta facitque
noverit ut vultur, qua sit regione cadaver,
dux odor atque sagax quem mox invitat ad escam,
praepetis aut aquilae senio renovare iuventam,
quae rostro crescente famem tolerabat obunco;
qui pascit quodcumque creat pietate parentis,
vitae certa salus per mille pericula mortis,
debilibus virtus, opulentia maior egenis,
auxilium miseris, spes et defensio pressis,
fessorum virtus, dans nutrimenta salutis;
qui facit aeternam ut mortalia lege latenti
membra tegant animam vento spirante loquaci;
qui lunae crescente globo iubet aequora crescant,
fluctibus adiectis crescant cum fontibus amnes,
crescat et inclusum capite genus omne cerebri
et minuantur aquae luna minuente liquores
ac decrescente decrescant lege perenni;
qui reges et regna domat sternitque potentes,
deicit elatos et mergit ab arce superbos
atque oppressores deus opprimit et pius ultor
elevat elisos et consolatur adactos
luctibus et damnis et vulnera saeva dolentes.

---

594 mitatur *Q* aquarum *om. LQ* 595 noctis *F* minorem *FP* 596 pretendit *FP* oris *FP* 597 phoebi] pleni *Q* altus *M*, saluatus *LQ* 598 rosulas *P*, rosolis *LQ*, roseis *Z* 599 autunni *MF*¹ 600 fragiles hiemis *LQZ* uarie *M* 601 Et *LQ* sunt *M* 602 facitq. noberi | Et uulturem *F*¹ 603 Nouem & uulturem *P* Noueri *Q* qua si *M* 604 Dux oratque sagax *LQ*, Dux rectorque sagax *Z edd.* *non credo silentio Beerii in M fuisse* usque *pro* atque esca *LQ* 605 Prępetit *LQ*, Precipit *Z* seniu(m) *M* iubenta *M*, iuuentū *LQ* 606 Qui *FP* abunco *FPLQZ, quod fortasse ipsius Eugenii est.* obunco *nititur silentio de M* 607 quecumque *FP edd.* 608 certe *LQ* 610 defensio oppressis *M* 612 eterna *FP* ut] in *LQ* 614 iubente quo crescant *LQZ* 615 abiectis *FP* frontibus *L* 616 Crecat *Q* et *om. LQ* capiti *Z* homni *F* celebri *FP* 617 minuatur aqua luna minuente minore *LZ* (liquore *Q*) 618 decrescenti *(M) edd.* 621 prius *MP* 622 addictos *(altera* d *deleta) F*, adictos *P* 623 et *post* damnis *om. LQ*

---

603 *laudat Iulian. Tol. ars gramm. 1, 12 p. VI ed. Rom. exemplum* u *geminatae (in* vultur*)*

et nobis vexata salus, pietate medelam
inpendes cui, sancte, tuam, medicamine nullo
quod species terrena parat, sermonis † adestu
spes hominum intendens et vota precantia complens.
aspice despectum, deiectum attolle parumper
confusumque iuva, quia paenitet esse nocentem,
ut valeam memorare tuas hoc carmine laudes,
quas potero (nam nemo valet narrare creatus
vel modicum facientis opus), quod mens rea clamat
pectore contuso lacrimans et voce fideli;
obses sermo tuus nostro nam corde tenetur,
quo te promittis nimia pietate parentem.

LIBER II

(uncis inclusi numeri Arevaliani)

Omnipotens aeterne deus, fons auctor origo
inventor genitor nutritor rector amator
cunctorum quae mundus habet, quae celsa polorum,
quae caeli secreta tegunt produntque parumper,
(5) sidereus quod ab axe globus super astra rotatur,
pendula quod tremula vibrant face sidera flammas
et stellae sub luce latent, sub nocte refulgent,
nuntius aurorae quod lucifer emicat ardens,
ut fugat astra poli, fugiturus lucis habenas,
(10) quod calor est solis, quo splendet frigida luna
partita cum fratre vice sua tempora lustrans,
ne simul invadant mundum sine luce tenebrae
credaturque chaos spatio sub noctis adesse,
quod tu cum faceres mundum virtute negasti —
(15) tu deus inspiras, ut sol auriga vocetur:

---

in C 746—750 *in A* II 1—15

744 Inpendis *B, correxi* tua *opinor* 745 ad estu *B*, ad aestus *Eug.*, *temptavi* adactu *vel* adortu ; *olim conieci (cf. Plin. nat. 24, 4)* parat sermonis ad astus. spes *eqs.* sermonis *(divini)* ad aestum *(i. cupidinem)* sp. h. i. *Bücheler* 747 :deiectū :despectū *B, cf. Eug.* 748 Conatusque *C* quem *Eug.* 751 facie litis oplis *B*

LIBER II *post* 1, 754 *eodem versu* Incip(it) L(iber) II *B, qua ex re explicatur quod MVRU hunc versum 1, 754 primum posuerunt libri alterius* 3 que(m) mundus *A* 6 uibrant *A*, uibrat *B* 7 refulgent *sic AB*, refulget *descripsit M* 8 Nuncius auctore *B et A* (*in hoc tamen* aurore *videtur coeptum esse scribi, extat* auctore), *corr. M*^{2} 9 fugat *B*, fugiat *A* 10 quod splendet *Arevalo dubitanter* 11 cu(m) f(rat)re *A*, cu(m) patre *B* uices *AB, corr. Grosse* 14 Quod tua *A*, Quo tua *B, corr. Arevalo* negasti *A*, nec astu *B*, necasti *Arevalo*

---

744 *cf. 2, 607* *cf. Coripp. praef. in laud. Anast. 45* verbo pestem qui submovet uno et sine composito medicamine vulnera curat 745 species terrena *homines* 749 *3, 719* ut merear cantare tuas per carmina laudes, quamvis nemo tua praeconia congrua dixit. *VI 32* ut valeam cantare tuos per vota triumphos. *Or. 15* da valeam memorare nefas

LIBER II 1 *Sedul. 1, 60* omnipotens aeterne deus, spes unica mundi 2 amator *cf. Sap. 11, 25* 7 *1, 224* clara latent sub sole . . . sidera 8 *Verg. Aen. 6, 5* emicat ardens 9 *Hor. carm. 3, 21, 24* dum rediens fugat astra Phoebus 11 *Sedul. 1, 255 sol* partitur cum nocte vices, *cf. Ven. Fort. carm. 4, 1, 21* 13 *cf. Ennod. carm. 1, 6, 9* confusam ventis naturam perdere leges iurat et antiquum credit adesse chaos

tu nobis, invicte deus, pietate medellam
inpendis, cui sancta salus medicamine nullo est,
quod species terrena parat languoris ad aestus.
spes hominum cernens et vota precantia complens
aspice deiectum, despectum tolle parumper
confessumque iuva, quem paenitet esse nocentem,
ut valeam narrare tuas hoc carmine laudes,
quas potero (nam nemo valet narrare creatus
vel modicum facientis opus), quod mens rea clamat
pectore contuso lacrimans et voce fideli;
obses sermo tuus nostro nam corde tenetur,
quo te promittis nimia pietate parentem.

EXPLICIT DRACONTII LIBER PRIMVS DE FABRICA MVNDI

ARGVMENTVM

hoc sequenti libello auctoris satisfactio continetur, qua omnipotenti deo veniam petit, ne praecedenti carmine aliquid incautus errasset, dein Theodosio iuniori Augusto precem defert, cur de triumphis illius eodem opere tacuisset.

INCIPIT LIBER SECVNDVS DRACONTII SATISFACTIO PRO SE

(Eugenii recensionem nos iuxta Dracontii opus infra edemus)

EXPLICIT EIVSDEM DRACONTII LIBER SECVNDVS

INCIPIT MONOSTICHA RECAPITVLATIONIS SEPTEM DIERVM

Primus in orbe dies lucis primordia sumpsit,
alter splendifluis caelum firmavit in oris,
tertius undivagum mare dat cum germine terrae,
quartus habet Phoebum lunamque et sidera caeli,
quintus plumigeras volucres piscesque natantes,
sextus quadrupedes, reptans hominesque sagaces.
septimus est domino requies his rite peractis,
non quia cunctipotens humano more laboret

---

624 Tunc *M* medellam inpendis | Cui sancta *M* 625 Inpendis cum sancta *LQZ*, Inpendis cui *(hoc om. P)* cuncta *FP edd.* est *om. PZ* 626 adetus *LQ*, adepti *Z* 629 iubat *FP* quem non p. e. noctem *LQ* 630 Et *F* 632 mens reclamat *LQ*, mente reclamet *Z*

1. 2 *sic M, om. PFQ, L nil habet nisi* EXPLICIT DRACONTII LIBER PRIMUS, *deinde satisfactio et monosticha desunt in LQZ* 3 actoris *F*, auctori *M* quam *M, nolui* qua ab 4 erraset *M*, eraset *F* 5 teodosio *M*, teudosio *FP* 5. 6 eodem opere tacuisset *om. M* 7 *om. FP* 9. 10 *sic in FP:* MONOSTICHA (-STICA *PM*) RECAPITULATIONIS SEPTIMI DIEI A BEATO (DOMNO *P*) EUGENIO IN FINE LIBRI DRACONTII ADICIENDA(-IECTA *F margo, P*)

versus 1—7 erant iam inter Eugenii carmina minora, nunc carmen 37 versus 1—33 suo more furatus est Wigbodus, sunt enim cum titulo: Ratio VII dierum ordinatur *in codice S. Maximini edito a Martène (M. et Durand, vet. script. et monum. ampl. collectio IX 295—8), 34 et 35 usus est idem in carmine II (Poet. Carol. I p. 97), 60 sq.* 2 in horbis *M*, in orbis *A (carm. min. 37)* 6 fugaces *mire edd.*

---

1 *Iulian. Tol. gramm. suppl. p. CCXVI 8 exemplum masculini* dies

non quia vectus equis est quattuor axe rotato,
sed quia praefectus sol quattuor est elementis,
quattuor alternat sollers auriga colores;
permutat iussus sol tempora quattuor anni,
(20) non ausus transire vices sub lege perenni
praefixas dicione tua, non ille vapores
auget sponte sua, medios nec temperat ignes
aut gelidum dat forte iubar nisi praeduce iussu
imperii per saecla tui sine fine manentis:
(25) militia famulante sua servire fidelis
oceano, mundo vel caelo teste probatur.
sic opus omne tuum visibile non latet orbem.
te, deus, auctorem, te novimus omnia patrem,
te pariter dominum, qui das exordia rebus
(30) et finem, sine fine parens exordia nescis,
spes hominum, rerum princeps mundique superstes.
sanctus ubique tuus complectitur omnia, princeps,
spiritus inmensam penetrans per saecula molem:
nam quasi aer fusus sic omnia contegit implens,
(35) singula non partim, generaliter omnia nutrit,
totus ubique iuvans et totus ubique ministrans
quae vibrans natura dedit. quaecumque creantur
aut generata valent, haec spiritus inserit almus:
corporeos artus fovet erigit urget et auget,
(40) continuanda manent et succidenda labuntur;
omnibus insidet, penetrat caput ossa medullas,
pectora cor sensus animam praecordia mentem
illustrat, venas oculos et viscera replet.
quidve latet, quem cuncta gerunt, quo cuncta reguntur,
(45) temporis et spatii quem spiritus omnis et ignis
laudat et aeternum venerantur cuncta parentem?
nec caeli secreta vacant, quae spiritus auctor
non habeat virtute tua, quae solis in orbem

---

in C 36 *in A* 16—46

16 vectus *AM*, vetus *B* axe *B*, axa *A* 17 Sed qui *BA*, *corr. Arevalo* sol quatuor est AM^2, quatuor est sol *B* elimentis *B*, elementi *A* 18 calores *perperam* V^2 20 uices *B*, uias *A* 25 sua *A*, suas *B* 28 nouimus *AV*, no(m)i(ni)s *B* omniparentem *Glaeser* 30 paras *vel* parans *Arevalo* nescis *A*, nescit *B* 32 *om.* B^1, *addidit* B^2 *in marg. sup.* 34 fusus aer *ponunt VRU* 36 Totus ACM^2, Tectus *B* 37 uibrans *A*, uib(r)ax *B*, uibrat *MVRU* 38 inserit *A*, ingerit *B* 40 Continuanda *AV*, Continuenda *BM* labascunt *Arevalo* 41 Mentib(us) *AB*, *correxi* insidit *Arevalo* caput *AM*, cap(it) *B* 44 Quidue latet *A*, Quid lętat *B* 45 ignis *B*, ignis *corr. in* -nes *A* 48 uirtute(m) tua(m) *B*, *corr.* M^2 solus *B*, *corr. Arevalo*

---

18 colores *comparat circi factiones (Mart. Cap. 2, 187), cogitat de quattuor equis Solis; cf. Mart. Cap. 2, 189* quattuor alipedes dicunt te flectere habenis, quod solus domites quam dant elementa quadrigam. *Coripp. Iust. 1, 315* patres, qui quattuor esse solis equos ... putabant, tempora continui signantes quattuor anni, in quorum speciem ... aurigas totidem, totidem posuere colores *eqs. Fulg. myth. 1, 12 p. 23, 11 Helm* 24 *Sedul. 2, 66* imperium sine fine manet *(ex Verg. Aen. 1, 279), v. Huemer ad l. p. 367* 25 *cf. 1, 231. 2, 340 Sophon. 1, 5* qui adorant super tecta militiam caeli 28 *cf. 2, 46 et Anth. 718, 5* 30 *1, 22* fine carens primordia nescit 33 *Verg. Aen. 6, 726* spiritus intus alit totamque ... mens agitat molem 42 *Or. 558* pectora cor sensus animum praecordia mentem 46 *cf. 2, 28*

actibus aut fessus quaerat requiescere tandem,
qui semper requietus agit faciensque quiescit,
sed quod sacra quies typicis adoperta figuris
multa gerat signis et pandat mystica nobis.
dicta dei requies, quod rebus iure creandis
ipsa modus fuerat cunctis et maxima finis;
nam nova quaeque fiunt, iam tunc ordita probantur.
dicta dei requies, quod nostra redemptio Christus
in carne veniens et carnis vincla resolvens
hoc redeunte die felici morte quievit.
dicta dei requies, quod nos post mille labores
solus ubique fovens in se requiescere cogit
nec datur ulla quies miseris nisi suscipit ipse.
dicta quoque requies, mundana quod actio praesens
post sex aetates, quas mundus in ordine currit,
otia percipiens aeterna pace quiescit.
dicta quoque requies, quae nobis ultima sors est,
nam vitae cursu mundanae molis ad instar
sex sunt aetates hominis et septima mors est.
prima tenet ortum generis infantia simplex,
altera deinde pueritia mollis habetur,
tertia quae sequitur ipsa vocitatur adulta,
quarta gerit virtutis opem speciosa iuventa,
quinta senecta gravis et in ultima tempora vergens,
sexta venit senium, quae vitae terminat aevum.
haec tibi, rex summe, iussu conpulsus herili,
servulus Eugenius devota mente dicavi.

---

9 quiescere *Wigb.* 10 faciesque *P* 11 est operta *Wigb.* 14 fuerit *Wigb.*, ferat *FP* 15 quaeque *MF Wigb.*, que *P* iam tum ordinata *Wigb.*, iam tunc ordita *M*, iam *(hoc delevit F^2 et om. P)* tunc ordinata *FP* 16 quo dominus ac redemtio *Wigb.* 17 ueniens ac *Wigb.* 19 pos F^1 21 suscipit] susci *man. 2 supra rasuram F* 22 *post* quoque *supra versum scripsit* est F^2, est *habet etiam P* 23 quos *FP* 24 precipiens *M* 25 *ut v.* 22 26 cursus *Wigb.*, cursu *M*, cursum *FP* 27 hominum *M* 28 hortum *F* 29 *post* deinde *addidit* loco *rubricator in M* 30 q̃ F^1 *corr. in* quae F^2 upcitatur adulta *in* -amus adultam *corr. rubricator in M* 31 urtutis M^1 iubentus *F*, iuuentus *P* 32 et in *M*, et *(om.* in*) Wigb.*, ad *(sine* et*) FP* 33 qui *FP*, quod *edd.* 34 *et* 35 *uno versu F* summe *om. Iuliani cod. Palat.* 35 seruulus ut potui *Wigb.* dikavi *(sic) M*, dicaui *Wigb.*, dicauit *FP* FINIT SEX DIERUM RECAPITULATIO ET DIEI SEPTIMI ENARRATIO *subscribit M*

---

27 *sat. 221(189)* sex sunt aetates hominum. *cf. Isid. orig. 11, 2, 1—8* 34 *Iulian. Tol. ars gramm. 1, 1, 35 gramm. suppl. p. CCXXXII, 6 exemplum* ae *dipthongi. Theodulfi carm. 23, 39* quas ego Teudulfus cecini sub nomine regis, servulus exiguus iussu conpulsus erili 35 *Coripp. Ioh. 8, 158* culpam devota mente piavit

lunaresque amplexa globos dominatur agitque,
quicquid habet pietatis opus simul † ubi orbis;
qui nihil est, nisi lege tua servetur in aevum:
circulus haerebit, nisi iusseris ire meantem,
et stellatus honos; mox sphaera volubilis haeret
ac mittent elementa vices per circla morantes
et cadet ante diem sublimis machina rerum;
sed tu lege tua retines, qua cuncta coerces.
nam quis stare queat contra tua iura reluctans?
aut tibi quis reputet, si perdere iusseris orbem,
quem ipse repente iubens solo sermone creasti?
quo libuit genuisse deum ante omnia Christum,
semine quem verbo conceptum corde ferebas,
quo sine non umquam fuerat mens sancta parentis,
multa profunda potens sollers pia provida perpes
simplex celsa levis vibrans inmensa serena
vivida cunctiparens mens innumerabilis una.
ergo deum deus auctor ovans eructuat ore.
corde sacer genitus mox constitit ipse parenti,
et consors cum patre manens, et spiritus unus,
trina mente deus, deus auctor, temporis expers,
multiplici virtute potens, pietate modestus
innumera, caelis elementis fluctibus astris
inpendens, ut stare queant, famulanter adorent,
angelica dicione preces sine fine canentes.
omnibus his praestat dilato fine manere,
ut vigeant homines pisces armenta volucres
et pecus atque ferae, quicquid natura creavit.
nam quid, ad innumeros diversi sanguinis ortus
qui nasci dignatus homo est? membratur in alvo
sanguine femineo concretus spiritus almus
fitque deus post templa poli sub carne figura
passibilis, mortalis homo sine fine perennis.
et tenuis per cuncta vapor iam mollior igni
inrepsit tenerumque parat per viscera corpus.
induitur compage deus, structura ligatur
ossibus et nervis, pinguescunt intro medullae,

---

in C 57 *in A* 66—85

50 *sic B*, obtinet orbis *Pitra*, orbis ubique *Glaeser*, ambitus orbis *ego*, exibet orbis *Bücheler* 52 tonante(m) *corr. in* meantem B^1 53 stillatus *B*, *corr. M* moxifera uolubilis *B*, *corr. Arevalo* heret *B*, erret *Glaeser* 54 mitent B^1, mittent B^2, mutent *MVRU Arevalo* 55 cadat *Arevalo* 56 S(ed) te *B*, *corr. Arevalo* coheres *B*, *corr.* M^2 57 Nam quis *B*, Deus qui *C* iura *B*, iussa *C* 59 iubeas *B*, *corr.* M^2 60 ante haec omnia *Arevalo; malim* te ante 63 praepes M^2 64 uibrat *B*, uibrans B^2, *cf. v.* 37 65 cunctiparens immensurabilis una *Arevalo* 66 *ut dedi, A;* (ergo) d(eu)m d(eu)s ouans eructuat ore suo auctor *B* 72 queant AM^2, queat *B* famulanter *A*, famulentur *B* 73 dicione *A*, des ne *B* canentes *A*, carentes *B* 74 his enim praestat *A* 75 Ut fugeant *A*, Et uigeant *B* natura *B*, naturę *A* 77 Nu(m) *AB*, *correxi* 78 est *A*, *om. B* aluu(m) *AB*, *corr. Arevalo* 80 poli *B*, populi *A* 82 it tenuis *Arevalo* ignis *idem* 83 tenerũquę *A* 85 intro *ABRU*, intus *MV*

---

57 *Sap. 12, 12* quis stabit contra iudicium tuum? ... aut quis tibi imputabit, si perierint nationes quas tu fecisti? *Iob 11, 10* 69 *ad 1, 563*

hinc cruor, hinc humor, solidatur musculus omnis
et caro plasmatur. qui sanctus spiritus illic
egerit, ipse potens novit, qui cuncta creavit;
qualiter aure deus, verbo fetante marito,
(90) virgineos intrasse sinus dignatur et alvum
terrarum caelique capax anhelantis et ignis,
aeris et pelagi, sed non capiendus ab isdem,
claustra puerperii passus sub lege creandi
vel quaecumque subit diversi temporis aetas.
(95) haec fragilis humana iacens natura meretur
de pietate sua, qua non vult perdere mundum,
quem fecit sanxitque regens per saecla manere. —
'ergo ubi corporeos artus dominator et auctor
(99) induit, et caelum patri servire reliquit,
(—) ut putat —?' insipiens omnis rationis egenus;
(100) nam quicumque sapit, novit, quia sic tulit artus
et fuit in terris, ut nec caeleste tribunal
linqueret, omnipotens numquam sine patre probatus,
nam pius et genitor numquam sine pignore dictus,
spiritus inmensus sanctus bonus arbiter index,
(105) tertius unus idem, primus mediusque perennis.
ast ubi terrenum sumpsit cum corpore pondus
(107) inmortale genus, mortalia dura subivit,
(—) ut posset monstrare deum, quia lumina carnis
(108) non nisi corpoream possent spectare figuram.
nam quaecumque daret princeps miracula carni,
(110) sanctis haec homines eventibus acta putarent.
addo quod humanis vitium est generale catervis,
hoc credant, quod visus habet, spernantque relata.
credimus inde deum mundo venisse videndum,
ut faceret virtutis opus per mille catervas.
(115) mentibus obsessis insana clade furoris,
spiritus inpatiens animas quascumque gravabat,
tabe fluens quaecumque cutis madefacta rubebat,
ossibus et nervis resoluta carne retectis

in A 86—97. 101—6. 115—20

87 plasmatur his qui *AB*, his *delevit* M^2 quid *Arevalo* sc̃s sp̃s *B*, sp̃s sc̃s *A* 88 nouit *A*, notuit *B* 89 foetantet *A*, fetente *B* 90 intrasse *B*, intra se *A* 91 atque ignis anheli *Arevalo* 92 hisdem *AB* 93 puerperei *A* 94 subiit B^2 diuersi *B*, diuerso *A* ętas *A*, ęstas *B* 95 fragilis *B*, fragili *A* 96 pietate tua *AB*, *corr. Arevalo* 99 relinquit *B*, *corr.* M^2 100 *om. U* Ut putat *B*, *conieci* sic putat *ut interpellatio exeat in vocem* reliquit Ut putat *et* haud caelum *in v. 99 Arevalo* 103 p(ro)batus *corr. ex* bbatus B^1 105 sp̃s bonus *A* 106 idem] *neutrum; cave legas* item 108 subibit *B*, *corr. M* 109 *om. U* 110 corporeum *B*, *corr.* M^2 112 S(an)c(tu)s *B*, *corr. Arevalo*, Sanctius M^3R^2 acta putar(ent) euentib(us) *B*, *corr.* M^2 (putaret *tamen* M^2VRU) 113 adde *Arevalo* catenis *B*, *corr. Arevalo* 116 uirtutes *A* cateruas *AB*, catenas *MVRU* 119 quecu(m)q(ue) *Aς*, q(ua)cu(m)q(ue) *sic B* 120 (et) soluta *corr. in* resoluta B^1, resolutaque *A*

87 *Arator 1, 748* quod spiritus illic sic operator adest 89 *cf. notam ad Merobaud. de Christo 4* 90 *Merobaud. de Christo 5* virgineos habitare sinus et corporis artus. *Arator 2, 73* virgineos intrare sinus 92 *ad 2, 599* 93 *Sedul. 2, 39* rerumque creator nascendi sub lege fuit 94 *Merobaud. de Christo 10* aetatis sentire vices 100 insipiens *Arrianus* 103 *et* 104 omnipotens *et* pius *pars praedicati utrumque* 108 *Merobaud. de Christo 11* hominemque subire, ut possis monstrare deum 111 daret ... carni *per Christum hominem fieri curaret*

praestatur de clade salus: reparare sepultos
(120) novit et exanimes iterum revocare saluti.
ipse oculos gemmare iubet sub fronte micantes
ignotumque diem mirantur nosse tenebrae,
125 quem simul ex utero matris natura negarat.
mortua pars hominis, pars altera viva iacebat
(125) usque dei iussus; post sanus et integer omnis
redditur atque vapor vitalis in ossa cucurrit.
quod de parte viri fecit, de corpore toto
130 praestitit, orba parens fleret cum funera nati.
nec semel ista dedit, nam sit sibi virgo superstes
(130) imperat, exsurgit vel Lazarus ante sepultus,
quattuor exemptus transacta luce dierum.
† sanguis insolitis solitus decurrere sanguis
135 de muliere perit, dempto simul amne cruoris.
corripit hic febres, ventos conpescit in undis,
(135) per quas Christus iter Petro veniente peregit,
cum miraretur stringi natura liquorem
fluctibus aequoreis domini sub pondere victis.
140 vertit aquas, ut vina fluant, mirabile donum:
pocula sunt latices et fluminis ebriat unda.
(140) copia panis abest et copia panis abundat.
milia virtutum sunt admiranda; sed ut quid
miremur dominum tantum potuisse polorum,
145 discipuli famulique sui cum tanta per orbem
(144) gentibus innumeris omnes fecisse legantur,
(—) advena sermo fidem cum spargeret ore piorum
(145) et simul indociles docilesque audire moneret
supplicium post grande crucis reditumque supernae
150 lucis ad aethereos tractus thronumque parentis
caelestis, veniens cum linguas funderet ignis
spiritus, alme, tuus, nostro commercia mundo
(150) consona dissimili infundens sermone beatis.

---

in A 121—46

123 iubet *A, om. B* 124 Ignotumque *A*, Ignitumque *B* 125 negarat *pinxit* a *imitando apertam A*, negauit *B* 126 altera AB^2, alteri B^1 127 uisus *AB, correxi* 130 *sic A*, parens lerec᷑ fine renati (ι *superscripsit* B^2) *B* 131 na(m) ut sibi *A*, na(m) ut sit *B, corr. Traube; antea dederam* Nain: ut sit 133 exemptis *AB, corr. Arevalo* 134 Fluctibus *vel* Mensibus *opinor, vix* Annis; Inguinis insoliti *Peiper* decurrere *A*, discurrere *B* Sanguinis insoliti *(sic* M^3*)* s. discurrere fluxus *Arevalo* 136 undis *B*, undas *A* 137 *huius et v.* 138 *paroemiacos inter se mutavit R, correxit tamen ordinem; falsum inde sumpserunt U Arevalo* 147 *om. U* advena *ego*, ////bena B^1, *at in rasura pingendo imitata est* B^2 *duas archetypi litteras ita ut nunc videantur* Vt *esse* Cum bene M^3 (con)spargeret *B, corr. Peiper* 148 monere *B, corr.* M^2 149 redditurūq; supna *B*, reddit(us)q(ue) supernae M^3, reditumque supernae *Arevalo* 152 S̄cs (*i.* Sanctus) *B, corr.* M^2 153 Consona *Arevalo*, Cū sola *B*, Cum se M^2

---

126 *1, 647* mortua pars hominis quotiens, pars viva iacebat *de re v. Marc. 2, 3 sqq. Luc. 5, 18 sqq.* 128 *Verg. Aen. 8, 390* medullas intravit calor et labefacta per ossa cucurrit 130 *v. Luc. 7, 11 sqq. 3, 403* non orbata parens deflevit funera nati 131 virgo *Iairi filia Matth. 9, 18 sqq. Luc. 8, 41 sqq. Marc. 5, 22 sqq.* 132 Lazarus *Ioh. 11* 134 *v. Matth. 9, 20 sqq. Luc. 8, 43 sqq. Marc. 5, 25 sqq.* 137 *v. Matth. 14, 22 sqq.* 140 *v. Ioh. 2* 141 *Verg. georg. 3, 529* pocula sunt fontes ... atque ... flumina 142 *Matth. 15, 32 sqq. Marc. 8. Ioh. 6, 5 sqq.* 147 *die pentecostes, cf. acta apost. 2, 2 sqq.*

tu deus es, quem terra tremit, quem mundus adorat:
(152) te mandante pluunt nubes et ab imbre coruscant
(—) fluctibus assumptis pelagi sub sidera caeli;
(—) te mandante poli post nubila maesta serenant.
(153) surgere tu ventos et crescere turbine facto
praecipis, ut rapidae perturbent cuncta procellae
(155) et mare caeruleum rapiant super aethera nimbi;
tu rursus reprimis flatus recidentibus euris
et mare purpureum tranquillo marmore tendis,
ut post ima freti ludant super aequora pisces,
horrida monstra natent et belua gestiat ingens.
(160) hoc est nempe fretum, quod se divisit et haesit
in partes hinc ⟨inde⟩ duas, cum turba piorum
impia regna fugit, Moseo principe gentis;
rursus aquae reduces repetunt loca prisca fluentis,
cum fugitiva manus de fluctibus omnis abesset.
(165) tunc demersus obit populus, qui saeva parabat
Israelitarum plebi, quae facta superstes
vindice naufragio: tali sub clade doletur,
qui fuit ante metus; mox libera turba Tonantis
miratur mutatum itiner: via prisca salutis
(170) semita mortis erat nec servans membra sepulcro.
Africus interea motus virtute iubentis
inlaesurus adest, nulla comitante procella,
delicias portare parans novus ingruit imber,
innumeras dat nimbus aves, datur esca polorum,
(175) angelica de parte cibus, sitientibus autem
flumina petra dedit nullo fodiente ligone.
et ne plura loquar, tua sunt quaecumque videntur
vel quae nemo videt; tibi debent omnia quod sunt,
tu tamen ipse quod es nulli debere probaris

---

in C 154—155. 157—159. 161 *in A* 154—162

154 Tues d(eu)s *B* 155 pluent *C* ab imbre *BA*, ab igne *C*, *at cf. 2, 419* 156 *hoc versu post 160 posito numeri orationis aequales fiunt et in versibus 155 sq. et in longiore enuntiato 158—164. hunc ordinem vel imitatio Ven. Fortunati commendare videtur* 156. 157 *om. RU* 158 turbine facis *C* 159 rabide *AC* perturbant *A* 161 recedentibus *A* 164 narent *et* gestitat *B*, *utrumque corr. M*^{2} 166 inde *om. B*, *addidit om. M*^{3}*V*^{2} 168 aquae *Arevalo*, atq(ue) *B* fluentes *RU* 169 adesset *RU* 170 dimersus *B* obiit *B* 172 doletur *sic B*, deletur *RU*, aboletur *Arevalo* 174 Mirat(ur) mutatu(m) int(er) *B*, *corr. Peiper*; Mutatum miratur iter *Arevalo* 175 servens *B*, *corr. M* 177 Illesur(us) *B* 178 iubens *B*^{1} parans 179 apes *B*, *corr. Arevalo* ursa polor(um) *B*^{1}, *corr. in* sca pulorum *(sic)* *B*^{2}, esca polorum *M*

---

159 sqq. *Ven. Fort. Mart. praef. 11* si fera crescat hiems, ut spumis verberet auras et mare caeruleum tollat ad astra caput, fluctibus excussus per nubila navita currit 165 *cf. 2, 797 sqq.* 171 *cf. 2, 793* 176 *cf. num. 11, 31 psalm. 77, 26* transtulit austrum de caelo et induxit in virtute sua Africum et pluit super eos sicut pulverem carnes *Drac. VIII 385* Africus interea veniens comitante procella 178 *Verg. Aen. 12, 284* ingruit imber 179 *exod. 16, 4* ego pluam vobis panes de caelo. *psalm. 77, 24* panem caeli . . . panem angelorum manducavit homo. *sap. 16, 20* angelorum esca nutrivisti populum tuum et paratum panem de caelo praestitisti illis sine labore. *Ioh. 6, 31 Corinth. 1, 10, 3* escam spiritalem. *Sedul. 1, 148* innumeras caelesti pane catervas angelicos sumpsisse cibos 181 *exod. 17, 6 num. 20, 11 Corinth. 1, 10, 4* 183 *Iob. 41, 2. Rom. 11, 35 sq.*

et quasi qui debes sic omnibus omnia reddis.
est tibi cura, deus, de quidquid ubique creasti;
ne tantum succumbat opus, stat cura minorum
et speciale iubes tam quam generale tueri.
sic fit mater humus, qua germina cuncta creantur,
sic mare velivolum mercator nauta vagatur
telluremque novam circumspicit impiger hospes
et complexus amat non cognitus advena cives
foedere concordi, quia vis, elementa tenentur
tam longa conexa mora, sic iuncta ligantur,
ut disiuncta tamen concordi lite probentur.
si disiuncta fiant, solvetur machina rerum,
si coniuncta forent, omnis natura periret.
tu, deus omnipotens, nosti, quod feceris orbem
semine, quo caelos, solem lunamque creasti
vel caeli quaecumque gerunt, unde esse dedisti
ex nihilo simul; esse tamen diversa putamus.
ad nihilum reditura iterum sunt omnia, cum tu
iusseris esse chaos, solus mansure superstes,
angelicas animasque † suis adorande catervis.
qualiter ergo labor nullus fuit ante iubendo,
omnia cum fierent, sic nec labor ullus erit iam,
iusseris ut finem, cum plurima saecula norint.
te seraphim cherubimque deum dominumque precantur,
te chorus angelicus, laudans exercitus orat,
thronus et incessans humili te voce precatur;
agmina te astrorum, te signa et sidera laudant
auctorem confessa suum, te fulmen adorat,
te tonitrus hiemesque tremunt, te grando procellae,
te glacies nimbique pavent, te spiritus omnis
personat, imber hiems pelagus nix frigus et aestas.
te tellus fecunda vocat, te suspicit aer,
unda super caelos tibi supplicat et polus omnis,
flumina te metuunt, te fontes stagna paludes
voce sua laudant, te nubila crassa coruscant,
te lux alba dies, te nox obscura tenebris,
te bona temperies, te tempora cuncta precantur,
ver aestas autumnus hiems redeuntibus annis.
per te fetat humus, per te, deus, herba virescit,

in C 198—9. 204 *(hic infra inter* 217 *et* 218*)*. 208—14. 216—9. 221—3 *in A* 208—224

185 debet *Arevalo* 186 quidquid M^2, quid quod BM^1 187 Nec *B, corr.* M^3 onus *Arevalo* 188 tamquam *B, discerpsi* 189 Sic sit B^1, *corr.* B^2 192 cognitos *B, corr.* M^2 196 fiant B, forent M^3 198 sq. *sic habet C:* Tu deus omnipotens solus qui cuncta creasti q(uo)d *B*, quo *Arevalo* 200 *om. U* 202 reditura sunt omnia iterum cum tu *B, corr.* M^2 204 *sic B;* Angelicis animisque piis adorante caterus *C,* Angelicis hominumque piis adorande catervis *Arevalo; temptavi* subis, *Bücheler* super 208 seraphin cherubinque *B* Te cherubim seraphim dominumque deumque *AC* 209 angelici *A* laudans *C,* laudant *AB* 210 Pronus et incessans *AC,* Thronus inexcessans *B* humilitate uoce *C* precatur *A,* precantur *CB* 212 flumen *A* 213 hiempsque *A* tonitruus hiemps tremunt *C* 214 glaties n. fauente spiritus *C* 215 *ut supra, at* frigus et ast(ra) *B,* Persona thimber et aestas hiemps pelagus nix frigus *A* 216 suspicit *B,* suscipit *A,* suscitat *C* 217 Unde *A* 218 metuunt fontes stagnaque paludes *C* 220 die *Skutsch* 221 et tempora *C*

190 *Verg. Aen. 1, 224* mare velivolum 199 semine *eodem,* quo; *nam* orbem *dicit terram*

frondescunt silvae, spirat flos, germinat arbor;
messis aristatas acuit per culmina fruges,
palmite gemmato post pampinus admovet uvas
et numquam caritura comis pinguescit oliva.
te fera, te pisces pecudes armenta volucres
turba cerastarum laudat, genus omne veneni
sibilat ore fero, lingua vibrante trisulca,
et tibi quicquid habet reputans debere fatetur.
auctorem vitae gaudet stridore minaci
materies laudare necis poterasque, creator,
non angues, non omne nocens permittere nasci,
ut vitas hominum tantum mors una tulisset.
sed nos quoque rei cognoscimus omnia, quae res
fecerit ista dari: data sunt per crimina nostra,
quod praecepta dei passim contemnimus omnes.
nec modo peccatum, subrepsit moribus olim,
olim primus homo transcendit iussa tonantis,
ingratus, quia factus erat caelestis imago,
iura potestatis retinens super omnia solus
et semper, nisi iussa dei contemneret audax.
mox quod factus erat nullo peccante creatus
peccavit, quid nos miseri de crimine nati?
principio nostrae peccator originis auctor
damnatur sub lege necis vel clade perenni.
continuat nobis similis, heu, poena manere,
nec similis nos culpa tenet: semel incidit ille
una lege reus, nos multis legibus error
contemptis retinet captivos sorte reatus.
cur non debuimus sortis peiora mereri,
quos peccatorum retinent tot milia vinctos?
illud praetereo, quod parvi pendimus omnes,
quod caelo tellure fretis atque aere toto,
ignibus aethereis et lumine dignior omni
est homo, quem libuit per se formare tonantem.
nam diversa dei solo sermone creantur:
illic iussor erat, nos autem operarius aptat.

---

in C 235—8

versus 225—233 *qui sunt in B, posui non obloquente C post* 261 *(idem voluisse videtur Meyer p. 268, licet dicat ‚11 versus'). non recte Arevalo sic constituit ordinem:* 224. 234—247. 225. 248—260. 226—231. 261. 232. 233. 262 sqq. 235 ge(m)matu(m) *B*, gemmatum et *C, corr. Arevalo* admonet *C* 236 caritura *(spatium 5 litterarum)* foliis frondescit *C* 237 pisces (et) pecudes *B, correxit M* Te laudant fere pisces pecudes *C* 238 Turba terrarum *sequitur spatium parvum vacuum C* omne ueni *C* 242 nescis *B, corr. M*^{2} 245 omnia queres *B, corr. M* 247 passu(m) *B, corr. M*^{2} 251 solos *B, corr. M*^{2} 253 Mox quam *Arevalo; possis* Mox cum nullo peccante reatu *Rossberg* 255 n(ost)r(a)e *loco rasurae addidit in margine B*^{2} origi$^{n}_{i}$is *B*^{1} 256 lege nescit *B, corr. M*^{2} 257 Continet nobis *B correxi,* Continet et *M*^{3}, Contigit ut ... maneret *Arevalo* 259 legibus heros *B, corr. Arevalo* 260 reatis *B, corr. Arevalo* 261 sortes *B, correxi,* sontes *Arevalo* 225 uinclos *B,* vincla *Arevalo,* vinctos *Glaeser* 226 praeterea *B, corr. Arevalo* 228 lunę *B, corr. Peiper,* luna *M*^{3} lunae dignior orbe *Arevalo* 231 *ne conicias* illis, *cf. 2, 87* ussor eat *B, corr. M*^{3} aptet *B, corr. M*^{2}

---

236 *Drac. III 10* et numquam positura comas flectatur oliva 240 reputans *alludit voci* reptans 248 *cf. 2, 303* 261 *cf. 2, 337 sq.*

(254) addo, quod innumerae pestes mortale minantes
233 (255) membrorum de parte sua dant saepe salutem.
262 vipera quid praestet cauda et cervice recisa,
quid serpens maculosa iuvet, medicina fatetur,
aspidis obliquae quid pinguia membra medantur,
265 informes ursi, fulvus leo, quid lupus audax.
(260) et quodcumque malum vindex natura creavit,
miscuit optandam dira cum morte salutem.
quid? quod mortiferis animalibus induit auctor,
ut sentire queant: reddant sectantibus iras
270 et prorsus non sint non se † videntibus hostes.
(265) non pudet hoc homines? gens inportuna probamur
iustitiam retinente fera; pro dedecus ingens!
anguis agit ignarus opus, nos inproba turba,
quid nos? iustitiam noscentes temnimus actu
275 plectibili. 'at veniam ignorantia iure meretur,
(270) forte sit et nobis haec excusatio certa.'
ne furtim noceant, angues quaeruntur in herba;
quaerimus inmites et per deserta leones,
ne gregibus sparsis vastent cultoribus agros;
280 sectatur venator aprum, cui retia figit,
(275) vinea ne pereat sub morsu dentis adunci.
cervus ut occumbat: quaerit medicina medullas;
quid nocuit per rura lepus, quid damma vel hircus?
quos medicina iubet haec ut capiantur ad usus,
285 ut sub fraude cadant venantum aut ante molossos?
(280) quid pisces meruere freti, quid turba volucrum?
pervasit gens nostra fretum, pervaditur aer,
ut capiantur aves ex nulla parte nocentes.
quae natura negat, per nos elementa petuntur:
290 per pelagus celebratur iter: seclusus ab undis
(285) navigat, audaces quatiens super aequora remos.
parva putant homines fluctus transire nocentes,
(287) insuper armati medias grassantur in undas.
(—) aut bellator aquas aut iam pirata uagatur
295 (288) sollicitat glaucumque fretum mucrone cruento,
et bellum ignotis transfert manus hospita terris.

---

233 Membru(m) *B, corr. M*^{2} 263 iub(et) *B* facetur *B, corr. M* 264 medantur *B, vindicavit Bücheler;* medentur *corr. M*^{2} 269 sectantibus hircas *B, corr. M*^{3} 270 *melius* at seui dentibus *B vix recte;* se vexantibus *Arevalo*, se laedentibus *Traube*, se invadentibus *Bücheler*, se intendentibus *ego* 273 ignarus *Arevalo,* ranis *B* 275 at *ego,* et *B* ignoranua *B, corr. M* mo̅netur *B*^{1} 276 *vix* excusatio'. certe 277 Nec *B, corr. Arevalo* herbas *B, corr. Peiper,* herbis *Arevalo* 279 passis *B, corr. Arevalo,* pasti *coni. idem* 280 Nectator *B, corr. Arevalo* 281 Venea *B, corr. M*^{3} 283 pessura *B, corr. Arevalo*, passura *M*^{3} 285 uenanciu(m) ante male *B*^{1}, malo *refinxit et* sis *super* mal *pinxit B*^{2}, venantes ante molossos *M*^{3} *quod correxi;* venantum aut ense maligno *Glaeser*, venantibus ante molossis *Bücheler* 286 meruere *M*^{3}, mouere *B,* nocuere *Arevalo* 290 s(ed) iussus *B, correxi*; seiunctus *Arevalo,* divisus *Peiper* 294 *om. U* ad *B*^{1}, i(n) *B*^{2} uagit(us) *B, correxi,* vagatus *Glaeser* 295 cruentu(m) *B, corr. M*^{2}, cruentat *Glaeser*

---

262 *cf. ind. sub v.* serpens 277 *Verg. buc. 3, 93* latet anguis in herba 278 *Sedul. 1, 356* fremit vox per deserta leonis 279 *Verg. Aen. 8, 8* latos vastant cultoribus agros 280 *Verg. buc. 3, 75* tu sectaris apros, ego retia servo 289 *Iuv. 1, 79* si natura negat

(290) non sat erant terrae tolerant quae bella cruenta?
ut vel in externos tantum produceret hostes
inpatiens armata manus, cur tela propinquis
300 inpulsant peraguntque (nefas) civilia bella?
nec solum civile sat est — socerosque patresque
(295) germanosque petunt saevo certamine fratres.
nec modo temptatur noviter, primordia mundi
hoc taetrum doluere nefas hominumque secundum
305 conspexere pii perfusum sanguine fratris.
gessit hoc inpietas (et postea conditor Vrbis)
(300) et quasi lex fuerit, miserum sic venit in usum.
faucibus obsessis cadit a latrone viator;
quid fur nocturnus, pravo velatus in actu
310 ne capiatur, agat, ferro comitante per umbras,
multorum nos saeva docent exempla priorum.
(305) quid quod adulterium dulces male venit in usus
incestique nefas agitat plectenda libido?
invadunt plures alieni caespitis agros
315 et domibus iunxisse domus non iure modesto,
ac promissa fides non custoditur amico.
(310) nobilium plures decepti fraude clientes,
(311) canities despecta senum laesique parentes
(—) infantumque animas nullo pro crimine raptant
320 (313) (nam quae tam parvis fecisset culpa reatum?).
(312) iam genitos utinam tantum fera dextra feriret!
(314) et necdum natos properant in ventre ferire.
(315) externos pariterque suos furit impia mater
conceptus damnare, sui nec cura pericli est.
325 quae bibit impietas truculenta inpune venenum?
repperit hoc quis grande nefas, ut non sibi mortem
hauriat os quodcumque bibit? minus ecce noverca
(320) audet in externos genitos, quam mater agit rem.
dextra novercalis iam natos mittit ad umbras,

---

297 erat ... quod *Arevalo* tolerantq(ue) *B, correxi* 299 p(ro)pinquus *B, corr. M*^{3} 300 Inplisant *B, corr. M*^{3} 303 nouites *B, corr. M*^{1} 304 hominemque *Arevalo* 306 Gessit et *M*^{3}, Gessit id *Arevalo* orbis *B, correxi et parenthesin statui* 308 *post* cadit *in spatio a m. 1 vacuo relicto B*^{2} *scripsit* alugrisne, *unde Grosse:* a lucrione, *antea* a latrone *Arevalo*, a lurcone *Peiper* 309 uolatus *B, corr. Arevalo,* violatus *M*^{3} 312 Quicquid *B, corr. Arevalo* usu(m) *B*^{1}, *corr. B*^{2} 315 Est *temptavi; servato* et *scripsit* iunxere *Arevalo* domos *corr. in* -us *B*^{1} 317 decepit *B, corr. Arevalo* 319 *om. U* raptas *B, correxi;* animae n. p. c. raptae *Glaeser* 320 Namq(ue) *B, corr. M*^{3} 321 genit(us) *B, corr. Arevalo* ut(er) *B*^{1}, utinam *B*^{2} 322 Et nec da(m)pnatos p(ro)p(er)ent *B, corr. Arevalo* 324 sui nec *Arevalo,* suos (et) *B; possis etiam* sui secura pericli 325 uiuit *B, ut et* 327 327 Hauriat hos *B,* hoc *U Arevalo, qui et* quaecunque mun(us) ecce noverca(m) *B, corr. Arevalo* 328 Addit *B*^{1}, *corr. in* Adet *B*^{2}, Audet *Arevalo* gemit(us) *B, corr. Arevalo* 329 Dext(er) *B, corr. M* nouercales *B, corr. Arevalo*

---

298 produceret *intr., v. ind.* 308 *Iuven. 10, 22* cantabit vacuus coram latrone viator. *cf. Drac. V 72* ut teneant fauces obsessas nocte latrones 311 *Coripp. Ioh. 4, 90* sic nos exempla priorum ipsa docent 317 sq. *Verg. Aen. 6, 609* pulsatusve parens et fraus innexa clienti 319 *Verg. Aen. 6, 427* infantumque animae ... et ab ubere raptos 320 *v. 1, 49* 321 *Drac. VIII 44* atque utinam infelix urbs tantum morte periret *eqs.* 322 necdum *i.* nondum, *cf. ind. sub v. Iuv. 6, 596* quae ... homines in ventre necandos conducit 323 externos *patris adulteri* 326 non sibi *sed fetui*

ante mori genetrix quam nasci pignora cogit.
haec mala sufficerent: faciunt peiora nocentes.
mortua quin etiam non linquunt membra quieti,
(325) sollicitant animas mortis iam lege quietas
cantibus infaustis, herbis atque arte nefanda
et responsa petunt tenebris de voce sepulcri.
excantavit agens animam maga nocte prophetae
. . . . . .
fascibus ⟨his⟩ scelerum cur non graviora mereri
(330) omnia debuimus, qui sic peccamus inique?
sol lux clara dies luna stellaeque micantes
vel quaecumque deo famulantur sidera magno
militia per clara poli vel pontus et aer
et tellus accepta dei praecepta reservant
(335) ac devota pie per saecula mille morantur;
nec tam longa movet diversi temporis aetas,
ut legem servare negent aut tempora mutent
contra iura dei, contra praecepta tonantis.
splendet sole dies, illustrat Cynthia noctes
(340) et quasi gemmatum distingunt sidera caelum.
aestuat undosum pelagus, ceu fluctibus astra
impetat, et terram spumis operire minatur,
nec tamen egreditur transgresso limite punctum:
in sua regna furens confringitur et redit in se
(345) aestus et unda maris, ⟨saevus⟩ licet aequora tollat
ventus et insani feriant sub littora fluctus.
pendula caeruleum non audet scindere tellus
invasura fretum, tantum contenta moratur
tramite vincta suo, ripis mirantibus aequor
(350) in cumulos montesque videns insurgere fluctus,
nec pavet invadi quae nil invadit ab undis.
est homo grande malum: legis transgressor et audax
criminis inventor, scelerum repertor et auctor.
inmemor auctoris, mortis dux, terminus aevi,
(355) oblitusque sui, post trux inimicus et hostis
omnibus atque suus, solus sub tempore parvo
transgreditur praecepta dei; scelerata propago
nascitur: ex fonte sceleris genus omne meamus;

---

330 morte(m) genit(ri)x *B*, *corr. M*³ pignore *B*¹, *corr. B*² 336 Escantavit *B*, *correxi*; Et cantavit *M*², Vt cantavit *Arevalo* a(n)i(m)am ag(et) nocte *B*, *corr. Peiper* *post* 336 *minimum unum versum deesse puto* 337 Fascib(us) sceleru(m) *B*, *explevi;* fasci sub scelerum *Peiper* 341 militia praeclara poli, *appositum ad* sidera, *non male Arevalo* 343 pię *B*, *corr. M* 347 quinta noctes *B*, *corr. M*⁴; *cf. sat. 239 sq.* 351 pontum *Arevalo* 353 saevus *om. B*, *add. Glaeser* 354 sua littora *R* 356 contempta moratur *(hoc ex* minatur *corr. B*¹*)B* 359 inuaditq; nihil *B*, *correxi;* invaditque nec illa invaditur undis *Arevalo* 361 scelerumque *M*² 362 t(er)minis *B*, *corr. Arevalo licet de sensu dubitans;* germinis Evae *idem* 363 post trux *temptavi*, p(er) t(ra)ns *B*, patrans *M*, patris *M*³, perstans *Skutsch*, patriis *Bücheler* 366 Nascimur *Arevalo*

---

331 *cf. Iuv. 2, 45. 14, 57. 6, 134* 336 *de maga in Endor cf. I reg. 28, 7—25* 337 *cf. 2, 261 sq.* 352 *Iob 38, 11* usque huc venies . . . et hic confringes tumentes fluctus tuos. *proverb. 8, 29* *Verg. georg. 4, 444* in sese redit *Proteus* 354 *Verg. buc. 9, 43* insani feriant sine litora fluctus

ex primo quicumque sumus nunc usque creati,
non pietas, non ira dei nos ulla coercet.
saecula quod fuerant transacta ad tempora Noe,
ut scelus adsiduum vel saeva piacula mundus
adderet et nullus hominum retineret honestum,
nec tamen ulla simul processit poena reorum:
inde rebellantum moles praesumpta gigantum
sacrilega cervice tumens, quodcumque volebat
aut poterat, sibi cuncta dabant, sua cuncta putabant
nil reputando deo, per quem valet omne, quod extat.
despexit dominum velut insuperabilis audax
terrigena proles meruitque infanda propago
naufragium terrestre pati, dum littora nusquam
terra licet distenta daret, cum flumina pontus
obrueret pontumque nocens absconderet imber,
cum moribunda fretis silvestria cuncta natarent
et genus aequoreum spatietur montibus altis,
ac pariter pelagus vastas gestiret in undas,
agmina cum volucrum quae protulit unda necaret;
cum grege fit tractura lupus; venator et ursus
mergitur et nullos metuunt armenta leones.
nam pavor unus erat: totum sors mortis habebat;
nec qui fleret erat: cunctos mors una tenebat.
hoc solum servatur aquis quod diligit auctor:
enatat inter aquas cum mundi civibus arca,
conceptu paritura simul iuvenesque senesque
et pueros matresque pias tenerasque puellas.
una dies produxit avum serosque nepotes;
excepit pariter tellus natosque patresque
aequaevosque facit diversi temporis ortus.
non homines tantum fecundior arca refundit:
pace quidem modica dilata † littore tenta.

---

in C 373—379. 388—9. 393

369 quot *M*³ furant *B, corr. M*³ 370 Et *B, correxi* adsidu(m) *B, corr. M*³ 373 *sic C nisi quod* mores *habet,* Inde gigantarum moles pr. rebellat *B, in quibus* gigantorum *frustra M*² 374 ualebat *CB, corr. Meyer* 375 sibi *C, om. B*¹, siuli *in spatio vacuo B*² dabat *C* 376 per quem *C,* per quod *B* 377 velut *C,* fui (*hoc deletum*) ſic̃ *B,* sicut *M* insuperabiles *B, corr. M* 379 terra e(st) repati *B* 383 ęquor(um) *B, corr. M*³ pascat(ur) in montib(us) *B*¹, paciat in *sic corr. B*², pascit in *M*¹, pascit sub *M*³, pascens *Arevalo,* spatietur *ego* 384 in auras *Arevalo* 386 g(re)ges *B* Cum grege nat per rura lupus *Arevalo,* Cum grege sic tractura lupos *Peiper, uterque non agnoscens subst.* tractura uenerator *BM, corr. RVU* 388 habebā *B, recte CM* 390 seruanti quis q(ui)d *B, corr. Grosse* 392 Concęptum *M* 398 pace qui de *B, corr. M*² dilata littore tenta *sic B;* modico ditata est tempore terra *Arevalo,* modica dilata maligna retemptant *tale quid latere puto*

---

370 *1, 539* ad scelus horrendum vel saeva piacula mortis 373 *cf. gen. 6, 4 Mar. Vict. aleth. 2, 364* 379 *Ov. met. 1, 292* deerant quoque litora ponto 383 *Hor. carm. 1, 2, 7 sqq. Ov. met. 1, 304 sqq. Verg. georg. 3, 243* genus aequoreum 385 protulit *cf. 1, 269* 386 *Ov. met. 1, 304* nat lupus inter oves, fulvos vehit unda leones, unda vehit tigres 387 *Verg. buc. 4, 22* nec magnos metuent armenta leones 391 *Fulgent. de aet. mundi 2 p. 136, 5 Helm* enatat futuri mundi seminalis entheca praeteritae nationis reliquias futuro saeculo productura. *Alcvin. 115, 11* en natat in liquidis mundi cum civibus arca 397 fecundior *nimis fecunda, quia cum hominibus et malum mundo servat et reddit*

nam postquam revocantur aquae per viscera terrae
diluviumque nocens altus suscepit abyssus,
(littora nudantur montes mare flumina silvae,
apparent fontes paulatimque arida tellus
(395) redditur et redeunt cunctis iraeque metusque
iam tecta tellure feris gregibusque avibusque):
impia gens hominum scelerum mox vota resumit,
et facinus reparare cupit, ne perderet usum
criminis inluvies et tamquam damna subiret.
(400) sic adherent delicta malis grassante reatu,
sic passim redeunt ad saeva piacula mores.
pertulit ista diu princeps inpune vagari,
ut revocarentur satiati crimine multo;
sed postquam in peius hominum procedere vidit
(405) pessima vota ⟨deus⟩, rursus ne perderet orbem
aut impune reos passim dimitteret omnes,
eligit e cunctis quos plus peccare videbat
supplicio censura dei super astra coacta.
et quia diluvium iam non dabit unda secundum,
(410) sulphureas his fundit aquas nigrumque bitumen
conpluit et flammis ultricibus imber adussit
quinque cremans urbes: populos et moenia damnat
(413) ignibus aethereis, sucoso caespite cocto
(—) mox fecundus ager steriles expauit harenas,
(414) pinguis et in cineres putrescit gleba solutos.
(415) nos sumus auctores nostris, heu, cladibus; omnes
pauperiem gemitus mortem tormenta dolores
nos nobis facimus peccando sponte maligne.
segregat omnipotens merita pro moribus orbis:
non sociant poenae, quos non iunxere reatus.
(420) Loth iustus famulusque dei sine fraude fidelis
inter tot scelerum turbas pius unus et insons
eripitur de morte truci sine crimine visus
et servatus abit vitae melioris amator,
qualiter ereptus Noe servatur in arca,
(425) nec generale malum sensit specialis et hostis.
tot gens nostra malis non est correpta, sed audet
criminibus laxare frenos sine fronte pudoris;

---

in C 405. 406. 412. 415. 418—20. 429—431. 435. 436

399 reuocantiq(ue) p(er) *B*, *corr. Glaeser* 405 Impia B^1, Impiae B^2 resumit M^2, resumet *B*, resumpsit *C* 408 adherent *B*, haerent M^2 c(ra)ssante *B* 410 ista diu *ego*, stadiu(m) *B*, et stadium M^2 411 saciati *B*, sociati M^1 412 Postquam genus hominum impeius producere uidit *C* 413 deus *Arevalo*, *om. B*; *reieci* omnem 414 dimiu(er)(et) B^1, *corr.* B^2 415 Eligit cunctos *C* 418 Sulphureas (l *ex* s) B^1 is fudit *C* 419 adusit *C* 422 *om. RU* 423 soluta *Arevalo* 426 *an* maligna? 428 pęna *B*, *corr.* M^2 429 Lotque pius *C* 431 truci *C*, crucis *B* 432 abiit *B*, *corr.* M^2 434 specialis hostis *B*, *correxi*; specialis honestus *Bücheler*, specialior hostis M^2, specialior hospes *Arevalo* 435 est *C*, u(e)l *B* auget *C ex 437* 436 laxat M^3 frenos *CB*, fores *Arevalo*

---

405 *Claud. 5, 141* scelerumque inmane resumit ingenium 417 *gen. 9, 11* neque erit deinceps diluvium 418 *Verg. Aen. 7, 517* sulphurea ... aqua. *georg. 3, 451* nigrumque bitumen 428 *ad. 1, 542* 434 hostis *sc. Sodomitarum*

supplicia scelerum non damnat prava, sed auget.
hinc obscena fames morbi mors luctus egestas
taedia bella lues clades iactura labores.
nam sic factus homo fuerat, primordia nostra,
ut volucres; pascendus erat sine clade laboris:
vomere non terram proscinderet atque ligone,
non peregrina vagus rabidis deposceret undis
committens animam ventis et fluctibus audax;
sponte parans fructum vinum de fontibus iret
in morem fluvialis aquae; longaeva liquores
semper oliva virens, non certo tempore ferret,
mella darent vepres, sentis sudaret amomum,
omnis ager pigmenta daret vernantibus herbis
et rosulas proferret hiems, servaret et aestas
lilia purpurea, flos omnis staret odore
nec marceret honos violae pallore decenti;
non niger aut albus tantum color esset in agnis,
sed rubicunda daret pretiosus vellera sandix,
lanigeras vestiret oves et muricis ostrum;
fabula certa foret Phrixei velleris aurum,
famam scaenaei verax arietis haberet
per populos certamque fidem sine crimine tanto.
viscera non terrae tantum pretiosa metallum
servarent, abstrusa nimis nec gemma lateret,
omnia sed passim facies telluris haberet,
omnibus in terris regio non indiga mercis,
vilior illa foret populis spectantibus euros.
at nunc plectibiles humanae mentis ubique
dulcia subducunt mores et amara ministrant.
forsitan opponant homines delicta fatendo,
angelicum peccasse genus, quos purior aer
et super astra polus vel caeli regna tenebant.

---

in C 467—8

437 Supplicia et M^2 aug(ent) *B, corr. M* 438 mox *B, corr. Arevalo* 442 ligones *B, corr. Arevalo* 443 rapidis *B* 444 Co(m)mitens B^1, *corr.* B^2 uenas & fluct(us) *B, corr.* M^2 445 parens *B, corr. V* irę B^1, *corr.* B^2, uvę M^2 446 In morte(m) fluctualis *B, corr.* M^2 447 oliuar(um) n(on) certo *B, corr. Arevalo;* liquorem S. o. suum *Peiper* 449 Omnis ag(it) B^1, *corr.* B^2 450 p(rae)ferret B^1, *corr.* B^2, perferret *M* 457 scenei *B*, Schoenei *Glaeser, quod non intellego* haberet *Glaeser*, cauer(et) *B* 462 n(on) indigna *B, corr.* M^2 463 mercis Vllius ulla *Traube* spectantibus *Bücheler*, peccantibus *B;* portantibus euris *Arevalo* 465 amare minist(ra)ns *B, corr.* amara M^3, ministrant *Arevalo* 467 quod *VRU* 468 tenebunt *C*

---

438 *ad 3, 641* 441 volucres *cf. Matth. 6, 26 Prud. psych. 619 sqq. Ov. met. 1, 89—112* 442 *ad 1, 449* 444 *Iuvenal. 12, 57* ventis animam committe 448 *ad 1, 202* 453 *Verg. buc. 4, 43* aries iam suave rubenti murice, iam croceo mutabit vellera luto, sponte sua sandyx pascentes vestiet agnos 456 *Stat. Theb. 2, 281* Phrixei velleris aurum *(Drac. X 32)* 457 scaenaei *in scaenam prolati per Medeae fabulam. adiectivum singulare* verax *i. verus aries, re vera extans* 459 *Ov. met. 1, 138* itum est in viscera terrae quasque recondiderat . . . . effodiuntur opes. *cf. ind. sub* viscus 460 *cf. Boeth. cons. 2, 5, 28* auri qui pondera tecti gemmasque latere volentes, pretiosa pericula, fodit 462 *Verg. buc. 4, 39* omnis feret omnia tellus 463 spectantibus euros '*coactis spectare vecturam et navigationem*' *Bücheler*

(460) 'ante tribunal erant, ubi casta et sancta viderent
corporis expertes terreni ponderis omnes;
et sic error eos tenuit crimenque nefandum.
quid homines miseri, fragili sub tegmine carnis
captivos quos membra tenent et corporis usus?'
(465) sic vobis responsa dabo: quid culpa aliena
obicitur? purgare potest quod gessit iniquus
alterius quodcumque nefas? scelus omne peractum
respicit auctorem, socios cunctosque ministros
implicat, et solum facinus quos inquinat urguet.
(470) inde magis mens nostra rea est, quod poena secuta est
caelestes famulos, his nec gravis ira pepercit.
sideris innumeri cecidit pars tertia caelo
cum duce pulsa suo, superat vindicta coercens
agmina caelicolum pereuntia clade perenni.
(475) militiae pars tanta poli distincta severe
debuerat nostros ultro compescere mores:
et tamen in nobis nullus timor extitit umquam.
quis canis inlatret, vibices si terga leonis
colla caputque ferant et sanguine fulva rubescant?
(480) aut solis pereunte die simul obice terra
sidera despiciant umbram, qua cuncta teguntur,
et superare putent crassas tenui igne tenebras?
(483) aut siccante freto iactet se rivulus unda
(—) vel minor unda velit caelesti occurrere flammae,
(484) quam neque grandis aquae possint sedare fluenta
(485) gurgitis aequorei, cunctos si eructuet amnis?
sed quia caelestis pietas veniale minatur
plusque coruscantes flammas quam fulmina vibrat
aut, si fulmen habet, montes et culmina tangit
arboribusque caput, cedros celsasque cupressus,
(490) ut terrore domet potius quam clade profanos,
est nobis contemptus atrox animique nocentes
omnibus; et nobis pietas tamen alma parentis,
indulgere volens cito quam punire parata,
misit ab arce pium caeli per sidera Christum,

---

in C 469—73. 481—4. 485

469 uidebant *C*, uiderent *B* 470 expartes *C*, exp(er)tis *B* 471 t(er)ror eos *B*, eos terror *(sed* t *erasa) C* 472 Quidnam M^3 Quid ego miser fragilis *C* 473 Captiuum quem *C* 474 nobis *B*, *corr.* M^3 476 peractu *B*, *corr.* M^2 478 solus *B*, solos *Arevalo*, solum *ego* q(uo)d *B*, *corr. Arevalo* 482 suo *C*, suos *B* superas *B*, superbos *C*, *corr. Arevalo* 484 Militia *C*, Milicia *B*, *corr. Arevalo* distincta seuere *C*, distinctas eibere *B*, districta sine usu *(hoc ex RU) Arevalo* 485 ultro *C*, ult(ra) *B* 488 cap(it)q(ue) *B*, *corr. M* rubescunt *B*, *corr.* M^3 489 An *Arevalo* pereunte sc die *sic B* 492 iacte seruulus unda *B*, *corr. Glaeser* undae *Peiper* 493 *om. MVRU* 494 nec legandisq(ue) possunt sedare fluenta *B*, nec (neque *Peiper*) grandia aquae possunt (possint *ego*) sedare fluenta, g. a. cunctus *Glaeser* 495 eructuet *Bücheler*, fluctuet *B* 497 flulmina uib(ra)nt *B*, *corr. Arevalo* 499 cap(it) *B*, *corr. Arevalo* celsasq(ue) cyp(re)ssus cedros (-as B^2)*B*, *corr.* M^2 501 (con)tentus arax *B*, *corr. Arevalo* animusque nocendi Omnibus est nobis *Arevalo* 502 tamen alma nocentes (*ex* -is) *B*, *corr. Arevalo*

---

478 solum *i. urguet tantum qui patraverunt, non purgat alios* *Lucan 5, 290* facinus quos inquinat aequat 481 *apocal. 12, 4* 495 *cf. Val. Fl. 4, 345* eructat Bosporos amnes 496 sqq. *cf. 1, 29 sqq.* 498 *ad sat. 277* 500 *cf. 2, 699*

qui virtute sua serpentis frangeret artes
per vexilla crucis hostis populando cohortes,
praecipiti iactu quas celsa palatia caeli
exilio trusere gravi sub perpete culpa.
expavit Iudaea deum post viscera matris
maxima tot populis dantem miracula Christum.
invida continuo semet laesura profane
sacrilega tenet arte viam livoris iniqui
et quaerit peritura dolos, quibus improba perdat
insontem, sanctum rea noxia callida fallax,
et pretium dat turba, dei commercia fiunt
discipulo vendente suo, funesta duobus:
venditor infelix, sed non felicior emptor,
pars pretium perdit, perdit pars altera mercem;
proficit in nobis, qui non contraximus, emptus:
sanguine distracti maculatur venditor emptor,
quo mens nostra † maculabitur imbre cruoris.
ah scelus atque nefas! insontem turba reorum
supplicio, quo digna fuit, cruce verbere ferro
affligit letique vias et limina mortis
ingerit aeterno, cui lex ab origine mundi
nec fuit initium nasci nec finis obisse.
ergo salutaris quod passio membra peremit,
fecit abire diem solis restantibus horis
et noctem sub luce dedit; rediere tenebrae,
sed sine more suo, violata lege polorum.
tunc niger axis erat, quem lurida palla tegebat,
candida sanguineum monstravit luna ruborem,
cardine sub gemino nox inportuna pependit
et planxit natura deum; monumenta piorum
clausa patent, plures mundo rediere sepulti
et vitas mors ipsa dedit. dum vita perennis
limina mortis adit, poenae intremuere ministri;
effugiunt tormenta reos, invita pepercit
tortorum metuenda manus, lux funditur umbris

---

in C 509—10. 516—19. 524. 528. 531. 534. 536

507 P(rae)cepit iactu *B, corr. Arevalo* 509 ubuera *C*, ubera *Meyer* 510 Maxime *C* dante *BC, corr. M* 511 semel *B, corr. Arevalo* profanam *Arevalo* 514 re s(an)c(tu)m *B* callide *B, corr. M²* 516 duorum *C* 517 Venditur *C* 518 perdidit perdidit *C* 519 in *B*, et *C*, at *vel* proficiet *Meyer* 521 n(ost)ra maculabit(ur) imbre *sic B corruptus ex versu antecedente, post* nostra *addidit* sacri *M²VRU, inde* sacri mundabitur *falso tempore Arevalo. litteris paene convenit* sacri lāvetur in imbre, *cf. 2, 611*; magis maculas lavet imbre *Bücheler* 524 letique via sed lumina *C* 528 solis *C*, soli *B* 531 Tunc *sic BC* lucida *C* tegebat *CU*, tegebant *B* 534 monim(en)ta *B*, munu m(en)ta *C* deorum *C* 535 redire *B, corr. M³* 536 Et uitas *C*, E uita e(st) *B*, Et uitam *M²VRU; conieceram* Et vitae m. i. redit 537 adiit *B* pęna ut tremuere *B*, *correxi*; Stygii tremuere *Arevalo*, poenam tremuere *Bücheler*

---

520 *Iuvenc. 4, 634* dum sanguis distraheretur *de Christo* 521 *cf. Hebr. 9, 14. Ioh. epist. 1, 1, 7* 526 *Merobaud. Christ. 23* nasci tibi non fuit uni principium finisque mori 528 *Matth. 27, 45 sqq.* 537 sqq. *Arator 1, 181* infernus tunc esse timet nullumque coercens in se poena redit, nova tortor ad otia languet. tartara maesta gemunt *eqs.*

descensum comitata dei, simul orbe fugata.
tartarus infelix numquam satiabilis umbris
et solitus gaudere neci turbatur amare
et supplex augmenta dolet, nam damna futura
haec augmenta dabant; animas, quas claustra tenebant
carceris aeterni, redituras lucis ad usus
ingemit et legem violari deflet Averni.
luminis inpatiens, ut iam remearet ad auras
aethereas, optat dominum regemque polorum,
ne chaos omne grauet iubar insuperabile Christus
aut spoliet toto nigros simul agmine manes
ad superos revocans animas virtute parentis.
tertius interea processit lucifer astris
oceano spondente diem, redit almus ab umbris
rex reducum vitae magna comitante caterva;
discipuli reducem laeti videre magistrum.
inde reversus abit: repetit sua regna triumphans.
dexter in arce sedens, consors genitoris amatus
iudicio venturus erit post saecla futuro
reddere mercedem cunctis, quam quisque meretur,
ad dextram laevamque iubens astare catervas,
exigit ut meritum vitae pravaeque bonaeque.
si scelus est et grande nefas tempsisse potentem,
factorem temerasse suum quod crimen habetur?
et tamen indultor mansit post funera carnis;
paeniteat si forte reus, clementior audit
datque repente pius veniam donatque reatum.
Iuda miser veniam si vel speraret, haberet;
sed memor infandae tamen et sine nomine culpae
credidit infelix nil iam veniale mereri
iudicioque suo veniae subtractus abiit.
redditur argentum, scelerata ad colla pependit
vix tandem iustus, nam nec permansit avarus,
expensus obiit se mox ultore severo.
vincula rumpuntur, cecidit crepuitque cadaver,

---

in C 541. 542. 552—4. 556—9. 565. 566 *(hic bis)*

541 Tartarus *a manu 1 versui praefixum C* 542 neci *a manu 1 omissum in margine supplevit* B^2 545 reddituras *B, corr.* M^2 546 defle tab(er)ni *B* 547 aures *B, corr.* M^2 548 optat *B,* orat *Arevalo* 549 Necatos om(n)e g(ra)uat *B, corr. Glaeser* *nolui* Christi 553 die *C* 554 Rex reduci cū uitę *B;* Ipse surgentu(m) *C, unde* resurgentum *Meyer* 556 abiit repetit *C,* habitare petit *B, corr.* M^3 558 erat *corr. in* erit C^1 futurus *C* 562 tempsisse parentem *Arevalo* 565 Pęniteat *B,* Aut certe *C* reos *B,* reum *C, corr. Rossberg* clementior *C,* dementis *B,* clementius M^2 566 Dat repente *C semel fol.* 1^b 568 infandae *M,* in fraude *B* 569 nihil *B, corr. Glaeser* 570 abiit *B,* abiuit M^2 573 Suspensus *Arevalo,* Et pensus *ego olim*

---

554 *Verg. Aen. 2, 40* magna comitante caterva *(2, 370. 5, 76 Drac. VIII 449. 620) Aldh. de XII apost. 7, 7* dum chaos inferni surgens de morte redemptor linqueret abstrusum vasta comitante caterva 559 *Beda de die iud. 49* adveniet iudex mercedem reddere cunctis 562 *cf. 3, 265* potentem *ut regem ipse poeta lacsit* 565 *2, 700* reos clementior audis *cf. sat. 99 sq.* 568 *3, 267* hoc facinus nec nomen habet 573 expensus *i. scelere solutus*

575 (565) viscera fusa iacent, hinc cor crudele patescit
funestatque diem de corpore tabe madenti.
legimus innumeras veniam meruisse catervas
Iudaea de gente reas mortisque ministros
optima perpetuae sumpsisse et munera vitae,
580 (570) quorum Paulus erat caput extans grande malorum:
et tamen ipse fuit legis post crimina doctor;
martyrium Stephano qui fecerat inde recepit
et meruit plenam quam contulit ante coronam.
in se vera dei confirmans verba probavit
585 (575) 'hoc patietur homo, quod quisquam fecerit ulli'.
sed bonus excepit quod tunc malefecit iniquus
quod populos gentesque docens convertit eundo
per mare, per terras, ut Christi nomen adorent
gentilesque deos et cordibus idola pellant;
590 (580) Mars cadat ex animo, pereant Saturnus et Arcas,
Juppiter atque Venus, Titania Juno Cupido
vel quicumque dei ficti sermone vetusto
credantur nil posse, simul nihil esse probentur.
solus ubique deus, rerum fons, conditor et spes,
595 (585) idem semper eris, quod et es, quod et ante fuisti,
nil addens minuensque tibi crescentibus annis.
tempora mutantur, te numquam saecula mutant:
qualem prima dies, talem simul ultima noscet.
cum te non caperent caeli terraeque fretumque
600 (590) aeris et spatium, modico te corde reponis
pectoris humani conceptus mente fideli.
exaudis quod lingua tacet sub corde loquaci;
ante futura vides, penes te nulla futura,
sint licet, omnipotens, praesentia cuncta videntur
605 (595) aut transacta magis nobis ventura creantur.
qui peccaturos homines tu spiritus auctor
ante vides, primum medicinam, sancte, parasti
quam faceres hominem: indulgentia parta reatum
praevenit et facinus venia praecedit iniquum.

---

in C 597 *(bis)*. 599—601. 603

575 huic *B, corr. Arevalo* 576 tabe *omissum in spatio vacuo add.* B^2 579 perpetua *B, corr.* M^2 sũpsiss; munera *B, correxi*; haec *interposuit Arevalo* 582 Martirum *B, corr.* M^2 585 fecerat *B, corr. Arevalo* 589 pellent *B, corr.* M^2 592 dii *B* ficto *B, corr. Arevalo* 596 minuensve *Arevalo* 597 numquam te *C fol.* 2^b, mutantur d(eu)s te numquam *C fol.* 7^a 599 caperet *B, recte CM* 603 penes *B*, circa *C*, penes et *Arevalo* 606 Quin *Glaeser*, Sic *Arevalo* 607 videns *RU*

---

579 et *i. etiam* 585 *cf. Matth. 7, 2. Ephes. 6, 8* 594 *sat. 1* deus cunctorum conditor et spes 595 *3, 541* idem semper erit, numquam mutabilis aevo. *cf. 537. sat. 8* idem semper eris qui es modo vel fueras 596 *3, 535* cui tempora nil dant aut tollunt. *sat. 9* nil addit demitque tibi tam longa vetustas 597 *Cypr. Gall. iud. 156* tempora mutantur *Drac. 3, 537* saecula nec tamen hunc mutant, quia quod fuit hoc est. *Coripp. Ioh. 7, 91* tempora permutas nec tu mutaris in illis 599 *cf. 2, 92 Claud. c. min. 32 (de salv.) 14 Merobaud. Christ. 7 Sedul. c. pasch. 2, 59 sqq.* 602 *cf. 1, 568 cum nota* 608 *1, 90* indulgentia poenam praevenit

Christus enim datus est nobis spes una salutis,
qui nostra hic peccata lavet pius amne cruoris:
et licet ipse ferat maculas et crimina nostra,
inmaculatus adest tamen agnus et unicus heres
semper viventis, semper victurus et ipse.
largitur peccata reis sine voce rogatus
pectoris affectu secreto, mente fide spe.
cum sit ubique deus semper praestare paratus,
tardius accipimus heu nostro corde morati.
oderunt pia vota moras, festinus adoptat
ut praestet quam nos quae purget causa mereri.
arbitrio posuit clemens deus omnia nostro:
libera mens hominum est peccare aut vivere sancte,
libera vota dedit, quando sperare velimus,
credere si placeat, facile est nam posse mereri.
credidit Abraham dominoque est factus amicus.
confectus senio membrisque trementibus aevo
inter avos atavosque fuit, sed prolis egenus
ut soboles inpubes erat frustraque maritus,
officii genitoris iners; algente vapore
germinis extinctus cecidit genitalibus ignis
et fecundus amor, quem iam subduxerat aetas.
nec solus steriles retinebat marcidus artus:
femina deterius praemortua membra trahebat,
spes generis recidens et vis materna peracta.
frigida progeniem senibus natura negarat:
flebile coniugii portabant nomen inane,
spes tantum iuvenilis erat; crescentibus annis
augebat spem sola fides, praesumptio maior
affuit his prolem spondens cum gente nepotum:
non hos certa fides nec spes incerta fefellit.
fecundus per membra vapor discurrit utrique,
dulcior et gelidis inrepsit flamma medullis

---

in C 625—8. 630—3. 636. 637. 635 *hoc ordine.* 641—2

616 secreta mente *Arevalo* 618 nostra *B, corr. Arevalo* 620 quo purget *B, correxi*; si quae nos purget causa morandi *Arevalo* 625 abraham d(e)o qu(a)e *C* 626 membrisque trementibus *C*, membris remeantib(us) *B* 628 At soboles *BC*, Ut soboles *Meyer*, Ad soboles *Bücheler* At sobolis immunis M^3 632 astus *B* 633 prope mortua *C*, p(ro) mortua *B, corr. Arevalo* 634 ui *B, corr.* M^2 *an* spe g. r. est vis ? *versum* 635 *post* 638 *duce C codice posuit Meyer* 636 negarat *C*, negar(et) *B* 637 portabat *C* 635 *sic C, qui* spe *tamen habet;* Angebat spes sola fide(m) p(rae)sumit u(e)l spes *B* 641 utrique *Arevalo*, uritque *B*, ubique *C*, utrinque M^3

---

610 *Lucan 2, 113* spes una salutis *(Sil. 15, 402)* 612 *cf. Ioh. 1, 29. Petr. epist. 1, 2, 24 Isai. 53, 4 Ioh. epist. 1, 3, 5* 613 *Prud. cath. 12, 81* summo patri heres creatur unicus 619 *intellege: deus pronior est ad praestandam causam quae nos excuset quam nos ad merendam vel accipiendam* 625 *gen. 15, 6* credidit Abraham deo et reputatum est illi ad iustitiam *(Rom. 4, 3)* 633 *Ov. am. 3, 7, 65* nostra tamen iacuere velut praemortua membra. *cf. Alc. Av. c. 6, 183* matris commortua membra 636 *Sedul. pasch. carm. 1, 108* prolemque negabat frigidus . . . sanguis 637 *Lucan. 2, 342* nomen inane conubii. *v. ind. s. v.* inanis 642 *Verg. Aen. 4, 66* est mollis flamma medullas

miranturque senes recidivo fomite venas
in sobolem caluisse suas: animatus anhelat
intra membra puer vinctus compagibus artis.
intumuere sinus rugis pereuntibus alvi,
dum tandem fit mater anus paritura prophetam
et sterilis fecunda parens. miratur et haeret
sic uterum crevisse suum tenerasque puellas
consulit et trepidans tamquam nova nupta requirit;
saepe verecundos faciunt nova gaudia vultus:
fructus honestatis datus est de ventre pudoris.
sic licet unius genitor post saecla creati
gentibus et populis tamen est pater unus origo.
omnis harena maris vel flammea sidera caeli
aequantur numero benedicti germinis, apte,
nam cui terra datur et caeli sancta parantur,
rectius aequatur geminis hinc inde elementis. —
Sarra socerque simul dominum petiere rogantes;
illa virum meruit stabilem post funera septem,
hic visum: fugiunt cum paupertate tenebrae
et gemino capit orbe diem reducesque sereno
lumine sunt acies post nubila crassa micantes. —
David adulterii facinus homicida peregit,
sed scelus agnoscens culpas inpune fatetur.
sic reus et veniam sceleris sub voce meretur
credulus et domini famulus post ista fidelis
attestante deo caelesti voce vocatur
in tantum, ut regem faceret post crimina natum
ex eadem muliere virum, cui tempore partus
omnia concessit merito genitoris amati. —
fleverat Ezechias sub puncto temporis uno
et prece praemodica vitae tria lustra meretur. —
murmure sub tacito sterilem defleverat Anna
matricem; fecunda redit per vota priora

---

in C 650—2. 657. 659—61. 664—6. 672—3

643 recidue (ue *incertae*) fronte B^1, recidiuo fomite B^2 b(er)nas *B, corr.* M^2 644 sobo *et spatium duarum litterarum vacuum* B^1, le *addidit* B^2, sobolem *Arevalo* 645 Inter *MVRU* uinctis B^1, *corr.* B^2 646 alvi *Arevalo*, aui *B*, ani U^2, hac ui M^3 650 noua *om.* B^1, *in marg. suppl.* B^2 651 quatiunt *Meyer* 650 *et* 51 *in C sic:* Consulis et trepidans tamquam noua gaudia uultus 652 est CM^2, *om. B* 653 sec(u)la B^1, saecla B^2 *conieci* creatis 655 flumina sydera *B, corr. Arevalo*; fulgida *Glaeser* 656 Equatur *B, corr. Arevalo* benegdicti B^1, *corr.* B^2 657 Nam *om. C* 658 Rectic B^1, c *expunxit* B^2 aequatis *Arevalo* 659 petebant *C* 660 meruit uirum *C* 661 Hic *C*, Hinc *B* 665 Et *C* 666 Sic reus *om. C* sceleri *B, correxi cf. 1, 533. 2, 730*, celerem *C* 667 p(ost) stat fidelis *B, corr. Bücheler*; post atque fidelis *Arevalo* 668 uocatus *B, correxi* 670 parcis *B, corr. M; an* tempora pacis ? amato *Peiper ex II. reg. 12, 24 sq.* 673 Et p(re)ce p(ri)mo dicauit (et) tria (sub modica vitae tria *C*)*BC, corr. Peiper* 675 Materiem *B, corr. Arevalo* rediit *B, corr.* M^2

---

645 *Verg. Aen. 1, 293* compagibus artis 646 *Claud. c. min. 32 (de salv.) 8* virginei tumuere sinus *Mariae* 659 *Tobi. 6, 11 sqq.* 665 *sat. 159 David* confessus facinus veniam pro clade meretur noxius inpune. *cf. 1, 34* 670 *sat. 161* insuper et Salomon eadem muliere creatus 672 *v. IV reg. 20* 674 *v. I reg. 1, 13* 675 vota priora *murmur illud, quod non sequebatur clara vox*

et non est ultra vox expectata secunda.
hi solas fudere preces, ieiunia nulla,
nam nec tempus erat longum, quo vota piarent,
cum nec plena fuit cunctis poscentibus hora,
qua votum meruere suum pietate Tonantis.
quod vetus atque novum, duo testamenta loquuntur,
milia tot subito veniam meruisse reorum,
pro quibus una semel vox est aut nulla precata. —
exegit quid plena fides et credula, dixi,
quid non credentes mereantur, dicere cura est.
incurrit culpam sancti pater ille Johannis,
pontificis loca sacra tenens magnusque sacerdos,
credere cunctatus domini promissa Tonantis,
angelico senior monitus sermone repente.
mox vindicta datur per longa silentia linguae,
donec ventris onus bis quinis mensibus actis
fundatur de matre puer sub sorte beata. —
tu, deus omnipotens, rerum caelestis origo,
tu pius et clemens et consolator herilis
tempore tristitiae, maior defensio pressis —
erigit elisos, relevat tua dextra iacentes,
confovet abiectos et semper pascit egentes,
pocula larga parans sitientibus alma ministrat.
nescius irarum, monitis non clade coercens
peccatum sine clade reos clementior audis
ante preces veniale iubens; non ira furorem
excitat, ut iubeas vel iuste occidere sontes.
plus pius es quam iustus: agis non ergo severus,
errantes punis, sed mitis corrigis omnes
sub pietate bonus, poenae cessante flagello,
et quotiens commotus eris, placidissimus extas:
nil inmite iubens levis est sententia caeli.
rex pie, supplicium cunctis revocabile dictas
ut, si peccantes agnoscant corde reatus

---

in C 686—88. 690—2. 696—97. 700. 704—6

677 His sola *B, corr. Arevalo* ulla *B, corr. RU* 679 ora *B, corr. M* 681 *fortasse* quid? vetus *eqs.* 685 cura est *Arevalo*, curę *B* 686 parit(er) *corr. in* pat(er) *C* 691 honus *BC, corr. M* actes *C* 692 Tundatur de ventre *U* 694 consolator haberis *Arevalo* 696 sqq. Erigis ... Confoues .... pascis *C* eleuat *C* dextra *CM*, dext(er)a *B* 697 Confouit *B, corr. M*^{2} 698 Pucula *B*^{2} 699 Neccius *corr. in* Nescius *B*^{1} 700 Peccantum *C fortasse recte* 704 corripis *C* 705 pene *CB*, pęne *M* 707 inmite *Arevalo*, in m(en)te *B*, inmane *Peiper*

---

684 *3, 215* plena fides ... exegit ... opus. *3, 240* ecce quid alma fides exegit. *3, 253* inpendat quid pura fides 686 *sat. 39* antistes ... pater ille Johannis 690 *Verg. Aen. 11, 241* facta silentia linguis 694 herilis *dominorum, quibus opponuntur* pressi 695 *1, 729* spes et defensio pressis 696 *cf. 1, 741. 2, 732 V 201. psalm. 145, 8* dominus erigit elisos. *146, 3. 145, 7* 699 *cf. 2, 500* 700 *2, 565* paeniteat si forte reus, clementior audit 703 *Paul. Nol. c. 32, 224* plusque pius quam iustus erit *deus* 704 *1, 97* corrigit errantem, non punit morte repente. *3, 610* punisti errantem 706 *Habacuc 3, 2* cum iratus fueris, misericordiae recordaberis 709 *ad 1, 89*

et damnent meliore animo delicta priora,
sint quibus ignoscas. sed non semel ista relaxas,
saepius indulges ostendens limina mortis
et revocans a morte truci quos culpa premebat
faucibus inferni raptos inducere formas.
hi soli pereunt, semper quos esse profanos
constiterit, sine fine mali peccare volentes:
criminis et poenae limes semel unus habetur.
et poteras servare malos pius usque senectam,
ut damnare simul horrenda piacula nossent
et veniam sperare tuam, sed maior habetur
hic ratio, nam inpune diu peccare nocentum
si fuerit permissa manus, turbata repente
mens insontis erit, mox paenitet esse modestum
optaturque nefas et plus pia turba nocetur,
improba quam rabies atque impia vota fatigant.
quid quod et erranti mora non brevis esse probatur
servaturque diu veniae, si desinat audax
inlicitum temptare nefas? nam gaudia caelo
conversus dat quisque reus; sibi quisque medelas
arbitretur homo culpae sub voce requiri.
vox tua cum sileat, tua sed sententia clamat.
erigis oppressos humiles sternisque superbos,
tu captivorum rumpendo tenacia vincla
colla levas adtrita iugis cervice soluta
et proceres servire facis famulosque iubere,
paupertate iubes opulentos turpis egestas
vestiat et ditas opibus bene largus egentes.
ima levas et celsa premis, praesumpta coactus
adteris et tenues adiecto robore firmas
iura potestatis retinens sub nomine vero.
solus enim dominus dominum qui non habet extat
vel cui cuncta parent, per quem sunt omnia quae sunt
et transacta simul uel sunt quandoque futura.
qui dedit Elysios iustis et Tartara pravis,
qui placidis saevisque iubet procedere solem

in C 713

712 indulgens B^1, *corr.* B^2 lumina *B, corr. M* 713 reuocas *C,* reuocans *B* cruci *C* 714 raptas B^1, *corr.* B^2 721 nam *om.* B^1, *add.* B^2 722 p(rae)missa *B, corr. Arevalo* 723 mox *om.* B^1, *add.* B^2 pęnitens se mod(er)atu(m) *B, corr. Arevalo* 724 necetur *falso* M^3 729 medellas B^2 730 culpa sub uoce requirit *B, correxi (cf. 1, 533. 2, 666);* culpas M^2, relinquit *Arevalo* 733 te noxia uincla B^1, *corr. in* te necia B^2, *corr. Bücheler;* noxia *(deleto* te*)* M^2 737 ditat *B, corr. Arevalo;* ditet M^2 738 coactu *nolui;* coercens *Arevalo* 742 paret *B;* patent *Arevalo ob metrum* 743 uel o sunt *B* 744 dedit elisos *B, corr.* M^2 prauus *B, corr. RU*

714 inducere formas *sumpsisse videtur ex Verg. Aen. 6, 614* ne quaere doceri, quam poenam aut quae forma viros fortunave mersit, *cum* forma *interpretaretur* genus poenae, *ut ipse diceret* subire insignia tormenta 728 sq. *Luc. 15, 10* 732 *ad 2, 696. Coripp. Ioh. 7, 101* erige ...., prosterne 733 *Verg. georg. 4, 412* contende tenacia vincla 734 *Prud. psych. praef. 32* Loth ... attrita bacis colla liber erigit. *cf. perist. 1, 72* 737 *Iuvenc. 1, 102* opibus ditavit egentes 738 coactus *superborum obstinatione, cf. 1, 99* 745 *Matth. 5, 45*

et lunam stellasque vagas et sidera cuncta
imperat et pluvias nullo discrimine fundit.
nec ratione caret pietas: generaliter una
mercedem iustis, iniustis munera nobis
(740) praerogat, ut vel sic nos convertamur ad illum;
illectos donis, non poenis mutat adactos.
expectat pia vota deus, non tura requirit;
victima sola placet purgatae mentis honestas,
nec tamen expensis, sed puro corde litandum.
(745) pectore contritos, genibus cum pectore flexos
suppliciterque suas pandentis fletibus ulnas
exaudit: nam siquis erit miseratus egentis,
texerit et nudos, inopes defenderit, insons
contentusque suis alienis non inhiarit,
(750) si impetrare velit, vel ut impetret ista meretur;
effectus faciles oratio pura reportat,
quam non inpugnat cuiusque precatio tristis
et fortasse iuvat: pauper peccata relaxat
pastus et indutus; viduae pupillus et aeger
(755) et defensus inops plus quam sumpsere rependunt.
vestibus expensis epulis de more Tabitha
expendebat opes miseris alimenta ministrans;
numquid ad annorum numerum cuicumque modesta
addidit et vitam longum produxit in aevum?
(760) et meruit tamen ipsa iacens post funera vitam
amissam reparare suam testantibus illis,
quis proprias fundebat opes miserata rogantum.
Petrus enim medicus fuerat, medicina catervae
paupertatis erant: caelis extorsit egestas,
(765) quod voluit. nos turba rapax calcamus egenos
conferimusque nihil: forsan spoliamus avari
pauperiem, si forte ferat quodcumque decorum;
expectamus adhuc de paupere xenia nobis
afferat et praedam potius; de nobile pauper
(770) iam modo dives eget, cui confert indiga dextra
non sibi mendicans, quod divitis usibus addit.
quicquid agamus adhuc sceleris fraudisque dolique

---

747 fundi *Arevalo* 750 *fortasse* convertamus 754 expendis *B, corr. M²* litandū *B*, litandus *RU*, *fortasse* litanda *legendum* 756 suos p. fl. uenas *B, corr. Grosse* 758 T(r)axerit *B, corr. M²* 759 iniarit *B* 760 imp(er)are *B, corr. Arevalo* uelut imp(er)(et) ita *B, correxi*; velut impetrare *Arevalo* 762 cui(us) q(uam) *B, corr. RU* 764 ęger *M²*, ęg(et) *B* 765 quam suum serere pendunt *B, corr. Peiper* 766 epulas de morte dauita *B, corr. Arevalo* 767 opus *B, corr. Arevalo* 768 Nũquid *sic B*, Nunq(uam) *MVRU* 772 Qui *B*, Queis *Arevalo* 777 Paup(er) ite(m) *B, corr. Arevalo* 778 senia *B, corr. M⁴* det pauper *Arevalo* 779 p(rae)da(m) paciatur de nobili *B, corr. Arevalo* 780 indigna *B, corr. M²* 782 ad hęc *B*; adhuc *sprevit Arevalo*

---

753 *psalm. 50, 18* 754 *cf. Verg. Aen. 2, 118* 755 *psalm. 146, 3* sanat contritos corde, *cf. 50, 19* 763 iuvat *scil.* precatio *grata faustaque* 766 *act. apost. 9, 36 sqq. Arator 1, 801 sqq.* 768 *ipsa nemini vitam miraculo (opp.* de more*) extendit neque tantum affectabat modesta, attamen illi vita est prorogata* 770 *Arator 1, 806 (de Tabitha)* post funus victura suum 772 *Arator 1, 803* Tabitha . . . mansuras fundebat opes 779 potius *quam nos ei largiamur* pauper *factus* 780 *ad 3, 43*

supplicio dignum, differt punire benignus
vel, si paeniteat, magis indulgere paratus,
(775) qui facit angelicas flamma crepitare cohortes.
nam pia turba dei sunt spiritus omnis et ignis,
quamvis et ipse deus se prodidit igne loquaci,
cum iubar ignitum domini rubus asper haberet
et lacrimas populi pro libertate gementis
(780) diceret ante suum deus ascendisse tribunal;
se tamen asseruit merito tunc alma potestas
descendisse polis, ut quae captiva iacebant
libera turba foret, domini victura superstes.
mox sua promissor perfecit verba fidelis
(785) exutosque iugo deduxit per mare rubrum.
candida dux fuerat nubes flammaeque columna;
fluctibus aequoreis gemina de parte ligatis
in scopulos, pelagi non iam latrantibus undis,
transierat salsus ponti sine remige fluctus
(790) et pedibus siccis iter est navale peractum.
laudavere deum, sed plus de morte natantum;
sexus uterque deo magnas in laude choreas
certatim resonant et palmis tympana pulsant
et celebrant vincente deo saltando triumphum.
(795) non gladiis iaculisque datis missisve sagittis
gens oppressa perit, sed tantum surgere iussa
arma elementa deo, nullum fusura cruorem,
et tamen innumeras faciunt sine sanguine mortes.
una eademque die populis datur ecce duobus
(800) ira furens pietasque simul: sine nubibus ullis
diluvio periere gravi, splendente sereno.
omnibus ostendit domini sententia lata,
quid peccata creent, quid iusti vita meretur,
quid bona simplicitas, quid noxia vota reportent,
(805) quid pius aut humilis, quid et impius atque superbus,
quid ferus aut mitis, quid clemens quidve cruentus,
dapsilis et largus, quid praedo aut raptor avarus:
agmina condemnant et mores agmina purgant.

---

in C 796—97. 800—1. 803—5. 808

783 defert *B*, *corr. M*^{2} 784 Ut *B*, *correxi* 786 spiritus igneus om(ne)s *B*, *correxi ex 2, 45* 787 et *del. Arevalo* 790 anscendisse *B* 791 merito tusis *B*, *correxi*; ventosis *Peiper*, meritosis *M*^{2} 792 iacebat *M*^{2} *Arevalo* 795 Et ut(er)q(ue) iugo *B*, *correxi;* Excussoque *Arevalo*, Exsortesque *Peiper* 796 Candida nubes (pubes *legit Peiper*) erat et flamma columna *sic C* colu(m)ba *B*, *corr. M*^{2} 797 gemina *om. C* ligatis *B*, liquoris *C* 798 scopula *B*, *corr. M*^{2} 799 Transierant salsos *(hoc iam M*^{2}*) Arevalo* 800 it(er) e(st) *B*, ite(m) *C* 801 Laudab(er)e *B* sed plus *BC*, populus *RU* 802 d(eu)m *corr. in* d(e)o *B*^{1} choreis *B*, *correxi;* magnis ... choreis *RU* 803 palmis et *C* 804 iuuante deo *C* saltando *CM*^{2}, spaltante *bis (a B*^{1} *et B*^{2}*) corr. in* spaltando *B*, psaltando *M*^{1}; *an* psallendo ? 805 sagistis *C* 806 fugere iussa *B, corr. Arevalo;* fingere *Peiper*, fligere *Bücheler* 808 sanguine *nota Tironiana scriptum in C* 816 mitis quicquid clemensue cruentus *B, corr. Arevalo* 818 Agmina (con)dempnant (et) mores atq(ue) agmina purgant *B;* et *deleverunt M Arevalo, ego* atque *reieci*

---

783 *ad 1, 29* 786 *psalm. 103, 4* 788 *exod. 3, 2 sqq.* 793 *cf. 2, 171* 797 *cf. 2, 165 sqq.* 798 *Verg. Aen. 7, 588* latrantibus undis *(Sil. 3, 471. 5, 397 Drac. VIII 405)* 799 transierat *traiectus, superatus erat, cf. Val. Fl. 5, 120* 801 *exod. 14 et 15 sap. 10, 20* 804 *exod. 15, 20* cum tympanis et choris

LIBER III

Luminis aeterni lumen, lux, lucis origo
orbis et astrorum, iubar aetheris, aeris auctor,
pax elementorum, naturae conditor et fons,
sideris innumeri numerus quem non latet omnis,
(5) nomina dans astris et stellas cursibus aptans
inmobilesque iubens septem constare triones,
axe licet volvente polo stent sidera pigra;
(8) qui numeras cunctas quas praefert litus harenas,
(—) scis, deus, et pelagi quantos ferat unda liquores
(9) per freta cuncta maris totum factura coactu.
(10) omnia nosse deum, quia condidit omnia solus,
quis dubitet? quod nosse iubes, caelestia norunt,
(12) quod tu scire vetas, ignorant omnia caeli.
(—) nam tua iussa parant, ut sint elementa ministra:
(—) fulgura crebra micant conlisis nubibus euro
(—) et tonitrus imbresque movent aut fulmina caelo
(13) missa cadunt hiemesque cient comitante fragore;
verberis igniti volitant per inane flagella
(15) et rutilat radians crinitum missile flamma.
iustitiae monitor, sed plus pietatis amator,
celsior excelsis, specie sed pulcrior omni,
virtutum virtus, dulcedine dulcior omni,
lucidus omnituus vel lumine clarior omni,
(20) editor omniparens, sed non tamen edite ab ullo,
qui placidos pluviis das descendentibus imbres.
sic annona datur cunctis animantibus esca
et natura parens per tempora cuncta ministrat,
sic plumis vestitur avis, sic frondibus herbae,
(25) sic calamos nutrita seges stans armat aristas
et tunicis vestita ceres pubescit adulta,
sic viridis flavescit ager sine semine iacto.
creditor extorquet sub vomere faenus arator,

---

in A 1—23. 25—6

INCIPIT LIBER TERCIVS *B* 1 lumen *A*, lunę *B* 2 iubar ac ceteris auctor *A* 4 innumeris *BA*, *corr. M*²; in numeris *Peiper* quem *B*, que *A* 5 stellas *AM*², stellis *B* aptans *B*, abstans *A* 6 inmobilesque *A*, immobilisque *B*, immotosque *Arevalo* iubes *BA*, *corr. Arevalo* 7 polos *BA*, *corr. Peiper* 8 praefert *B*, perfert *A* 9 *om. Arevalo, adest in U* 10 coactu *ego*, q(ue) act(us) *A*, queatis *B*¹, *corr. in* -tus *B*² 12 quod *A*, quid *B*¹, *corr. in* qod *(sic) B*² iubet *BA*, *corr. Arevalo* 14—16 *om. U* parant *B*, parent *A* 15 micant *AM*, micent *B* 17 hiemisque *A* fragore *AM*, flagore *B* 18 ignoti violant *U* 20 monitor *AM*², monit(us) *B* 21 specie vel *Arevalo; an* species et ? 23 om(n)ituis *A*, om(n)itus *B*, *correxi;* omnituens *Grosse* 24 Editur *B*, *corr. Arevalo* ab illo *B*, *corr. Arevalo* 25 descendentibus *A*, discedentibus *B* 26 datus *A* 29 amat *B*, *corr. M* aristis *Arevalo*

---

1 *cf. Alcvin. carm. 121, 1* luminis fons, lux et lucis origo 4 *cf. Sedul. 1, 66 sq. lusus verborum iam Lucretianus (2, 1054. 3, 779)* 10 maris totum *universum mare* 11 *Egbert. Leodiens. fec. ratis 1, 1005* laus domino soli, qui condidit omnia solus 19 *Stat. Theb. 5, 387* multa crinitum missile flamma 20 *Prosp. epigr. 101, 1* cultor iustitiae divinae et pacis amator. *cf. Ven. Fort. carm. 3, 22, 5. 6, 1ª, 21. Alcvin. 43, 5. 1, 138 (Koaena, Mon. Germ. epist. III p. 413, 3)* 29 calamos *pendet a* nutrita

usura praestatur edax, centesima grandis
redditur, utque placet vota credentis avari,
debitor exoptat millesima reddere lucra.
non exactorem pudor inprimit aut dolor ullus
afficit exactum: contraria vota duorum
conveniunt solusque dolet captator iniquus
annonae pretiique vorax, inimicus amicis,
omnibus adversus, populis insontibus hostis,
nam sua damna vocat conpendia publica mundi,
nil opibus propriis quacumque ex parte minutis;
extinctam dolet esse famem, bene dives egenus.
semper avarus inops, pauper sub divite nummo
aestuat et custos alieni thuris † odoret.
iudicio punita suo mens semper avara
dat poenas animi, quae se dum nescit amare
diligit heredem, cui servat cuncta fidelis.
nec bona praesentis hic tantum perdere vitae
contingit miseris, perdunt bona cuncta futura:
numquid eris pius, alme deus, iam morte perempto
illi quippe, magis qui proditur impius in se
et sibi vel cunctis solacia tota negavit?
non exempla docent damnati divitis ignes
pauperis et requies, qui post sua membra beatus
Abrahae portante sinu per saecla quiescit?
divitis extincti tormenta exspectat egestas
inmitesque vices alterna sorte rependit.
serica quem tenuis, quem mollia lina gravabant,
qui solet aestivum membris sudantibus ostrum
poscere, deposito confractus murice denso,
cuius et in digitis non sedit crassius aurum
et licet exiguae non ferret pondera gemmae,
inter anhelantes tormenta ultricia flammas
supplicium crudele luens exaestuat ardens

---

33 p(rae)stator *B, corr. Arevalo* certissima B^1, *corr. in* centissima B^2, centesima M^2 34 atq(ue) *B, correxi* ac paret voto *Glaeser* reddentis auar(us) *B, corr. Arevalo* 36 inp(ri)mis *B, corr.* M^2; inficit *Arevalo* 40 adu(er)sis B^1, *corr. in* -us B^2 41 nocat *B, corr. M* publica (b *ex* p *corr.*) B^1 43 Extincta modul(et) *B, corr. Arevalo* 45 custos alieni thuris odoret *sic B;* custos a. ruris et auri *Arevalo; temptavi* captans alieni turis odores 48 Diligat *B, corr. Arevalo* 49 *an* his ? 51 *fortasse* nam quid 53 negabit *B, corr. Arevalo* 54 ingens *B, correxi; possis et* ignis; igni *Arevalo* 57 spectat *Arevalo* 58 uies *B,* uias *M, corr. Glaeser* respondit *B, corr.* M^2 59 quę tenuisq; *B, corr. Arevalo* ligna *B, corr. Arevalo* 60 membrisq(ue) *B, corr.* M^2 63 ferre *B, corr.* M^2

---

33 *ludendo mutat Lucani 1, 181* usura vorax, *ut* edax *sit quae edatur* 38 sqq. *proverb. 11, 26* qui abscondit frumenta, maledicetur in populis. *cf. Ambr. de off. ministr. 3, 6, 38 sqq.* 41 *cf. Ambr. l. l. 41* lucrum tuum damnum publicum est 43 *Paul. Nol. carm. 18, 255* semper dives egenis. *Drac. 2, 780* iam modo dives eget. *Ven. Fort. 4, 26, 150* dives, egenus 44 *Hor. epist. 1, 2, 56* semper avarus eget 47 *Columban. epist. ad Seth. 41* divitias cumulans dum sese nescit amare, plus amat heredem, servat cui cuncta fidelis 51 *Verg. Aen. 6, 163* morte peremptum 58 *Prop. 4, 4, 58* alterna lege repende vices 60 sqq. *Iuv. 1, 28* cum . . . Crispinus Tyrias umero revocante lacernas ventilet aestivum digitis sudantibus aurum nec sufferre queat maioris pondera gemmae 65 *Verg. Aen. 11, 841* nimium crudele luisti supplicium

et tolerat poscitque rogans ardente palato,
ut gelidum digito mereatur lingua liquorem,
sed negat hoc inmane chaos: crudele profundum
(65) dividit inter aquas et saeva incendia mortis,
quae sine fine manent et stant sub perpete nexu.
et miser hic, qui dives erat, non vixit egenter;
vestibus indutus Tyriis processit et ostro,
delicias consumpsit edax, reus inde vocatus,
(70) pauperibus miseris quod trux alimenta negabat,
nam sibi dives erat dapibus conviva repletus.
si tales damnare placet sub perpete poena,
qui sibi, non aliis proprium dependere curant,
quid passurus erit, qui nec sibi praestitit umquam
(75) aut qui aliena rapit praedo temerarius audax,
cuius facta gemens plaudit spoliatus egenus?
hi nam sunt, quos sola iuvant convivia, praedae
gutturis, et ventris curam sine laude ferentes,
ignari quia quisquis erit praesentis amator
(80) vitae animaeque suae, non diligit ille, sed odit:
contemptor vitae magis hic servator habetur.
nil opus est praeferre deo. sententia prisca est:
(83) 'summum crede nefas animam praeferre pudori'.
(—) si maius scelus est animam praeferre pudori,
(84) quam sit grande nefas animam praeferre datori,
(85) demere dum liceat quicquid dedit et cui confert?
ergo deum si verba colunt, et mens veneretur;
nil opus ⟨est⟩ praeferre deo, deus omnis amor sit
ante ⟨artus⟩ animamque; simul conubia natos
postponat mens pura deo totamque salutem
(90) reiciat, contemnat opes, patrimonia damnet,
et securus erit vitae melioris amator
temporibus sine fine datis, sine limite perpes.
quod spectat finem, fragile est totumque caducum.
quam sit insipiens contemnere velle perenne
(95) et modico quaesisse die peritura repente,
Abrahae doceant iam nos exempla parentis,
qui natum senior susceptum tardius unum
spe cito contempsit, iussus produxit ad aram
aptavitque neci nimia pietate cruentus;

---

in C 98

66 poleto *B, corr. M*³ 70 stat *B, corr. M* 77 defend(er)e *B, correxi*; defundere *Arevalo* 80 plangit *Arevalo* 83 Ignaris *B, corr. Arevalo* 88 *om. U* 90 *nolui* libeat 92 est *om. B, add. M*² 93 artus *addidi, om. B*; '*potest etiam* animam ⟨vitam⟩que *ut* 84'. *Bücheler* (con)uiuia *B, correxi* 98 Quot finem expectat *C* 104 cruentu(m) *B, corr. M*²

---

68 *Luc. 16, 26* inter nos et vos chaos magnum firmatum est 72 *v. ind. s. v.* Tyrius 80 plaudit *etiam plaudere, laudare cogitur cum malit plangere* 83 *Ioh. 12, 25* qui amat animam suam, perdet eam et qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam aeternam custodit eam. *cf. Matth. 10, 39. Luc. 9, 24* 87 *Iuv. 8, 83* 89 *cf. 3, 136* 93 *Stat. Theb. 8, 385 (10, 768)* domos conubia natos

nudato mucrone pater, ferus ille sacerdos,
stabat in officio iam iam feriturus amatum
et pius inmitis, non tristis fronte doloris,
non lacrimis udando genas, non unguibus ora
dilacerans: lamenta silent et verbera cessant.
non dat pectoribus, pietas secura minatur
exitium sine morte truci per funera nati,
qui devotus erat, qui ad vulnera colla parabat.
hostia grata iacens et victima mente quieta
displicuit placuitque simul, quia corde fideli
et pater obtulerat nec natus vota negabat.
mox pater omnipotens arietem subrogat aris:
hostia praestatur non orbatura parentes.
si deus ullus erat Saturnus falcifer umquam,
hoc faceret puerosque neci subduceret omnes,
annua quos pietas flebat miseranda parentum,
heu, non orbaret dilecto pignore. natos
qui planctos mortesque facit per sacra rogatus,
nescio si minus est quod deplacandus ademit
quam praestare potest; ⟨quod⟩ si non praestat, et absit.
nam deus omnipotens, verus deus, omnia praestans,
non cupit insontum mortes vitasque nocentum
non cito consumit, veniae dum cuncta reservat.
nam quod Isac iussit pius hostia ⟨patris ut esset⟩,
non crudelis erat concessum auferre parenti
per patris tam grande nefas aut vota probare
censuit amborum (non est temptator habendus)
aut ignarus erat, quem mens humana lateret
(cum ratione iubet fieri, quaecumque iubebit),
sed voluit monstrare deus, qua mente rogetur,
qualiter omnipotens se vult et iussit amari.
ostendit cunctis, ut nil praeponier umquam
debeat aeterno domino, qui cuncta creavit,
cuius amore pio sunt contemnenda pericla
vel quaecumque placent animis et quicquid amatur.

---

in A 125–7

108 undando *V* 109 Dilatans *B, corr. Arevalo;* dilanians M^3 110 peccatoribus *B, corr. Grosse* 111 morte crucis *B, corr. Arevalo* funere *B, correxi* 112 Quid uotus *B, corr. Meyer* 121 pignore natos *sic B,* matres *Arevalo qui et* patres; pignore natis. *Bücheler* 122 planctus M^3 sera *B, corr. Peiper;* saeva *Glaeser* 123 Nescio s(ed) minus e(st) a quo deplacunt(ur) ademit *B, correxi* 124 potest si *B; interposui* quod adsit *B, corr. Glaeser* nescio sed minus est, quia d. a. quod p. p., quam si non praestet et adsit *Traube* 126 Nam caput insonti *A* 127 Non cito non sumit *A* 128 *non plenus in B, explevi ego* 130 uita *B, correxi cf. 3, 708;* iura M^2 134 quia mente *M* 136 p(rae)pone-re(ent) *B, corr. Arevalo*

---

108 *Verg. Aen. 11, 86* pectora nunc foedans pugnis, nunc unguibus ora 110 *Verg. Aen. 12, 760* minatur | exitium 118 *Commod. instr. 1, 4* Saturnusque senex si deus, deus quando senescit? aut si deus erat, cur natos ille vorabat terroribus actus? sed quia deus non erat ille, viscera natorum rabie monstruosa sumebat. *cf. Prud. c. Symm. 2, 296 sq. Drac. V 148 sqq.* 126 *ad 1, 29* 131 *Iacob. 1, 13* nemo cum temptatur, dicat quoniam a deo temptatur; deus enim intemptator malorum est, ipse autem neminem temptat 136 *cf. 3, 86. 89. 92*

sic iactura fiat: praestat compendia damnum;
temporis exigui si sint dispendia vitae,
semper et aeternae felicia lucra dabuntur.
nec nudo sermone decet promittere tanta.
quid pater Abraham, quid Isac meruisse leguntur?
horum posteritas replevit gentibus orbem.
barbaries nec sola datur de germine iusto,
et Romana manus hoc est de sanguine fusa.
dat maior gentile genus germanus et hostis
et minor eduxit nos munera pacis amantes.
subiciat quisquam: 'sanctorum vera propago
pacis amatores merito iusteque creavit;
numquid et inmites, qui gaudent sanguine fuso,
debuerat proferre simul feritate cruentos?'
haec illum responsa domant faciantque silere:
non agnoscit iners animi, rationis egenus,
tempora quod mundi rebus sunt capta duabus:
aut pax est aut bella fremunt; quicumque duorum
alterutrum mos tempus habet, nec tertia res est
tempora quae teneat. dedit ergo tempora princeps
omnia perpetui generi manifestius Isac.
aetatem mundi retinens descendit origo,
continuans dominata manet per saecula mundi.
nec tempus retinet tantum, spatiatur in orbem,
qua profert tollitque diem sol luminis index,
qua nescit lustrare polos, qua flammeus urit
imperat et pelago; caelum possedit origo
sancta prophetarum, tenet et loca magna piorum:
omnia possedit benedicti lata propago.
sed nec solus erat, quem spes secura futuri
egregie faceret praesentem temnere vitam.
ignea tres pueros fornax exceperat ardens
nomine pro domini; sed mox tepuere calores,
frigidus ignis erat, gelidis incendia flammis
mirantur cecidisse, simul non fervor anhelat
torridus aut aditum lambebat flamma camini.
crinibus ignitis ieiuna alimenta recusant,
fastidita fames, reiecto fomite pingui
non fuit ignis edax: quem roris spiritus afflans

---

140 Si *Arevalo,* Sin *Glaeser* dapnu(m) B^1, *corr.* B^2 142 Semper at *Arevalo* 145 replebit *B*, *corr. Arevalo* 154 faciuntque M^2, doment faciantque *Arevalo* 156 apta *coni. Arevalo*, pacta *Peiper* 156 duob(us) *B*, *corr. Arevalo* 158 mox *B*, *correxi; hoc servato* quodcumque *Arevalo (non U)* 159 teneant *B*, *corr. Arevalo* 160 perpetui *iunge cum* Isaac; perpetuo *Arevalo* manifestus B^1, *corr.* B^2 164 Qui *B*, *corr. Arevalo* 165 qua(m) fla(m)meus *B*, *corr. Arevalo* 169 queș spes *B*, *corr. M* 170 Facer(et) ęg(re)gię *B*, *corr.* M^2 176 recusat F. f. *Arevalo* 177 formite *B*, *corr. M*

---

143 nudo *exemplis non allatis* 152 *Lucan. 4, 278 (cf. 2, 158. 439)* gaudebit sanguine fuso. *cf. Commod. apol. 176* 157 *v. sat. 257 cum adnotatione* 171 sqq. *Daniel 3, 23 sqq. Sedul. 1, 197 sqq.* 175 *Sedul. 1, 205 clausula* flamma camini 178 *Dan. 3, 49* angelus ... excussit flammam ignis de fornace et fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem et non tetigit eos omnino ignis neque contristavit nec quidquam molestiae intulit

imbrifer extinxit mitissimus angelus intrans,
cuius erat similis divinae prolis imago.
non vestis flammata viris, non crinis adustus,
pruna nec extremae laesit vestigia plantae
conculcata licet totiens gradientibus illis.
illaesos pueros expavit Persa tyrannus:
'egrediantur' ait dominum confessus eorum
plenius atque suum solium iubet omnis adoret
Parthicus imperio subiectus regis et aulae. —
saeva Danielem rabies atque ora leonum
non tetigere pium, cui destinat insuper escam
magna dei pietas, ieiuno utroque leone.
quis petit et vixit venator inermis harena?
amphitheatrales qui non tremuere furores,
cum crepitante sono productor verberat auras
(longius assistens Massylum ex arte lacessit
lintea fluxa trahens venabula longa tenenti
poplite subnixo, dura sub pelle lacerto,
inguinibus strictis, sinuato pectore nisa),
cum residens caveis inter spectacula festa
vota facit populus, ne † valida bestia † nota
† sanguinis ab ore † farte facies in morte ruborem?
quando duos pariter suscepit harena leones
praesidio sic apta fugae, spatiosior orbis,
clausa patensque simul bis seno cardine verso?
hinc vir adest atque inde fera, stans unus ad unum;
hinc armata manus ferro, hinc dentibus ora.
et tamen auxilio supra caput inminet alter,
morsibus inlisis ne bestia membra iacentis
vexet et horrorem faciat dilecta voluptas.
quis, rogo, tam saevas rabies compescere vindex
armatus praesumpsit homo? clarissimus ille
Alcides, quem monstra ferunt domuisse nefanda,
qui virtute polos meruisse est dictus et astra,
vix unum extinxit captum per colla leonem,
si tamen hunc verax per saecula fama locuta est.
sed hic plena fides hominis pietate Tonantis

---

in C 210. 212

181 uentis *B, corr. Arevalo* 183 gracientibus *B, corr. M* illic *B, corr. U*¹ 186 solu(m) *B, corr. Arevalo* 190 leonẽ *B, corr. Arevalo* 191 arenam *Arevalo* 193 u(er)b(er)(et) *B, corr. Arevalo* 197 sinuato *ego*, muto *B*, mutato *M*³, munito *Bücheler* uisa *B, corr. Glaeser* nudato pectore sursum *Arevalo*, nudato pectoris usu *Peiper* 199 pop(ul)is *B, corr. Arevalo* ne ualida belua nota *B*¹, bestia *pro* belua *substituit B*² 200 Sanguinis ab ore farte facies *B* valido ne bestia morsu Sanguinis humani sanie perfusa madescat *(versus 200 in U non plenus adest) Arevalo*, valida ne bestia uotum sanguinet ore fero faciens in m. r. *Glaeser*, valida ne bestia mala Sanguinem ab ore ferat faciens i. m. r. *ego*, ne valida bestia notas Sanguineas referat *(cf. Claud. 4, 10)* faciens i. m. r. *Bücheler* 202 si capta *B, corr. Peiper* 205 arm(en)ta *B*¹, *corr. B*² 208 faciet *B, corr. M* uoluntas *B, corr. Arevalo* 211 quę *B, corr. M*¹ 212 uirtute sua polos *C* 214 huic *U*

---

180 *Dan. 3, 92* 193 *Verg. Aen. 5, 377* verberat ictibus auras 195 tenenti *pendet ex* assistens 196 *Ov. met. 7, 191* in dura submisso poplite terra. *cf. Val. Fl. 6, 245 Hor. sat. 2, 7, 97* 203 bisseno *cf. Auson. 408, 11 Cassiod. var. 3, 51, 4* 205 *Ov. met. 8, 429* insignia dentibus ora

exegit virtutis opus, miracula summa.
ille dei famulus fuerat, non forte Dianae,
quae solet insontum fuso gaudere cruore,
sanguinis humani numquam satiata catervis
(215) hospitibus caesis; humana tabe madescens
Taurica per Colchos crudelis virginis ara. —
Petrus apostolico digne subnixus honore,
discipulus domini, crucis almae signifer et dux
gentibus innumeris positus sub lege fideli,
(220) retia post pelagi vilissima piscis aquosi
praeco dei sollers et veri dogmatis index,
ianitor aethereus vel primus in orbe sacerdos
temporibus placidis Christo regnante, tonanter
quanta docens populos turbis miracula fecit,
(225) inpendens Asiae nulla mercede salutem
Europaeque simul, nixus virtute magistri?
et ne Roma diu nesciret munera Christi,
hanc Paulo comitante petit, pia iussa sequendo.
exorat precibus magicum per celsa volantem,
(230) Simona mendacem sternit spectante Nerone:
ficta dei proles nimia est conlapsa ruina.
sic imitatorem sed non imitabilis ignis,
fulmina mentitum percussum fulmine vero
sacrilegum cecidisse ferunt Salmonea regno.
(235) ecce quid alma fides exegit ab arce Tonantis,
ut vitas mortesque daret sermone fideli.
mors cita, vita redux verbo mandante cucurrit:
naturae famulatus adest servire paratus,
obsequitur dominique vices cognoscit agentem.
(240) exigit hoc semper spes, sors pia, vita fidelis;
247 omnia nam constat precibus cito posse mereri
246 vivere quos libuit sub tali tramite vitae.
248 quid? si cuncta velim miracula currere sollers,
non mihi sufficient mortalis tempora vitae,
(245) multa licet maneant sub quovis limite longo.

---

in C 216—18. 248—49

216 Exigitur *C* 218 insonte *in* -tu(m) *corr. C* 220 madescit *Glaeser* 222 dignę *B* 229 ducens *B, corr. M²* 231 Europeque *B, corr. M* 233 petet *B, corr. M²* 234 magnum *B, correxi;* magum *Arevalo* 235 Symona *B* 238 culmine *B, corr. Arevalo* 239 fer(et) *B¹, in* fer(un)t *correxisse videtur B², certe* ferunt *legit M* 245 vox pia *Arevalo* uota *U* 246 *sq. versuum ordinem correxit Arevalo* 248 Qui *B,* Nam *C,* Quid *ego,* Quin *Glaeser,* Quod *Arevalo* sollers *CM²,* soleas *B*

---

218 *Cassiod. var. 5, 42, 2* Scythicae Dianae..., quae sanguinis effusione gaudebat 221 *Ov. trist. 4, 4, 63* Taurica ... ara deae 225 *Verg. georg. 4, 234* sidus ... piscis aquosi 231 *acta apost. 3, 12* 235 *cf. index s. v.* Simon 236 *acta apost. 8, 10 de Simone* dicentes 'hic est virtus dei quae vocatur magna' 237 sqq. *Verg. Aen. 6, 585* vidi et crudelis dantem Salmonea poenas, dum flammas Iovis et sonitus imitatur Olympi... demens qui nimbos et non imitabile fulmen ... simularet..., at pater... telum contorsit ... praecipitemque immani turbine adegit. *cf. Manil. 5, 91 sqq.* 240 *ad 2, 684* 248 *Sedul. carm. 5, 436* si cuncta sacris voluissent tradere chartis facta ... nec totus cingere mundus sufficeret ... libros.

sed si forte legat haec carmina nostra profanus,
quem lateat lex sancta dei, ne incredulus extet,
impendat quid pura fides, praesumptio simplex,
nec tamen aeternum modico pro tempore quaerat
et neget Abraham tantum fecisse beatum
vel quoscumque docet sancta scriptura fideles:
historias curram Danaum gentisque Quirini,
qui pro laude sua vel qui pro regno alieno
mentibus infectis animosae cladis amore
ausi omnes scelerare manus de morte suorum
aut certe de strage sua. Menoecea Creontis
Statius ostendit quia fuso sponte cruore,
ut pater orbatus furiarum regna teneret,
Thebanos proprio perfudit sanguine muros.
si consanguineos scelus est iugulare propinquos
et furiale nefas: in se convertere ferrum,
hoc facinus nec nomen habet. sed nemo profecto
miretur hominum tam saeva piacula gentis:
non aliter potuit sceptrum transire profanum
ad successores quod gesserat Oedipus umquam
(nam ferus ipse Creon Iocastae proximus heres
et germanus erat); quasi lex est ipsius aulae
criminibus lacrimisque ducum sua regna dicare. —
Codrus Apollinei tripodis responsa petivit:
accipit infelix, alieni causa triumphi,
vestibus indutus famuli post arma tyranni.
nam cui bella negant, fecerunt iurgia mortem;
induviis mors est inopem simulare tyranno. —
ausa Leonidae nocturnaque bella legantur.
castra inimica petens invasit nocte silenti
et fuit una cohors tantum munita tenebris.
nox erat umbo viris, manus haec confisa periclis,
spe mortis praesumpta suae; qui luce repulsa
millenos petiere viros spernendo salutem.

---

251 ne forte *B, correxi* 252 nec incredulus *B, correxi*; nec credulus M^2 257 currant *B, corr. Bücheler,* currat *ego (cf. 279)* 258 Quid *et* quid *B, corr. Arevalo* 260 Aut si *B, corr. Arevalo* 261 me necea B^1, *coniunxit* B^2 262 qui fuso *Arevalo* 264 Te uanos *B, corr. M* 266 ferum *B, corr. M* 270 hidippus *B, corr.* M^3 271 p(ro)cimus *B, corr.* M^2 273 ducare *B, corr.* M^2 274 apolline *B, correxi*; Apollineae M^2 *VRU Arevalo Glaeser* retibit *B, corr. Peiper*; reciuit M^2 277 negat *B, corr. M* iuria *B, corr.* M^3 278 In dubiis *B edd., corr. Grosse* 279 leguntur B^1, *corr.* B^2 282 umbo *om.* B^1, *add.* B^2 confusa *B*, confisa *Glaeseriana errore typographi, at recte*

---

253 *ad 2, 684* 260 *Verg. Aen. 6, 624* ausi omnes inmane nefas. *3, 42* scelerare manus 262 *Stat. Theb. 10, 756 sqq.* 263 orbatus *cf. Stat. Theb. 10, 708* ne perge meos orbare penates 264 *Stat. Theb. 10, 777* sanguine tunc spargit turres et moenia lustrat 267 *2, 568* infandae . . . et sine nomine culpae 277 *Verg. buc. 5, 11* iurgia Codri 279 *sequitur Dracontius non Herodoteam (7, 223), sed Diodoream (11, 9 sq.) narrationem atque hanc ex Trogo Iustini haustam (2, 11), cuius pars nunc periit. certe ad v.* 283 *conferenda sunt verba Iustini (2, 11, 16)* se pugnare non spe victoriae, sed in mortis ultionem. *cf. Oros. 2, 9, 8 sqq.* 280 *Verg. Aen. 9, 315* castra inimica petunt

invadunt populos, obscura strage cruentant;
dum nescit quemcumque ferit quicumque repugnat,
obtruncat socium, carum prosternit amicum,
amputat ignarus fratrem iugulatque propinquum.
dum pater obscura defendi nocte putatur,
sic ibi procubuit nati pietate peremptus;
viveret et vitam longo produceret aevo,
ni sobolem genitor nimiae pietatis haberet.
foedera naturae rumpuntur crimine sancto,
nec reor esse nefas Persis occidere patres,
quos sua iura probant thalamis asciscere matres. —
ara Philaenorum Libycas possedit harenas
limitis exusti, fratrum memoranda sepulcra;
extiterunt aliis tamquam sibi mentis avarae.
nec caespes fecundus erat, sed limes adustus:
solverat in cineres coctas plaga fervida glebas,
hinc sitis inde fames steriles retinebat harenas;
portio telluris tantum concessa Medusae,
solis adusta rotis, nigris infecta venenis,
ignibus aethereis, gelidis obsessa cerastis;
inter serpentum glacies atque aeris aestus
ignorat mutare vices per tempora tellus,
puniceum retinens ingenti sole ruborem.
illic securi spatiantur ubique chelydri,
defendit quos flamma nocens vel nulla potestas
est ibi sertorum, quorum sub iure tenentur.
quid facerent fratres, si florea rura petissent,
si tellus fecunda foret nimis ubere glebae
aut si vipereis non esset noxia tellus
flatibus et nullas mandarent sibila mortes?
nonne per extremos issent, qua flammeus axis
extendit vel zona polos rubicunda calore
aut hiemis glacies aeterno frigore tristis,
semper anhelantis torpens ignara vaporis?
haec plaga germanos numquam prohiberet euntes,
limite sed posito niveas mensura pruinas
finderet et Scythicas retineret facta paludes. —

---

286 quem quisque ferit cui quisque *Arevalo* 289 pates *B, corr. M²* 290 Sic ubi *B, corr. Arevalo* 293 Fęd(er)a natura reru(m) punitur *B, corr. Peiper* 294 pares *B, corr. M²* 295 mat(er) *B, corr. M²* 296 philenor(um) liuicas *B* 297—301 *om. U* 298 Extiterant *M³* 299 facundus *B, corr. M²* 300 cocta(m) *B, corr. M²* 307 rubore *B, corr. M* 308 Illi *B, corr. Arevalo* celsydri *B*, celydri *V* 309 vel *Glaeser*, ut *B* 310 Et sibi sertor(um) *B, ubi* sertorum *scripsit B² in lacuna relicta; corr. Glaeser* 312 minis subere *B, corr. M² et M³* 314 montes *B, corr. M²* 316 uelut zona *B, corr. Peiper,* qua *M³* colore *B, corr. Peiper* 318 torpet *Arevalo* 321 Finder(et) esquaticas *B*; et *add. M³*, scythicas *R²* tacta *B, correxi;* tracta *Arevalo*

---

293 *Carm. adv. Marc. 1,20* foedera naturae transcendere 294 *contra Herodot. 1, 137* 296 sqq. *Sall. Iug. 19, 3. 79, 5 sqq. Val. Max. 5, 6 ext. 4 Mela 1, 38* 303 *Verg. Aen. 7, 341* Gorgoneis ... infecta venenis 306 *Hor. carm. 4, 7, 3* mutat terra vices 311 *ad 1, 355* 312 *Verg. georg. 1, 67* at si non fuerit tellus fecunda. *Aen. 1, 531* ubere glaebae 320 *Verg. Aen. 12, 898* limes agro positus

quae Romanus amor patres inplere coegit,
dicere si valeam, vero sermone probabo.
optima nam vindex exempla ac pessima Brutus,
horror amorque novus, civis pius, impius auctor,
iure pater patriae, natis et regibus hostis,
atque pudicitiae laesae castissimus ultor
post regale nefas, quod castae ingessit adulter,
latro maritalis, genialis praedo pudoris:
quod scelus admisit, postquam fera regna tyranni
expulit et gemino praestrinxit consule Romam
annua festivis disponens fascibus acta?
regia bella gerens naturae bella peregit,
membra cruore suo perfudit ab hoste reversus
consul et in sobolis vertit pia colla secures
hostibus aptatas, funesta fraude profanas,
civibus hostiles orbatricesque suorum.
ibat in exequias iuvenum execranda senectus:
unus erat vitae natorum et funeris auctor.
hoc scelus admissum? tam saevo crimine non est
dulcis amor patriae, qui patrem fecit amarum
aut fecit non esse patrem iam prole perempta
pro quibus arma tulit, hostes qui in pignore praebet. —
alter erat senior, qui natam perculit ense.
quando dolens genitor planctus de pignore fecit?
adfectus perimit, ne condemnanda libido
tolleret ingenua cum libertate pudorem.
causa pudicitiae naturae iura diremit,
libertatis amor vicit pietatis amorem.
inmemor hinc generis factus, non inmemor Vrbis,
sanguinis oblitus fecit de patre novercam.
virginis eximiae pater impius esse recusat,
ne sit avus famuli; pondus dicionis honestas
extimuit, formido fuit lasciva voluptas
illicitosque toros obsceno crimine captos
horruit iratus: gemitus virtute doloris
fudit virginei truculentus funeris heres,
libertatis honos solacia planctibus egit.
militis armati tantum potuisse dolorem
miramur populi, quia captus amore pudoris

---

324 brucus *B* 325 Oror *B, corr. M*³ cui(us) *B, corr. M* 327 castissimus auctor *B, corr. Arevalo* 328 caste *B, corr. M*³ 329 1ã maritalis *B, correxi* (*olim* Fama) 334 perfundit *B, corr. M*³ 335 Consul(et) (et) sobolis *B, corr. M*³ 343 *cave conicias* pignora praebent *B, corr. V* 344 natu(m) *B, corr. Arevalo* 346 P(er)imit affectus (adf. *B*²) *B, corr. Arevalo* conde(m)pn(a) liuido *B, corr. M*² 347 ingenua *M*³ ingendia *B* pudore *B, corr. M* 349 uincit *B, corr. Arevalo* 351 parte *B, corr. M* 353 famulus *B, corr. Arevalo;* famulis *Glaeser* 356 iratos *B, corr. Arevalo* 357 Fundit *B, corr. Arevalo* heres *om. B*¹, *add. B*² 358 honus *B, correxi*, opus *Arevalo* 360 Mirantur *M*²

---

328 *Liv. 1, 59, 1* regiam iniuriam *et 3* scelus regium 339 *Ov. epist. 7, 134* nati funeris auctor eris 343 *nimius Bruti amor patriae ex filiis sibi fecit hostes. cf. Rom. V 7* necare, pro quibus arma tulit *(95)*

hostis erat generis, prolis mors, sanguinis haustor. —
quid Torquata manus? nato pro laude periclum
intulit ostendens, quae sit censura parentis.
nam nec culpa fuit. patriae pugnando triumphum
(355) vulneribus dedit ille suis, quibus hoste perempto
contigit extingui, tamquam superata iuventus.
quamvis nemo suas stravit post bella cohortes,
reliquias gladii gladio fervente necavit,
addo, quod invictum dantemque ex hoste tropaea
(360) moenibus ereptis patriae de clade duelli.
quis, rogo, dux princeps umquam est victoribus ausus....
aut quis adoratum populo laudante per urbes
inter victrices audax post bella cohortes
atque triumphales post horrida proelia currus
(365) percuteret sublime caput, lamenta triumphis
iungeret et laetis misceret tristia rebus?
oppressit votiva dolor, festiva recedunt,
publica funereo turbantur gaudia luctu.
paenituit vicisse ducem, cui gloria mortem
(370) intulit, et miles bellorum prospera flevit.
dum lueret victor poenas virtutis honestae,
maxima iustitium victoria grande paravit.
vindicat hostiles gemitus fera dextra parentis,
sanguinis ingessit pietas inimica dolorem;
(375) barbara quem rabies hostili cuspide missa
(—) si fudisset atrox, res publica tota doleret,
(376) pullati proceres, vadimonia nulla fuissent,
crinibus effusis lacerasset pectora palmis
inlustris matrona dolens, plebea lacertos
scinderet ungue secans vultus pia turba modestos;
(380) ut quondam Iliades fleverunt Hectora matres,
nympharum ceu turba suum tunc planxit Achillem,
ut Brutum planxit maesta cum plebe senatus
(non aetas, non sexus erat qui funus acerbum
non gemeret reputando suum): Torquata propago
(385) sic est plancta diu scelere prostrata parentis. —
Scaevola, flammipotens, dextrae cum temneret ignis,
constituit punire manum, licet ipse fefellit,

---

361 sanguinis hostis *B, corr. Arevalo* 367 sua stravit *B, corr. Arevalo* 368 gladiis *B, correxi* cladis *Arevalo* feriente *idem* necabit *B, corr. Arevalo* 369 trophea *B* *videtur post v.* 371 *unus excidisse versus, vix enim sufficit cum Arevalo corrigere* dux poenam *vel, ut feceram, ante* umquam *interponere* vim 375 percutere *B, corr. M²* triumphus *B, corr. M²* 377 dolo *B, corr. Arevalo* 380 fleuit *M²*, fleuę *B* 381 honeste *B, corr. M* 382 uirtutu(m) *B¹*, iusticiu(m) *B²* 384 pietatis *B, corr. M²* 386 *om. U* puplica *corr. in* publica *B¹* 389 mat(er)na *B¹, corr. B²* plebeia *M²* 391 iliades *M²*, illa dies *B* flever(it) *B, corr. M²* 392 *nolui* seu achilles *B, corr. M²* 397 Scebola *B* dextram *Arevalo* (con)temp(er)e dignus *corr. in* -is *B, correxi*

---

376 *Ov. fast. 6, 463* miscentur tristia laetis 387 *Iuvenal. 3, 213* pullati proceres, differt vadimonia praetor 390 *Stat. Theb. 6, 625* ora ... ungue secat 397 *Val. Max. 3, 3, 1* perosus ... dexteram suam, quod eius ministerio in caede regis uti nequisset. *Mart. 1, 21, 7* maior deceptae fama est et gloria dextrae: si non errasset, fecerat illa minus

non manus audaces animos: plus praestitit error,
ut sine morte ducis vir tantum laudis haberet.
(390) non Romana nurus doluit per bella maritum,
non genitor natum planxit, non nata parentem,
non orbata parens deflevit funera nati
nec germanorum mortem flevere sorores.
nec bellum pax ulla ligat pretiumve redemit:
(395) una manus tantum bellum compressit inermis. —
quid Romanus eques? vasto telluris hiatu
praecipiti iactu demersus sponte per umbras
Curtius ingemuit, cum vivum terra cadaver
sorberet armato deterrens funere manes.
(400) fortis et incolomis populo mirante sepultus,
vir galeatus adhuc ferrato pectore visus
inter Tartareas sic descendisse tenebras.
pallida gens Erebi, poenarum portio tristis,
tertia sors, quae lucis inops damnata laborat,
(405) credidit Alcidem praedam repetisse secundam
aut alium vatem casus renovasse sinistros,
Amphiarae, tuos, quem perfida vendidit uxor. —
quid Romana fides? legatio Punica missus,
terror Agenoridum, maior Carthaginis hostis,
(410) Regulus inplevit, horrendae mortis amator,
odia: constipans magnum cum plebe senatum
conpulit infelix ad inexorabile pactum,
(413) captis lege data Poenorum in viscera ferrum
(—) per iugulos transire suos et pectora dura.
(414) inmemor uxoris natos contempsit et Vrbem,
(415) libertatis opem, nec ferrea vincla tenebant
captivum tunc forte ducem; iam liber agebat
inter patricios, praetores atque tribunos
plebis adorandae, domuit quae viribus orbem.
institit occidi, ne esset post bella superstes
(420) hostis Elissaeus, quem par fortuna tenebat
cum duce Troiugenum; qui tempta luce reversus
in sua membra furens tormentis intulit artus,

---

404 mortes *Arevalo* 408 dimersis *B, corr. M²* 409 Cercius *B, corr. M²* 410 Sorbuit *M³* de torrens *B, corr. M* 412 corpore *M* 413 In *B*, Inter *M²* 417 reuocasse *M* 418 Amfiara (et) uos *B* 420 Terror (a *add. B²*) genitori du(m) *B, corr. M³* 422 Otia contemnens *Arevalo* (con)stinans *B*, constituens *M²*, *correxi* 424 pęnar(um) *B, correxi* 425 *om. U* t(ra)nsire (et) uos *B, corr. Grosse* 426 urbes *B, corr. Arevalo* 428 tum *RU* 430 domuitq(ue) *B, corr. M²* 431 nec esset *B, corr. M²* 432 eliseus *B* pari fortuna tenebant *B, corr. M²*

---

403 *cf. 2, 130* 407 *Sil. 9, 540* vasto telluris hiatu, *v. ind. sub* hiatus, *imprimis Stat. Theb. 8, 19* novo ... telluris hiatu 409 *Stat. Theb. 7, 821 Amphiaraus* respexitque cadens; caelum campumque coire ingemuit 410 *Stat. Theb. 8, 3* armato turbavit funere manes *Amphiaraus* 414 *Stat. Theb. 8, 4—20* 421 *Sedul. carm. 4, 93* nigrae mortis amator. *Aldhelm laud. virg. 2756* taetrae mortis amator 423 *Verg. georg. 2, 491* inexorabile fatum pactum *est hoc ut ferrum, quod lege lata in Poenos captos stringitur, ipse lator legis in se converterit* 426 *Sedul. carm. 1, 283* in urbem, libertatis opem 433 *Claud. 15, 78* voluit contempta luce reverti Regulus

pervigil extingui gavisus lumine nudo,
ut plus terreret Tyrios de morte minaci
(425) quam gladiis, cum bella daret pugnamque cieret:
mox senis emeritum formidavere cadaver. —
intemerata fides ad quae fera bella Saguntum
conpulit atque famem vel saeva incendia mortis?
Hannibal inclusis nullo surgente reatu,
(430) praeter quod fuerant Romanae gentis amici,
crimen amicitiae reputans, pro laude periclum
intulit et poenas exegit ab urbe fideli,
perfida quas lueret sub iusto vindice turba.
intoleranda semel toleravit mensibus octo;
(435) quae nec sponte fidem violat nec clade coacta,
victa caterva fame: gladios ut vinceret hostis,
incendit patriae populos cum moenibus urbis
et sibi dat cum morte fugas; secura sepulcri
poscit ab igne neces, hostis sua iure triumpho
(440) subducens et colla iugo: rogus omnibus unus,
moenia sunt patriae tumulus, cinis omnibus unus. —
sic Numantini pro libertate cremati
in cineres iacuere suos cum moenibus urbis.
nec iuga Romani fuerant metuenda senatus:
(445) parcere victor amat, sed debellare rebelles
urguet et hortatur; veniam donare suevit;
pacis et armorum similes portasse triumphos,
invenisse magis, cui dent post bella salutem
quam bellis punire volunt. sic ⟨urbs⟩ tamen illa
(450) libera conspirans flammis civilibus arsit,
non iram metuens clari post bella senatus,
sed veniam: qui liber erat, servire recusat,
nec pavor est ⟨mortis⟩, dominatio sola ⟨timetur⟩
mentibus ingenuis necdum speraverat ullus
(455) quae nos aeternae speramus munera vitae. —
sed ne forte viris tantum data verba putentur
et quasi sexus iners, fragili sub corpore mollis
laudis onus metuens, ne sit sibi fama superstes
tormentis quaesita suis, aeterna recuset
(460) plurima dona dei — laudis mala femina summae

---

439 adq(ue) *B, corr. M²* sagunt(ur) *B, corr. M²* 441 inclusos *B, corr. Arevalo* inclusos nullos urgente *Bücheler* 442 fuerat *B, corr. M* humanę *B, corr. Glaeser* 443 amicitiam *Arevalo* 445 iudice *B, corr. Arevalo* 447 Qui *B, corr. Arevalo* sponteride(m) *B, corr. Arevalo* 448 cat(er)uę ame *B, corr. Glaeser* 450 fugos *B, corr. M³; faces vel* fugam *Arevalo* 451 ab igneces *BM, corr. V* iure *B,* iura *MVRU* 453 *om. B¹, add. B² in margine* patria (et) *B, correxi* omnibus ignis *MVRU* idem *Arevalo* 454 Signu(m) antim *B, correxi* cremat *B, correxi* 457 rebellare *B, corr. M²* 460 Invenire *B, corr. Arevalo* 461 uellis *B, corr. M²* urbs *om. B, add. Arevalo*; vel sic *Glaeser* 462 assit *B, corr. Peiper,* ussit *RU* 465 mortis *om. B, addidi* dominati *B, correxi* timetur *ex. gr. addidi, om. B* 466 nec separant ustū *(? corr. in* ullus *B²)B, correxi* (nec tum *mavult Bücheler*) 470 Laudisonos *B, correxi;* Laudis opus *Arevalo,* laudis inops *Peiper* 471 quesitas uita ęina *B, corr. Glaeser*

---

450 *Stat. Theb. 12, 781* secure sepulcri 457 *Verg. Aen. 6, 853* parcere subiectis et debellare superbos. *cf. Cic. off. 1, 35 Coripp. Ioh. 2, 360—8. 4, 343 sqq. 6, 425* sqq. 467 *cf. Rest. Help. de Jesu benef. 149* iustitiae sperantes munera vitae. *cf. Aldhelm. laud. virg. 790*

materiem retinere potest; audacius illis
deprensis nihil est, animos de crimine sumunt
datque nimis grandem mulieribus ira furorem.
unde igitur furiale nefas assumere possunt,
(465) inde pios animi rapiant sub pectore motus
et faciant quod honesta decet, quod fama pudoris
exigit et vitae prodest sub laude futurae.
(468) Iudith Holofernem castissima finxit amare
(—) et sibimet peperit de ficto crimine laudem
(469) castra ducis metuenda viris ingressa virago.
(470) inter belligeros fremitus et tela cruenta,
inter et ensiferas saevo sub Marte catervas
ingreditur vestita fide, munita pudore
et quod tanta manus non est adgressa virorum,
nocte sub obscura perfecit femina sola
(475) et duce truncato viduavit castra tyranni,
quae caput ad patriae proceres portavit et urbis
civibus una dedit cum libertate triumphum.
femineo mucrone perit dux fortis et audax,
quem non bella domant, domuit promissa voluptas;
(480) haec sperata licet, non est perfecta libido
et certae noctis poenas persolvit adulter
inpollutus adhuc nullo sub crimine facti. —
femina prima ducum Nino viduata marito
invasit thalamos et regnum prolis amatae
(485) (exhibet infelix incesto pectore matrem
et sibi socrus erat fili turpissima coniux);
bella diu gessit iuvenem mentita sub armis. —
quis neget et Scythicae Tamyris crudelia bella
cum duce Persarum Cyro sub fraude peracta?
(490) ultrix facta sui post tristia funera nati,
cum regale caput demissum sanguine multo
clausit in utre cruor, quem mens furiata dolore
fuderat innumera iuvenum cervice recisa. —
casta quid Euadne fecit Capaneia coniux?

---

in C 480—1. 483. 485—6. 489—90

474 Dep(re)hensis *B, corr. R* 476 furię *B, corr. M*^{3} 478 faciant quid *B, corr. Arevalo* 479 *in* laude B^2 *aut addidit aut refinxit* au 480 Iudith oloferně aptissima *(corr. in* capti- B^2*)B,* castissima *CM* Iudit holoferni castissima finexit amorem *C* 481 *om. U* fincto *C* 483 Ingreditur inter belligeros *C* 484 sensiferę *(corr. in* ens- B^2*)B, corr. Arevalo* cateruus *B,* -uę *M, corr. Arevalo* 485 fidē uita pudore *C,* fide uestita pudore *M* 486 Et quod manus tantum aliorum non *C* non *om.* B^1*, add.* B^2 489 patrie *C,* patre(m) *B* urbem *C,* urbes *B, correxi* 494 certe *B* 496 Nino *Arevalo* (*voluit* Semiramis dulces Nino), uno *B* 501 neg(et) exquitice tamhir(us) *B, corr. M*^{3} 502 cyro M^2, quiro *B* 504 dimissu(m) *B, corr. Glaeser,* demersum *Arevalo* 505 dolore M^2, dolo *B* 507 Casta q(uo)d *B, corr. Glaeser* capanea *B, corr. M*^{3}

---

473 *Iuvenal. 6, 284* nihil est audacius illis deprensis: iram atque animos a crimine sumunt. *Orest. 234* audaces animos de crimine sumunt 484 *Stat. Theb. 4, 321* et ensiferas inter potes ire catervas 488 *Paul. Nol. carm. 26, 165 Iudith* barbara truncato victrix duce castra fugavit 496 *Iustin. 1, 2 Oros. 1, 4 Ampel. 11, 3; Semiramis in chronicis sim. prima inter reges numeratur femina* 497 *Verg. Aen. 6, 623* thalamum invasit natae 501 *Herodot. 1, 214 Val. Max. 9, 10 ext. 1 Orest. 427 sq.* 507 *Stat. Theb. 12, 545* Capaneia coniunx. *de re Stat. Theb. 12, 797—803. Orest. 442 sqq.*

dum post sulphureos iaculati fulminis ictus
ignibus appositis arderent ossa mariti,
conscendit mors viva rogos. viduamne vocamus,
quae simul infernam cum coniuge venit ad urbem? —
dives Dido fugax extincti coniugis ultrix
urbis Elisaeae perfectis moenibus amplae
ipsa pyram manibus propriis construxit ut aram,
quam pedibus furiata suis conscendit et arsit.
impulit ad flammas adcurrere funera viva
aut amor Aeneae, veniens aut terror Iarbae. —
quid formosa nurus populo spectante pudica
post maculam thalami Lucretia casta peregit,
quam tulit infelix alieni poena furoris?
ut rea procubuit nullo surgente reatu,
concidit ense suo, mansitque superstes adulter,
qui solus feriundus erat mercede pudoris. —
milia femineis numerantur ubique catervis
exempla scelerum: modicae vel laudis amore
aut certe fecere pie pro numine vano.
conficti sermone dei, quos fabula mendax
extulit et miseros incassum adorare coegit,
unde nihil meriti, sed vitae damna tulerunt,
cum sit nemo deus nisi noster ubique tremendus.
omnia praecepti solo sermone creantur,
ipsius imperio, per quem stant cuncta per aevum.
ecce deus verus, de quo nil fingitur, in quem
fabula nulla cadit, quem numquam verba diserti
exornant aut forte notant, cui tempora nil dant
aut tollunt currente die: qui saecula mutat
nec mutant hunc saecla tamen, quia quod fuit hoc est,
hoc erit aeternus, qui praesens constat ubique.
omnia qui tollit minuitque volatile tempus,
incrementa deus vel detrimenta recusat;
idem semper erit, numquam mutabilis aevo,
qui cum sit dominus, se vult tamen esse parentem:
exhibet inpendit praebet; testatur adoptat
nos genitos vocitare suos: nos ergo fideles

---

in A 530—44

510 mox viva *M at cf.* 516 uacamus *B, corr. M²* 511 infernas .... umbras *Arevalo,* ad undam *puto* 513 ęlisę *B, corr. M²* ample *U* 514 puram *B, corr. M²* 516 adcurre *B, corr. M* funere vivo *Arevalo* 517 aut venientis *Arevalo,* vemens aut *Peiper* 520 pęna pudoris *M* 523 feriandus *B,* feriendus *M* 525 modice *B* amores *B,* amore *M²* 526 pię *B* 527 quem *Arevalo* 528 incassu adorare *B,* incassum orare *Arevalo* 529 nihil me c(ri)sti *B, correxi,* nihil lucri *Arevalo* dapna *B, corr. M* 532 stant *A,* sunt *B* 535 forte *BA,* sorde *vel* sorte *Arevalo* 536 tollunt *A,* recolunt *B* mutat *B,* mutant *A* 537 *sic A et B¹ in contextu (est primus in B folii versus), supra tamen adscripsit B² sic constitutum:* Saecula nec tamen hunc mutant *eqs.* 539 qui *B, om. A* 542 cum *B,* dum *A* se vult *B,* vult sed *A (et* r *i.* require *in margine)*

---

510 *et* 515 *Verg. Aen. 4, 646* conscendit furibunda rogos *cf. Orest. 448 sqq.* 517 *Verg. Aen. 4, 196 sqq. cf. Macrob. Sat. 5, 17, 5* 525 modicae *i. paucae* 535 sqq. *ad 2, 595 sqq.* 539 *Columb. epist. ad Sethum 70 (cf. ad sat. 247)* omnia dat tollit minuitque volatile tempus 541 *cf. sat. 7*

vivere debuimus tamquam factoris imago,
quos doceat factura dei pietate magistra.
rex pie, bellantum comitata potentia supplex
(535) fit quodcumque iubes: effectus iussa sequuntur.
stat famulans natura deo constructa elementis,
nescia, quid iubeas, donec praecepta repente
audiat et domino citius parere laboret:
exultans iussisse sibi gavisa ministra
(540) perficit iniuncta placido sermone iubentis
et rerum natura parens famulata tremescit
per quem celsa poli tellus mare sidera constant
et gestit servile pavens. quota portio rerum
nos sumus audaces, ut contemnamus acerbe
(545) imperium caeleste truces? par causa locatur
(546) nostra deique simul: qui vult sua vota venire,
(—) impleat ipse dei. simili dicione voluntas
(—) servorum dominique manet pietate modesta.
(—) qualiter optamus nostra spe vota mereri,
(547) cum nos iussa dei fieri contemnimus ultro?
nec sumus ignari, quid sit fas quidve nefastum:
gens scelerata sumus, nil de pietate merentes,
(550) quorum primus ego plus quam peccator habendus.
quando fatebor enim scelerum simul omne, reatum
pectoris et carnis? non si mihi ferrea vox sit,
ora tot exurgant, quot dentes ossibus albent,
aut mihi sint linguae, quantos caput omne capillos
(555) pectinat, explebo numerum sine fraude fidelem,
sed satis est dixisse reum sub crimine cuncto.
quod tua iussa vetant, solus peccasse fatebor,
omne, quod horrescis, non me fecisse negabo.
quid prodest cuicumque nefas celare peractum,
(560) cum iudex et testis ades deus unus et idem?
sacrilega quasi mente putem non omnia nosse

---

in C 564. 566—7. 572—7 *in A* 545—6. 548—57. 564—77

546 doceat *A*, deceat *B* 552 ministrat *Arevalo* 553 Perficit *B*, Perfecit *A* 554 natura *B*, naturā *(virgula erasa) A* 556 gestit *A*, gessit *B* servire *Arevalo* 557 contempnamus *B*, c(on)-te(m)pnam(ur) *A* acerbe AM^2, acerue *B* 558 causę B^1, causa B^2 locetur *Glaeser* 560—62 *om. U* 564 sum ignarus *C* nefandum *C* 567 enim *om. C* omne *AC*, esse *B* 569 Ora tot AM^2, Orator *B* q(uo)d dentes *BA*, *corr. Arevalo* oribus *Glaeser* 570 sint *AM*, sunt *B* 572 reum *BC*, rerum *A* cuncto *BC*, iuncto *sive* uincto *A* 576 ade(st) *C et idem incohasse videtur A, nunc legitur* ades *ut in B*

---

545 *Coripp. Iust. 2, 29* parvus homo, inmensi factus factoris imago 546 *Prosp. epigr. praef. 9* pietate magistra *(Ven. Fort. carm. 4, 1, 21). Coripp. Ioh. 1, 283* dei pietate magistra 547 bellantum *i. militiae tuae, angelorum elementorumque, cf. 1, 231. 2, 25* 548 *1, 566* iussurum effectus non desunt 549 *cf. Sedul. 1, 220 sqq.* 556 *cf. Lucret. 6, 652 Coripp. Iust. 2, 30* 559 *Alcvin. 62, 6* impleat ipse dei qui vult sua vota venire 563 *cf. 2, 273 sqq.* 566 *Paul. ad Tim. 1, 1, 15* quorum *(peccatorum)* primus ego sum 568 *Verg. georg. 2, 43 Aen. 6, 625* non, mihi si linguae centum sint oraque centum, ferrea vox, omnis scelerum comprendere formas ... possim. *cf. Carm. de laud. dom. 86 Alc. Av. carm. 3, 335 Arator 1, 459 sqq.* 569 *Verg. Aen. 12, 36* campique ingentes ossibus albent 570 *psalm. 39, 13 iniquitates* multiplicatae sunt super capillos capitis mei 576 *Ierem. 29, 23* ego sum iudex et testis 577 *cf. 1, 499 sqq.*

aut aliquid nescire deum, cui fraude nocebit
mens mea quod reticet, cum, si confessio simplex
indicet admissum, venia sperata sequetur:
(565) qui negat, ipse sibi veniam iam sponte negavit.
ergo ego confiteor miseranda mente reatum
plenum, grande malum, non uno crimine partum,
nam scelus omne meum numeros superabit harenae
littoris et pelagi vincent mala nostra liquores.
(570) non puto diluvium tantos punisse reatus,
quantos ipse gero culparum pondere pressus.
flumina me scelerum rapiunt quatiuntque procellae
et peccatorum torrens simul obruit unda;
me delictorum merserunt fluctibus amnes,
(575) usque animam venit unda meam, gravis horror aquarum.
hei mihi, quod facinus non uno tempore gestum,
ut mea facta luam, tempus convenit in unum.
nunc ubi sit pietas, ubi sit miseratio prisca
aut tua quo, domine, clementia nota recessit?
(580) oblitusne mei es? precor, obliviscere non me,
omnipotens, sed facta mea: gravor undique pressus,
vincla ligant, tormenta domant, consumit egestas;
ludibrium generis, dolor omnibus atque inimicus
factus et exutus magna de parte bonorum,
(585) crinibus intonsus, pannis squalentibus usus;
notus et ignotus desunt, abiere parentes
et quibus inpendi, mox discessere propinqui
vel quicumque fuit subito discessit amicus,
agmina servorum fugiunt, tempsere clientes
(590) nec doluere meam tanta sub clade ruinam:
irascente deo solacia cuncta negantur.
hoc superest, ut vita cadat, nisi parcere mitis
iusseris afflicto, quem sic fregere dolores.
punisti errantem, nunc iam miserere fatenti.
(595) paenitet en peccasse nimis, iam parce flagello:
nam nequeo tolerare miser tot cladibus actus.
accipe, quaeso, satis, precibus ne clauseris aures,

---

in C 579—590. 592—3. 599—601. 603—607. 610—1. 613 *in A* 578—598. 613

578 sibi fraude *Arevalo*, quin fraude *Glaeser* 579 cum sit *CAM*^{1} 580 Indicet *CAU*, Iudic(et) *B* ueniam sperare *C* 582 ego *om. C* miserandã m̃tẽ reatũ *sic A* 583 Planum *C* crimine *AB*, tempore *C ex* 592 584 superauit arenae *C* 590 merserunt *CAM*, merser(it) *B* 591 mea *A* 592 Hei *BA*, Et *C* 595 quo *B*, quoque *A* 596 mei e(st) *BA*, *corr. M* non me *B*, non mei *A*, ne me *M*^{2} 598 domant *B*, dominant *A* 599 *et* 600 *contractos sic dat C*: Ludibnum *(sic)* generis factus et exutus de parte bonorum 600 ex *corr. in* et *B*^{1} 603 discesserunt amici *C* 605 clientes *B*, dicentes *C* 606 meum *C* tanta *C*, tanta(m) *B* ruina *C* 610 errantem domine nunc *C* fatentis *M*^{2} 611 en *om. C* peccasse *CM*^{2}, portasse *B* parce *in C legit Peiper, at* parte *Meyer* 613 Aspice *Arevalo* aurẽ *corr. in* aures *A*

---

578 cui *i. ego cui* *Ioh. epist. 1, 1, 8* si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus 589 *psalm. 17, 5* torrentes iniquitatis conturbaverunt me (37, 5) 590 *psalm. 68, 3* veni in altitudinem maris et tempestas demersit me. *Ion. 2, 4* 591 *psalm. 68, 2* intraverunt aquae usque ad animam meam. *Ion. 2, 6. cf. Ov. trist. 2, 102* 602 *psalm. 87, 9* longe fecisti notos a me. *37, 12* qui iuxta me erant, de longe steterunt. *Iob 19, 14* dereliquerunt me propinqui mei et qui me noverant obliti sunt mei *(psalm. 37, 12)* 605 *Iob 19, 15 sq.*

nostris, sancte, tuas, qui das praecepta benignus,
ira hominis cum sole cadat de corde furentis
(600) et veniam nox ipsa ferat: qui praecipis, ut sit
(—) septies et frater clementior atque modestus:
(601) fac fieri, quod et ipse iubes, miserere rogantis
et lacrimas intende meas, quas fundo diurne
tristis et extenso prostratus corpore plango.
me miserum! qui tanta fero, cui tanta parasti
(605) supplicia scelerum, peccans licet acrius uri
(—) debueram, qui saeva diu delicta peregi.
(—) addo, quod et vita brevis est, mors longa moratur.
(—) magnus es, omnipotens, qui scis, cui iusta parasti.
(—) eripe me his, invicte, malis in corpore sanum,
(—) exitio succurre meo. lassatus anhelo,
(—) tot fractus hinc inde malis. ignoscere gaudes.
(—) eripuit tua sancta, pater, clementia morti
(—) agmina peccantum (veniam donare suetus
(—) ad quaesita reis veniam conversus adoro),
(—) post scelus evasit vitae melioris honestas:
(—) tu pius et clemens populo peccante Ninive
(—) iratus non es, potius miseratus eorum es
(—) suppliciumque necis spondes . . . . ,
(—) qui veniam missurus eras vitamque parabas
(—) exitium mortis iam praedicante propheta,
(—) mendacemque facis famulum sermone fideli;
(—) Iona tamen sine fraude reus mendacia verba
(—) prodidit et veniam meruit post viscera cetae.
(—) in cruce pendentem veniam meruisse latronem
(—) novimus et dominum venientem in tartara Christum:
(—) ergo, deus, miserere mei; iam te rogo solum.
(—) qualiter ipse vides, me paenitet ante quod egi:
(—) omne nefas placitum iam nunc suspiria damnant;
(—) flumina dant oculi, gemitus praecordia rumpunt
(—) et lacrimis maduere genae; ieiunia reddo

---

in C 618—620. 622—631. 643—47 *in A* 614—19. 625—30. 632—647

615 cadat *B*, cadit *A* furentis *A*, fruentis *B* 616 sit *AM*, sic *B* 617 *om. U* Septies *A*, Sepius *B* 618 roganti *C*, rogantis *BA* 619 diurnae *C* 620 extaenso *C*, *sed* t *super rasuram (ex* p*?)* 622 Supplicii *B*, Supplicia His *C* 623—677 *om. Bς* 624 breuis e(st) et *C*; et *del. Bücheler*, est *del. Meyer* *vide ne* 624 *unus relictus sit ex longiore sententia* 625 cui iusta *C*, q(ui)b(us) ista *A* 626 inuicte *A*, inuicta *C* 628 fructus *an* fractus *incertum C*, fluctus *A* hinc *A*, hic *C* 629 morti *A*, mortes *corr. in* -is *C* 630 peccantum *A*, peccatum *C* 631 Adquisitā reis *C*, *correxi*, Da quaeso sceleris *Meyer*, adquisitam aliis *Rossberg*, adquisitoris *Peiper* *vide ne post* 631 *desint aliquot versus* 633 peccanti *A*, *correxi* 635 Suppliciumq. nescis *(sic)* spondes miseratus eorum es *sic A repetita parte posteriore ex v.* 634; *excidit tale quid* pietate minatus 640 cete *A*, *nolui* ceti *(ut Tert. resurr. carn. 32* viscera ceti*)* *post* 642 *possunt aliqua esse omissa* 644 penitet ante *C*, penitenti *A* 646 rumpunt *C*, rumpit *A* 647 *inter* genae *et* ieiunia *spatium trium litterarum vacuum in C*

---

615 *Paul. Ephes. 4, 26* sol non occidat super iracundiam vestram *(Matth. 5, 25). cf. sat. 155 sq.* 617 *cf. Luc. 17, 4 Matth. 18, 21 sqq.* 626 *Verg. Aen. 6, 365* eripe me his, invicte, malis *(Drac. X 207) ad 3, 728* 627 *Claud. 35, 271* exitio succurre meo. *cf. Drac. IV 46* 647 *Ov. ars 3, 376* lacrimis . . . madere genas reddo *i. spectanda praebeo*

(—) pallidus et macie confectus pectora tundo.
(—) en genibus curvis palmas extendo supinas,
(—) cum manibus tibi vincla levo stridente catena.
(—) carceris horrorem, suspendia, verbera passus
(—) obscenamque famem, quam maior traxit egestas,
(—) me miserum, quanto cecidi de culmine lapsus!
(—) ille ⟨ego⟩ qui quondam retinebam iura togatus,
(—) exemi de morte reos, patrimonia nudis
(—) divitias mea lingua dedit rapuitque tenenti
(—) ac servile iugum vel libertatis honorem:
(—) † nam quod tua accusando dii defensor amavi;
(—) inpunitates vendens poenasque nocentum
(—) insontumque simul pretio delicta coegi
(—) ad caput † hinc inde meum, quibus opprimor, olim.
(—) nunc tamen agnovi sine te nil posse moveri
(—) grande vel exiguum, medium minimumque profundum:
(—) da mihi iam veniam, finem concede malorum,
(—) vincula solve mea, stridentes frange catenas,
(—) pelle famem, disclude sitim, compesce dolores,
(—) omne quod admisi facinus crimenque relaxa.
(—) iam miserere mei, custodia longa fatigat
(—) inter anhelantes gemitus cladesque diurnas.
(—) nil peto difficile (spes est mihi posse mereri),
(—) nil licet, omnipotens, per saecula cuncta profecto
(—) sit tibi difficile: prosint mihi tanta flagella,
(—) ad veniam sit poena ferax; meminisse iuvabit
(—) cum pius indulges et haec ad gaudia transfers:
(—) erige prostratum, vindex, adtolle iacentem
(—) et repara adflictum tali sub clade malorum.
(—) quae per me cecidit, per te spes nostra resurgat.
(606) munera percipiam domini redeunte favore
679 quicquid amara dies quaecumque ⟨et⟩ tempora dempsit.
687 lucida redde, precor, qui tempora subtrahis Job

---

in C 648—61. 664—9. 674—8 *in A* 648—9. 662—4. 666—77

649 En *A*, Et *C* 651 suspendia et *C*, et *del. Meyer* 653 quanta *C, corr. Meyer* 654 ego *om. C, add. Meyer* iuret hogatus *C*, iura togati *Meyer* 657 Hac *C* 658 *ut exhibui, C;* Nam quod tu accusas, dudum defensor amavi *Meyer,* Namque tua accusando aliud d. a. *Bücheler,* Nam quod in accusando odi d. a. *Rossberg;* Non te accusando nec te defensor amavi *scriberem, nisi suspicarer centonarium ex suo more duos contraxisse versus* 660 Insontemq(ue) *C, corr. Meyer* delicto *C, corr. Meyer* 661 Ad caput ⟨haec⟩ hinc *Meyer,* Ad caput ⟨et⟩ hinc *Bücheler post* 661 *fortasse deest sententia qualis: magna quidem affectavi gloriam divitiasque petendo,* nunc tamen *eqs.* 662 nihil *A* 664 malorum *A,* malum *C* 666 disclude *ego,* discute *A,* exclude *C* 667 amisi *A,* admissi *C teste Meyer,* admisi *altera* i *longa legit Peiper* 668 fatigat *A,* fatigar *C* 670 mereri *ego,* misereri *A* 673 poena ferax *ego,* pene ferox *A* 674 Cum *A,* Iam *C* indulges *ego,* indulgens *A,* indulge *C* et haec *ego,* et hoc *A,* et me *C* transfers *A,* transfer *C* 675 uindex *C,* unde *A* 676 tali *A,* talem *C* 677 cecidit *C,* cecidi *A* resurgit *corr. in* -at *A* 678 Munera p(er)cipia(m) *B,* Munere p(rae)cipuum *C* 679 fides *(corr. in* dies B^2*)* quocu(m)q(ue) temp(us) deĩsit (derisit *M*) *B, correxi;* dies quodcumque et tempus ademit *Arevalo vv.* 680—686 *post* 707 *posuit Arevalo* 687 Lucida M^3, Lucito *B,* Lucem *Arevalo,* Lucis *Bücheler*

---

652 *Verg. Aen. 3, 367* obscenamque famem *(Coripp. Ioh. 8, 29)* 654 *Ps. Verg. Aen. 1* ille ego qui quondam 656 *fuit cum putarem post* 655 *versum excidisse incipientem ab* restitui, *possunt tamen inter se opponi* nudis *et* tenenti 673 *Verg. Aen. 1, 203* forsan et haec olim meminisse iuvabit

aspera, restituens quicquid malus hostis ademit.
arida qui reparas antiquis mortibus ossa,
quae membris rediere suis clamante propheta
atque homines factura rubent reptante cruore.
humor ad absumptas intraverat ante medullas,
nascuntur venae, iam nervis membra ligantur,
iam tegit ossa cutis multos distenta per artus;
quaerit colla caput, constringit guttura cervix,
verticis eximii replentur et ossa cerebro:
inde duces oculi gemmato lumine vibrant
et palpebra tegunt lucis nudantque fenestras,
scaena capillorum fundens a fronte coronam
tempus et omne caput vestit de crine decorum
atque supercilium gemino superinminet orbi.
naribus obductis duplex data semita vento
et geminae rubuere genae, lanugine malae
crispantur revirentis adhuc post ossa senectae
mortua temporibus multis olimque sepulta.
ordine muratum dentes cinxere palatum,
ut bene verba sonent ipsis modulantibus ora,
obsessamque domant densata repagula linguam
et pontem factura iacet sermonibus oris;
interpres mentis, secreti pectoris index,
echo voluntatis tacitae vel cordis imago
verbere distinctas spargit per murmura voces,
omne nefas atque omne bonum dictura loquendo;
dentibus adduntur rubicundo labra flabello.
accedunt humeris remorum more lacerti,
brachia iunguntur, vola nascitur et manus omnis,
unguibus armantur digiti sub dispare forma.
curvis spina latus complectitur aspera costis,
pectora circumstant crates iugulique ligantur;
cetera membrorum currit compago per artus,
usibus officiis aptantur cuncta ministra:
aedificant hominem longae fraumenta ruinae.

---

693 bene ia(m) *B, corr. M* m(em)b(r)aq(ue) legunt(ur) *corr. in* ligantur B^1; que *del. M* 695 Quer(it) *B*, Quęrunt *M* (con)stringunt (constringit M^2) gutura ceruis *B* 697 geminato *M* 699 fundens M^3, funde *B* 701 gemin(et) *(corr. in* -no B^2*)* sup(er) iminet (supereminet *M*) *B* 702 semita *M*, seminata *B*. 704 reuirentis *Arevalo*, uentis *B*, viventis *Bücheler* 706 moratu(m) *B*, *corr. Arevalo* 680 dentata *Glaeser* repabula *B*, *corr.* M^3 681 E ponte(m) *B*, *corr. M* iac(et) *B*, latet *Arevalo* 683 Ecliouolu(m) tantis *B*, *corr. Pitra* 685 om(n)e bou(m) *B*, *corr. M* 686 fabello *B*, *corr. M* 710 dispari *B*, *corr.* M^3 711 Cur bis *B*, *corr. M* 713 propago *V* 714 officiisque *Glaeser* abstantur *B*, *corr. M* 715 fragmenta *M*

---

689 *Ezech. 37, 4* ossa arida, audite verbum domini 690 *Ezech. 37, 7 sqq.* 692 *Verg. Aen. 8, 389* notusque medullas intravit calor. *cf. Drac. 1, 652* 694 *Ezech. 37, 8* super ea *(ossa)* nervi et carnes ascenderunt et extenta est in eis cutis desuper 695 *Ezech. 37, 7* accesserunt ossa ad ossa, unumquodque ad iuncturam suam 703 *ad 1, 342* 707 *cf. Cic. nat. deor. 2, 149 Plin. nat. 7, 70 cf. sat. 48 Alc. Av. carm. 1, 87 sqq.* 680 *cf. Gell. 1, 15, 3* 682 *Beda mir. S. Cuthb. 14, 17* puri sit pectoris index 685 *ad 1, 59* 712 *cf. Ov. met. 8, 806*

ante tamen quam membra forent compage ligata
(645) iam prior auris erat, quae audivit verba Tonantis.
Persarum rector timuit post regna bubulcum
inter prata pecus, sed post regnavit in arce:
720 me, rogo, iam repara sub libertate solutum
clade catenarum ferrato pondere pressum.
(650) sit vitae requies, animae sint otia fessae,
sit secura dies, sit nox cum munere noctis,
sit fortuna redux, sit virtus usque senectam,
725 sit venerandus honos et quicquid vota precantùr
aut amissa dolent, totum pietate reforma.
(655) nosco quid iratus vel quid mitissimus ipse
des, pater: adverto, non est formido salutis,
sed veniam sperare licet. res ipsa probavit,
730 quod vivus sum: mortis inops pietate reservor,
non ira, nam si domini gravis ira fuisset,
(660) non me differres, subita sed morte necares,
ne peterem veniam, quam numquam, sancte, negasti,
aut ut non essem prorsus, cui parcere posses.
735 servatum reparare iube pietate sueta,
ut merear cantare tuas per carmina laudes.
(665) quamvis nemo tua praeconia congrua dixit
aut umquam dicturus erit, nam formula laudis
temporibus tribus ire solet, tu temporis expers.
740 numquid habes, deus, 'ante' tuum vel 'post' cadit in te?
si laudator abest, narrator plenus adesset,
(670) sed quis opus narrare tuum sermone valebit?
suspexisse deum satis est de corde trementer
et lacrimis precibusque piis veneranter adire:
745 'sint reduces sensus, mens sana in corpore sano,
sit mihi longa dies felici tramite vitae,
(675) sit bona vel perpes felix numerosa propago,
(676) sit sine tormentis post corpus vita futura.
(—) noxia mens non sit, non sit rea, non sit iniqua,
750 (677) sit requies animae, quae mox purgata quiescat.

---

in C 720—5. 735—6. 745—748. 750 *in A* 720—6

721 pressum *CM*, p(re)ssus *BA* 722 requies queso sint *C* sint odefessę *A* 722—6 *post* 744 *ponit Arevalo, at etiam ordo in CA obloquitur* 723 noctis *B*, somni *CA* 724 senecta *C* 725 uota *CA*, uita *B*, *cf. 3, 130* precantur *A*, precatur *CB* 727 Nosco q(uo)d vel q(uo)d *B*, *corr. M* 731 ira(m) *B*, *corr. V* 734 qui parcere posse(m) *B*, *corr. Arevalo*, qui poscere possem *idem* 735 pietate benigna *C* carmine *C* 744 uenerant(ur) *B*, *corr. M* 745 sensus *C*, tenuis *B*, vires *Arevalo* sano *corr. in* -a B^1 747 bona vel perpes *C*, h(om)o v(e)l p(er)plex *B* 748 corpus *B*, tempus *C* 749 *om. U* *versum post* 745 *ponendum esse conicio* 750 Sit *C*, Et *B* quę mox *C*, qua nox *B*

---

717 *Ioh. 5, 25* mortui audient vocem fili dei et qui audierint vivent 718 *cf. Daniel. 4, 30 Sedul. 1, 206—211 Drac. sat. 31 sqq.* 731 *ad 1, 29* 736 *ad 1, 749* *cf. Auson. 153, 4 (p. 7 Peiper)* 739 *falso de tribus orandi deum temporibus verba facit Arevalo, agitur de laudationis secundum tempora partitione, de qua videndus est Quint. 3, 7, 10* 745 *cf. Auson. 153, 59 sqq. Paulin. Nol. carm. 4, 8 sqq. Eug. Tol. carm. 1, 3 sqq.* *Iuvenal. 10, 356* orandum est ut sit mens sana in corpore sano 747 *Aldh. laud. virg. 687* numerosa propago

iudicio, deus alme, tuo detur inde triumphus,
inter odoratos flores et amoena virecta
(680) in nemus aeternum veniam sedesque beatas
et grates exceptus agam de fasce malorum,
755 additus insonti populo sub sorte piorum'.

---

in C 751—5

751 triumphans *C* 752 odorat(us) *B* 753 In nemus *C*, Qua(m)uis ad *B;* ad nemus *Arevalo* ueniam *C*, uenit *B* beatas CM^2, beatus *B* 754 grates CM^3, gr(ati)as *B* de *C*, ex *B* EXPLIC(it) LIB(er) S(ancti) AVGVST(ini) DE LAVDIB(us) DEI *subscripsit B*

---

752 *Verg. Aen. 6, 638* devenere locos laetos et amoena virecta fortunatorum nemorum sedesque beatas. *inde similia Prud. cath. 3, 101 ham. 795 Sedul. carm. 1, 53 Paul. Nol. carm. 31, 605 carm. de iud. dom. alii* 754 fasce *i. agmine, turba nocentum*

SATISFACTIO

Rex immense deus, cunctorum conditor et spes,
quem tremit omne solum, qui regis igne polum,
sidera flamma dies quem sol nox luna fatentur
auctorem, dominum saecula cuncta probant:
principio seu fine carens et temporis expers
nescius alterni nec vice functus agis,
omnia permutans nullo mutabilis aevo
idem semper eris qui es modo vel fueras;
nil addit demitque tibi tam longa vetustas,
omnia tempus habent, nam tibi tempus abest;
qui mentes hominum qua vis per singula ducis
et quocumque iubes dirigis ingenia,
qui facis iratus homines contraria velle
propitiusque iubes ut bona cuncta gerant.
quicquid agunt homines, bona tristia prospera prava,
hoc fieri ammittunt ira favorque dei:
hoc tua verba probant Moseo dicta prophetae,
quod duraturus cor Pharaonis eras.
sic mea corda deus, nostro peccante reatu
temporis immodici, pellit ad illicita,
ut qui facta ducum possem narrare meorum,
nominis Asdingui bella triumphigera,
unde mihi merces posset cum laude salutis
munere regnantis magna venire simul,
praemia despicerem tacitis tot regibus almis,
ut peterem subito certa pericla miser.
quis nisi caelesti demens compulsus ab ira
aspera cuncta petat, prospera cuncta negat?

VARIA LECTIO *titulus deest V*, Incipit satisfactio Traconi ad Gunthamundum regem *D* 1 Rex aeterne deus deus auctor conditor et spes *D, cf. Eug.* conditor *sic V* 2 tremit *D Eug.*, timet *V* 5 sine fine *Rossberg*, s[eu] *(*eu *oblitae, tamen non fuit* sine*) D* exspers *D* 12 ingenium *D* 14 gerat V^1, *lineolam super* a *pinxit ut videtur* V^2 16 admittit *D* 17 Haec *D Eug.* museo *D* 21 qui *corr. ex* quid *V* 25 Proemia despicere *(super ultimam* e *virgulam add.* V^2*) V* 26 ut $V^1 D$, et V^2 *Eug.* 28 negat *VD*, neget *Arevalo*

NOTAE 1 *Eug. Tol. carm. 1, 1* rex deus inmense 2 *cf. 2, 154. 3, 554 cf. 1, 226* 4 *Coripp. Ioh. 1, 287* te cuncta fatentur auctorem et dominum et factorem elementa tremiscunt 5 *Prud. c. Symm. 2, 95* qui vel principio caruit vel fine carebit. *cf. Sedul. 2, 250. Paul. Nol. carm. 5, 3* principio extremoque carens, antiquior aevo. *Help. de Iesu benef. 20* tam coepto quam fine carens. *Aldhelm, laud. virg. 2874* principio vel calce carens et temporis expers. *Eusebii aenigm. 4, 4* 7–9 *ad 2, 595 sqq.* 9 *Aldhelm, laud. virg. 2875* cui dedit aut dempsit nil mundi longa vetustas 11 *Verg. Aen. 6, 565* perque omnia duxit 15 *Iuvenal. 1, 85* quidquid agunt homines, votum timor ira voluptas 17 *exod. 4, 21* ego indurabo cor eius *(7, 13)* 18 quod *non causalis* 28 *Arator 1, 1052* aspera cuncta domat negat *petere*

Eugenii recensio

numeri parvi sunt Dracontii pleni

Rex aeterne deus, auctor rectorque serenus,
quem tremit omne solum, qui regis igne polum,
sidera flamma dies quem sol nox luna fatentur
auctorem, dominum saecula cuncta probant,
omnia permutans, nullo mutabilis aevo,
posthac semper eris, qui es modo vel fueris,
nil addit demitque tibi tam longa vetustas:
omnia tempus habent, nam tibi tempus abest;
tu mentes hominum quasvis per singula ducis
effingisque bonis candida corda viris,
qui facis iratus homines contraria velle
propitiusque iubes ut bona cuncta gerant.
quicquid agunt homines, bona prospera sancta modesta,
— te faciente fiunt, quo bona cuncta fiunt.
— econtra adversa probrosa maligna inhonesta
— tu fieri pateris, qui mala nulla facis.
haec tua lex docuit Moyse praescripta notante,
cum perduratum cor Pharaonis ait.
sic mea corda, deus, lingua patrante reatum
noxia culpa ligans traxit ad inlicita,
ut, qui facta ducum possem narrare meorum,
unde mihi possent dona venire simul,
praemia despicerem tacitis tot regibus almis
et peterem subito certa pericla miser.
quo, nisi caelestis domini conceptus ab aethra
aspera cuncta premat, prospera nulla iuvant.

MFP 1 serenus quem tremit omne | Solum *F* 2 polor(um) *M* 3 fatetur *M* 4 proprobant (pro *priores erasae*) *F* 6 Posthac *(M)*, Post haec *(F)*, Noster *P* 7 Nil addit demitque *M*, Nil ////// t demitq. *(post* Nil *aliquot litterae evanidae; in* demit *corr.* e *in* i*) F*, Nil confert adimitque *P* 9 quamuis *(M)P*, quasuis *(F)* 10 *om. M* ecfingisq. F^1 11 iratos *M* homini *FP* velle *Drac.*, bella MPF^2 (uella F^1) 12 regũt *M*, gerat *FP* 14 *in fine* fiant F^1 17 mŏse *F* 19 Si me corda *M*, Sic mea lingua *FP* 20 *inter* culpa *et* ligans *spatium 6 litterarum M* ad inclita *P* 21 meorum *M*, tuorum *(F)*, reorum *P* 23 tactis *M* 25 conceptus ab ethra *M*, conspectus ad ẹthrum (&rã̃ *P*) *FP*

irascente deo mentes mutantur et artus,
vertuntur sensus, vertitur et species:
Persarum regem Babylonae regna tenentem
post decus imperii quis neget esse bovem?
et diademalem turparunt cornua frontem,
mugitus pecudis verba fuere duci:
agricolam timuit post Parthica regna bubulcum
summisitque pavens regia colla iugo,
erravit per prata vagus mala gramina pastus,
et qui homo bos fuerat, de bove factus homo est.
liquit et antistes serus pater ille Iohannis
elinguisque fuit voce tacente silens.
ast ego peccando regi dominoque deoque
peior sum factus deteriorque cane.
vulnera vexati curat sua lingua molossi,
heu mea quippe mihi vulnera lingua dedit.
sed qui restituit pecudis post membra tyrannum
ut fieret rediens ungula fissa manus,
quique reformavit tacitae modulamina linguae
ne mutilante sono verba ligata daret,
ipse meo domino deus imperat atque iubebit
ut me respiciat restituatque pius,
servet, avi ut laudes dicam patriasque suasque
perque suas proles regia vota canam.
culpa quidem gravis est, venia sed digna, reatus,
quod sine peccati crimine nemo fuit:
nam deus omnipotens potuit, cum conderet orbem,
tristibus amotis gaudia sola dare,
sed diversa creans et discordantia iunxit
et bona mixta malis et mala mixta bonis.
sic elementa potens contraria miscuit auctor,
humida cum siccis, ignea cum gelidis.
littera doctiloquax apibus cognata refertur,
quis datur ut habeant vulnera castra favos:
cera dat ingenium pueris, primordia sensus,
inde fit ut praestet littera vel noceat.

---

29 astus *(vix* actus*) V ut videtur* 31 persurũ (a *visigothicam imitatus*) *V* babyloniae *D cf. Eug. codd.* 39 Liquit *Eug.*, Li//qꝛ (n *videtur erasa*) *V*, Linquit *D* senex *D, idem videtur scripsisse V*¹, senior *V*², *correxi*; uerus *cum Eug. Arevalo; an legendum* liquit *i. perdidit* ... sensum ? iohannes *corr. in* -is *D* 43 molossi *VD Eug.*, molossus *V*² 45 tyrannum *D Eug.*, tyranni *V* 50 restituat respiciatque *V (D legi nequit), recte Eug.* 52 suos *D* 53 venia *Eug.*, uenia(m) *VD* 63 ingenia *D* 64 prestet *D Eug.*, prosit *V*

---

29 *Alcvin. c. 9, 117* sic ventura dies mentes mutabit et artus 31 *ad 3, 701* 37 *Verg. Aen. 2, 471* coluber mala gramina pastus *(Coripp. Ioh. 6, 357)* 38 *Ov. epist. 14, 86 (fast. 5, 620)* quo (quae) bos ex homine est, ex bove facta dea 39 liquit *i. deliquit peccavit; cf. 2, 686* incurrit culpam sancti pater ille Iohannis serus *cf. Sidon. carm. 16, 37* dum faceret serum rugosa puerpera patrem *Zachariam* 42 *Prud. apoth. 216* cane milite peior 48 *ad 3, 690 cf. Stat. Theb. 5, 613* verba ligatis imperfecta sonis 54 *Ioh. epist. 1, 1, 8. 10 III reg. 8, 46. Cato dist. 1, 5, 2* 57 *1, 292 sqq.* 58 *Coripp. Ioh. 7, 25* hic mala mista bonis 60 *Ov. met. 1, 19* frigida pugnabunt calidis, umentia siccis. *cf. Boet. carm. 3, 9, 10 sq. 4, 6, 19 sqq.* 63 *Isidor. orig. 6, 9, 1* cerae litterarum materies, parvulorum nutrices; ipsae 'dant ingenium pueris, primordia sensus'

irascente deo mentes mutantur et artus,
vertuntur sensus, vertitur et species.
Persarum regem Babylonica regna tenentem
post decus imperii novimus esse bovem.
tunc diademalem turparunt cornua frontem,
mugitus pecudis verba fuere ducis,
erravit per prata vagus, mala gramina pastus,
et qui bos fuerat, de bove factus homo est.
liquit et antistes verus pater ille Ioannis
elinguisque fuit voce tacente silens.
ast ego peccando regi dominoque deoque
peior sum factus deteriorque cane.
vulnera vexati curat sua lingua molossi:
heu me, quippe mihi vulnera lingua dedit.
sed qui restituit pecudis post membra tyrannum,
ut fieret rediens in sua regna bonus,
quique reformavit taciti modulamina verbi,
ut mutilata sonos lingua ligata daret,
ipse meis parcet erratis atque iubebit,
ut me respiciat restituatque pius.
culpa quidem gravis est, venia sed digna, reatus,
quod sine peccati crimine nemo fuit.
nam deus omnipotens potuit dum conderet orbem
tristibus amotis optima sola dare,
sed diversa creans et discordantia iunxit
et bona mixta malis et mala mixta bonis.
sic elementa potens contraria miscuit auctor
humida cum siccis, ignea cum gelidis.
littera doctiloquax apibus cognata probatur,
quis datur ut habeant vulnera mella simul;
cera dat ingenium pueris, primordia sensus,
inde fit ut praestet littera vel noceat.

---

27 mentes *M*, membra *FP* 28 uertuntur et ispecies *M* 29 babilonum *FP* 30 Pos *P* 31 Tunc *M*, Tum *FP* 37 Ad se ego *M*, Adst ego F^1 39 curant *MFP* 44 sonus *P* 46 Vt me *(M)*, Et me *FP* respiciat respiciadq. F^1 49 cọ̄co̤deret *F* 51 discordia *P* iungit *M*, iussit *FP* 56 Qui *FP* 57 det (e *in rasura*) *F*

---

46 *Engelmodi carm. 1,24* ut te respiciat

aspis habet mortes, habet et medicamina serpens,
vipera saepe iuvat, vipera saepe nocet.
cerva salutares pasto serpente medullas
conficit et pellunt ipsa venena neces.
materies ferri simplex et noxia fertur,
impius inde nocet, rusticus inde placet.
ipsa parit gemmas pretiosos terra lapillos,
ipsa dat et vepres spinea ligna rosas.
delicias mortesque parat mare fluctibus altum,
et generat pelagi concula divitias.
aera temperies auris vitalibus aptat,
quae corrupta dies eripit atque animas.
aspera vel facilis retinet natura volucres:
blanda columba avis est, aspera vultur avis.
nubibus aggestis pluviae nix grando pruinae
gignuntur, vicibus igne vapore gelu.
sol dat temperies, species gratissima mundi,
cuncta creanda parans, cuncta creata fovens;
per quem fetat humus flores et messis aristas,
sole perustus ager putris harena iacet.
corpora sol reficit radiis et corpora vexat,
solibus alternis itque reditque salus.
omnia nec mala sunt nec sunt bona sidera caeli:
Lucifer hoc docuit, Sirius hoc monuit.
temperies caeli medium nec possidet orbem,
nam de quinque plagis vix habet ipsa duas.
quod caelum, quod terra, fretum, quod purior aer
non meruere simul, hoc homo quando habeat?
culpa mihi fuerat dominos reticere modestos
ignotumque mihi scribere vel dominum,
qualis et ingratos sequitur, qui mente profana,
cum dominum norunt, idola vana colunt.
Israhelitarum populum sic culpa tenebat,
quando deum oblitus flens vitulum coluit.
et tamen indulges veniam poscentibus, auctor,
si sceleris facti mens rea paeniteat.
te precor, omnipotens, te quem decet esse benignum,
quem non ulla iuvat ultio, sed venia,

---

66 nocet *post erasas 4 litteras scriptum atramento clariore D* 67 medullas *D*, medellas *V* 69 fertur *V*, constat *Eug.* 75 auris *corr. in* auri *V* *post* 80 *deficit D* 81 *puto* temperiem, *cf. Eug. codd.* 88 syrius *V* 94 uel *V*, nec *Eug.*, ceu *Duhn* 98 flens *sic V*, flans *Arevalo* 99 indulgens *V Eug., corr. Arevalo,* Est tamen indulgens *Rossberg;* Dat tamen indulgens *Bücheler*

---

65 *v. ind. s. v.* serpens 67 *Lucan. 6, 673* cervi pastae serpente medullae; *cf. Drac. 2, 282* 72 *Ov. rem. 45* terra salutares herbas eademque nocentes nutrit et urticae proxima saepe rosa est 77 *cf. 1, 456* 78 *Ov. am. 2, 6, 56* blanda columba 89 sqq. *cf. Ov. met. 1, 45 sqq.* 91 *cf. ind. s. v.* caelum 93 *cf. Drac. VII 70* 96 *Ermold. Nig. Hlud. 2, 337* deseruitque deum, coluit mox idola vana 98 flens '*exodum, desertam Aegyptum, cf. num. 11, 4. 10. non sponte, sed pressi calamitate peccarunt Iudaei*' *Bücheler* 99 *cf. 2, 565 sqq.* 102 *ad 1, 29*

aspis habet mortem, habet et medicamina serpens,
vipera saepe iuvat, vipera saepe nocet.
cerva salutaris pasto serpente medella est,
conficiunt pelluntque ipsa venena neces.
materia ferri simplex et noxia constat:
inpius inde nocet, rusticus inde placet.
ipsa parit gemmas pretiosos terra lapillos,
ipsa dat et vepres spinea ligna rosas.
delicias mortesque parat mare fluctibus altum
et generat pelagi concula divitias.
aera temperies auris vitalibus aptat,
quae corrupta dies corripit atque animas
diras vel placidas retinet natura volucres:
blanda columba avis est, aspera vultur avis.
nubibus aggestis pluviae niẍ grando pruina
gignuntur vicibus ordine lege poli.
sol dat temperies, species gratissima mundi,
cuncta creanda parans, cuncta creata fovens,
per quam fetat humus flores et messis aristas;
sole perustus ager putris arena iacet.
corpora sol reficit radiis et corpora vexat,
solibus alternis itque reditque salus.
omnia nec mala sunt nec sunt bona sidera caeli:
Lucifer hoc docuit, Sirius hoc docuit.
temperies caeli medium nec possidet orbem,
nam de quinque plagis vix habet ipsa duas.
quod caelum, quod terra, fretum, quod purior aer
non meruere simul, hoc homo quando habet?
culpa mihi fuerat dominos reticere modestos
ignotumque mihi scribere nec dominum,
qualis et ingratos sequitur, qui mente profana,
cum dominum norint, idola vana colunt.
Israhelitarum populum sic culpa tenebat,
quando oblita deum plebs vitulum coluit
et tamen indulgens veniam poscentibus auctor
contulit et legem post mala facta dedit.
te precor, omnipotens, quem sat decet esse benignum
et quem nulla iuvat ultio, sed venia;

---

59 Aspes *M*, Appes *(hoc deletum)* apes *(hoc correctum in* aspis) *F* auet F^1 mortes *(F)* 62 que *om. FP* 69 iutalibus F^1 70 coripit *F* animos *FP edd.* 73 agestis *M* pruinę *M* 75 Sultat *M*, Sultat *iterum superscripto* sultat *F*, Sultat *P* temperie *MFP; an forte ipsius Eugeni est* saltat *(i. gaudet)* temperie ? 76 parens *FP* 77 quem *P* feta (a *in rasura*) *F* mescis F^1 82 Lucifero hedocuit *P* Sirius hoc *M*, sidus oc F^1, sidus et hoc F^2P 85 fretum *FP*, creat *M* 86 morire (i *corr. in* e) *M* homo *M*, modo *FP edd.* 87 retice F^1 molestos *M* 89 ingrato *P* 91 Sraheli-tarum *M* sic]ic F^1 95 q̃ (*i.* quae) F^1; quem *voluisse videtur* F^2 96 uenia /// *F*

cuius sancta manus sustentat corda regentum
et pius inclinas mox ubicumque iubes:
te coram primum me carminis illius, ausu
quod male disposui, paenitet et fateor.
post te, summe deus, regi dominoque reus sum,
cuius ab imperio posco gemens veniam.
imperet armato pietas tua, prospera mandet
rex dominusque meus semper ubique pius:
nec mihi dissimilis quam quod solet esse catervis
sit pietate sua, sit bonus et placidus.
nam tua sunt quaecumque gerit quaecumque iubebit,
iudiciumque dei regia verba ferunt.
exorent haec pauca deum, qui mentis opertae
sensibus aetheriis condita vota videt.
ad te nunc, princeps, mea vela retorqueo supplex,
pectore mente rogans, voce manuque petens:
da dextram misero, veniam concede precanti,
tempore tam longo non decet ira pium.
nam qui inimicorum culpis veniale minaris,
captivosque tuos deliciis epulas —
puniat ut sit quod Christus, tu parcis iniquis,
vindice quo regnas, quo vigilante viges.
qui pereunt, bello soli moriuntur in hostes,
qui superest pugnae, vivat, ut ipse iubes.
captivus securus agit solusque rebellis
formidat mortem, praeda quieta sedet.
conservas animas, victum super ipse ministras,
ne sit vita gravis subripiente fame.
nemo cadet sub iure tuo sub morte cruenta,
scit se victurum qui volet esse tuus;
turba rebellantum quotiens oravit in armis,
vinceret, aut certe praeda fuisset iners.
securus sine morte manus dat hostibus hostis,
nam bene conservas colla subacta iugo.
sic leo terribile fremit horridus ore cruento
unguibus excussis dente minante neces,
acrius iratus crispato lumine ferri,
et mora si fuerit, acrius inde furit,

---

105 illius *Eug.*, ullius *V* 112 tua *Arevalo* 121 Nam q(ui) *sic V*, Namque *Arevalo Duhn (at* 123—148 *sunt parenthesis loco)* 125 moriuntur ut *Arevalo*, moriantur ut *Leo* 131 sŭb iure *at deest nota in margine V; nolui tamen* de iure *(sic. cod. F Eugenii)* 133 oravit *Bücheler*, forauit *V*

---

103 *proverb. 21, 1* sicut divisiones aquarum, ita cor regis in manu domini; quocumque voluerit, inclinabit illud 113 *Drac. III 20* nam tua sunt quaecumque loquor, quaecumque canemus 114 *Paul. ad Rom. 13, 4* 130 subripiente *v. ind.* 133 *ad sensum cf.* 127; *saepe hostes in armis oraverunt ut aut vincerent aut caperentur, captivos enim se fore incolumes bene norant* 137 *cf. Drac. V 307 sqq. VIII 350 sqq. Verg. Aen. 1, 296* fremit horridus ore cruento *(de leone etiam 9, 341. 12, 8). proverb. 19, 12* sicut fremitus leonis, sic ira regis

cuius sancta manus sustentat corda regentum
et pius inclinas mox ubicumque iubes;
coram te primum me carminis illius orsa
quod male disposui paenitet, en fateor!
post te, summe deus, regi dominoque reus sum,
cuius ab inperio posco gemens veniam.
inperet armato pietas tua, prospera mandet,
rex, deus omnipotens, semper ubique pius,
sed mihi dissimilis quam quod solet omnibus esse,
sit pietate sua, sit bonus et placidus.
te nunc, summe, precor, magnorum maxime regum,
pectore mente rogans, voce manuque petens,
da dextram misero, veniam concede fatenti:
tempore tam longo non decet ira pium.
nemo cadet sub iure tuo sub morte cruenta,
scit se victurum, qui volet esse tuus.
sic leo terribilis fremit, horridus ore cruento,
unguibus excussis, dente minante neces;
acriter ardescit crispato lumine ferri
et, mora si fuerit, acrius inde furit;

98 iuues *FP* 100 hen (*an* heu ?) *M* 103 armata *M* 104 Rex dominusq. semper F^1, meus *addidit* F^2, *unde* dominusque meus *P edd.* 105 Sed *M*, Nec *FP* 108 manu///q. *F* 111 de iure *FP* 112 Scit esse *M*, Sci se F^1 113 Si *FP*

at si venator trepidans venabula ponat
territus et iaceat, mox perit ira cadens:
temnit praedo cibos, quos non facit ipse cadaver,
ac ferus ignoscit, ceu satis accipiat,
et dat prostrato veniam sine vulnere victo
ore verecundo deiciens oculos.
sic tua, regnator, non impia frangitur ira,
cum confessus erit crimina gesta reus —
ignoscendo pius nobis imitare Tonantem,
qui indulget culpas et veniam tribuit.
principis augusti simile est ad regna polorum,
ut canit ad populos pagina sancta dei,
sacrilegis referens caelestia iura catervis,
cinctus apostolica discipulante manu.
nonne dei praecepta iubent ne sol cadat intrans
irascente alio, sed pius extet homo?
rex inimicorum iugulis mucrone pepercit
David et hic sceleris certus adulter inest:
confessus facinus veniam pro clade meretur
noxius impune vel sine morte reus,
insuper et Salomon, eadem muliere creatus
quae scelus ammisit, munus honoris habet:
non fit Abessalon heres de coniuge natus,
sed sceleris fructus sceptra paterna tenet.
ecce quid impendit patri clementia parcens
ut sibi regna daret, haec daret et suboli.
ipse inimicorum Salomon non colla poposcit,
dum peteret dominum, sed sapientis opem:
extitit hic prudens, quia noluit esse cruentus,
pacificusque fuit consiliique tenax.
Stephanus ante alios lapidum sub grandine martyr
hostibus orabat sponte suis veniam;
haec bona simplicitas praestat ieiuna cruoris:
vir sine morte gerens nil habet ipse necis.
Caesar ubique potens hosti post bella pepercit
(et, quod erat peius, civis et hostis erat):
sponte facultatem redhibens reparavit honores,
inde vocatus abit, dignus honore, deus.

---

141 Ac si *V, recte Eug.* 145 victor *Eug.* 149 pius non uis *V, recte Eug.* 150 culpis *Eug.* 155 *cave legas* instans *cf. ind.* 158 *puto* sceleri *sc.* inest 160 reus *Eug., om. V interpunctione finali versus omissa* 163 fit *sic V* hęres *V* 165 patris *V Eug., corr. Duhn* 166 ut sibi regna daret et sub *nil amplius neque addita est finalis interpunctio in V; plene Eug.;* ut daret et suboli *Arevalo* 177 redhibens paravit *(spatio quidem inter duo verba relicto at non maiore quam in caesura usu venit) V, plene Eug.* 178 obit divus *Bücheler* dei *V, correxi, cf. Eug.*

---

141 *cf. Ov. trist. 3, 5, 33 sqq.* 143 *idem versus VIII 380* 145 *Plin. nat. 8, 48 leo* prostratis parcit. *Sen. de clem. 1, 5, 5* 148 *cf. Phaedr. epil. 3, 22* 149 *Ov. trist. 2, 40* utere more dei. *Sen. de clem. 1, 5, 7* 151 principis augusti *scil.* regnum; *sententia detorta videtur ex Matth. 18, 23* 154 cinctus *(i. Christus) quod non coit cum* pagina, *licentius locutus videtur poeta, vix cum Duhnio lacuna post* 154 *est statuenda* 155 *cf. 3, 615 cum nota* 157 sqq. *cf. 2, 665 sqq.* 162 *Drac. de ros. 6* quae scelus admisit, munus odoris habet 167 *III reg. 3, 11 sap. 9, 4* 171 *acta apost. 6, 8 sqq., imprimis 7, 59; cf. Drac. 2, 582*

at si venator trepidans venabula ponat
territus et iaceat, mox perit ira cadens:
temnit praedo cibos, quos non facit ipse cadaver,
ac ferus ignoscit, ceu satis accipiat,
et dat prostrato veniam sine vulnere victor
ore verecundo deiciens oculos.
sic tua, regnator, non inpia frangitur ira,
cum confessus erit crimina gesta reus;
ignoscendo pius nobis imitare Tonantem,
qui indulget culpis et veniam tribuit.
principis inperium simile est ad regna superna,
ut canit ad populos pagina sancta dei,
sacrilegis referens caelestia iura catervis,
vinctus apostolica discipulante manu.
nonne dei praecepta iubent ne sol cadat intrans
irascente alio, ne malus extet homo?
rex inimicorum populis mucrone pepercit
David et sceleris certus adulter erat:
confessus facinus veniam pro clade meretur
noxius inpune vel sine morte reus,
insuper et Salomon eadem muliere creatus:
qui scelus admisit, munus honoris habet.
non fuit hic Salomon casta de coniuge natus,
sed sceleris fructus sceptra paterna tenet.
ecce quid inpendit patris clementia parcens
ut sibi regna daret, haec daret et suboli.
ipse inimicorum Salomon non colla poposcit,
cum peteret dominum, sed sapientis opem:
extitit hic prudens, quia noluit esse cruentus,
pacificusque fuit consiliique tenax.
Stephanus ante alios lapidum sub grandine martyr
pro hostibus orabat sponte suis veniam;
haec bona simplicitas praestat ieiuna cruoris:
vir sine morte furens nil habet ipse necis.
Caesar ubique potens hosti post bella pepercit
(et, quod erat peius, civis et hostis erat):
sponte facultatem retinens reparavit honores,
inde vocatus abit, dignus honore, pater.

---

122 uerecunda *M* 123 Sit F^1 124 fuerit F^1 124 //iesta F^1 *superscripta est* t *super* i, *subscripta* g 128 Canit ad F^1, et *interponit* F^2, *unde* Canit & ad *P* 130 Vinctus *(MP)*, Victus (tus *supra lineam*) *F* apostoloca F^1 discipulante *M*, discipula (ta *super* a, *at in margine* -laq̃) *F*, disciplinaque *P* 132 exstet uno *M* 134 *ante* sceleris *rasura in F* 138 amisit F^1 139 hic *om.* F^1 140 tenent *P* 142 regnaret hec daret *M*, regna daret et (*an* ec? *F*, hec *P*) daret *FP* 145 Estitit F^2P 148 Pro (h)ostibus *sic MFP* 149 Et *M*, Ec F^1 geiuna *F* 151 potens octiui post uella F^1, octiui *delevit et* tibi hoc *superscripsit*, hoc *iterum supra* uella *scripto at deleto* F^2, potens tibi post hoc bella *P* 152 ciuis et onestis F^1, ciuis (h)onestus F^2P 153 reparauit mores *M* 154 pater *edd.*, puer *MFP*

cuius ab imperio surgens et origine Caesar
Augustus meruit tempus habere pium;
tempore namque eodem est natus de virgine Christus,
cuius et emicuit stella per astra poli.
dux princeps Romanus erat de principe Titus,
si non praestaret, dicere saepe solens
'perdidimus hac luce diem', si nulla dedisset
non exoratus praestita supplicibus.
alter ait princeps modico sermone poeta
Commodus Augustus, vir pietate bonus
'nobile praeceptum, rectores, discite post me:
sit bonus in vita qui volet esse deus'.
ecce quid impendit homini clementia simplex,
ut praestet bona dans conferat atque animae.
ne facias populum mendacem, qui tibi clamat
vocibus innumeris 'rex dominusque pius':
ut vox vera sonat 'dominus', sic vera 'pius' sit;
orbis in ore volat puplica merx procerum.
fama ducum mos est bellis collecta cruentis,
ex quibus occurrit saepe reatus atrox.
Gloria bellorum ducibus populisque triumphos
in commune datos dividit armipotens.
nam ducibus solis praestat clementia laudem,
non habet haec comitem participemque negat.
dicit 'in arma pares fuimus cum principe' miles,
'me pugnante' comes 'victor ab hoste redis'.
numquid ut ignoscat rector, pars militis intrat?
soli qui ignoscit gloria laudis erit.
qui fodit adversos hostes certamina Martis
horrida concurrens, vincit in arma fremens:
rex, qui dat veniam subiecto et temperat iras,
plus quam turba facit, qui sua corda domat.

189 Nobilem *Laur.* 190 deus *V*, diuus *Laur.*, dei *Eug.* 195 sonet *V, corr. Duhn* 197 mos *V Eug.*, merx *Arevalo*, non *Bücheler*, sons *Leo* 204 comes *seposuit Traube* 206 adversus *V, corr. Bücheler*

183 *Suet. Tit. 8 Eutrop. 7, 21, 3 Auson. 419, 72* 188 *aperte Commodum confundit cum patre philosopho (cf. script. hist. Aug. 4, 18, 2. 3), quem eleganter scripsisse et simpliciter laudant verba* modico sermone poeta. *quamquam dictum tum allatum non inveni; fortasse fictum est secundum ea quae apud imp. Iulian. Caes. p. 333c et 334a leguntur, quae mihi indicavit Bücheler* 189 sq. *leguntur in codice Laurentiano lat. LXVI 40 saec. IX; vide Traube, Perrona Scottorum p. 487, v. 16. 17; picti videntur fuisse in ecclesia, ob hoc fortasse* divus *substitutum est antiquo* deus 197 *accipe: ducum mos est fama ea quae bellis colligitur; solent alii principes ea frui, at non propria eorum est, quippe communis cum vulgo, propria tua esse debet ea quae clementia paratur* 199 *Cic. pro Marcello 6* bellicas laudes solent quidam extenuare verbis easque detrahere ducibus, communicare cum multis, ne propriae sint imperatorum *eqs. imprimis 11* haec enim res unius est propria C. Caesaris, ceterae duce te gestae ... sed tamen multo magnoque comitatu. huius autem rei tu idem es et dux et comes. *Fronto ad Verum p. 120, 19 N.* bellicae ... tuae laudes et adoriae multos habes administros 204 *Claud. 34, 40* victor ab hoste redis 207 *qui fodit hostes, vincit, hanc solam habet gloriam quae etiam militi convenit: rex qui ignoscit, maiorem sibi parat adoream Verg. buc. 10, 45 (Aen. 12, 266)* adversos ... hostes 210 *proverb. 16, 32* melior est patiens viro forti et qui dominatur animo suo, expugnatore urbium

cuius ab imperio surgens et origine Caesar
Augustus meruit tempus habere pium;
tempore namque eodem natus de virgine Christus,
cuius et emicuit stella per astra poli.
dux princeps Romanus erat de principe Titus,
si non praestaret, dicere saepe solens
'perdidimus hac luce diem', si nulla dedisset
mox exoratus praestita supplicibus.
alter item princeps modico sermone profatur
Commodus Augustus, vir pietate bonus
'nobile praeceptum, rectores, discite post me:
sit bonus in vita qui volet esse dei'.
ecce quid inpendit homini clementia simplex,
ut praestet vitam conferat atque animum.
fama ducum mos est bellis collecta cruentis,
ex quibus occurrit saepe reatus atrox.
gloria bellorum ducibus populisque triumphus,
in commune datum dividit omnipotens;
nam ducibus tantum praestat clementia laudem,
non habet haec comitem participemque negat.
dicit 'in arma simul fuimus cum principe' miles,
'me pugnante comes victor ab hoste redit'
numquid ut ignoscat rector, pars militis instat?
soli qui ignoscit gloria laudis erit.
rex, qui dat veniam subiecto et temperat iras,
plus quam turba facit, qui sua corda domat.

---

157 eodem natus *(om.* est*) MFP* 158 et *om. M* 162 exortatus *P* 163 profatur *M*, probatur *F edd.*, probatũ *P* 167 inpedit F^1 168 conferatq; animum F^1 169 mors *(F)* 170 excurrit *M*, hoc currit *P* 171 uello F^1, bello F^2P populusq. *FP* 173 prestet clementie F^1 (-tia *corr.* F^2), F^2, prestet clementię *P* 174 ex comite *M*, ec comitem *F*, & comitem *P* 175 Ducit *M* 176 uictor *in M omissum addidit man. recens* 179 uenam *P* 180 *ad* facit *marginale* vel 'patrat' *in P*

---

180 *affert Iulian. Tolet. ars gramm. frg. cod.. Bern. 16 (Anecdota helv. p. XLV, 15) ut exemplum pentametri*

te deus aspiciens effundere nolle cruorem,
ut sine peccato, non sine laude daret,
contulit absenti terrae pelagique triumphos:
Ansila testatur, Maurus ubique iacet.
quod pereunt hostes, regis fortuna vocatur,
quod pereunt populi, temporis ordo regit:
nam si debilitas faceret discurrere mortes,
non caderent pueri aut femina sexus iners.
omnia tempus agit, cum tempore cuncta trahuntur,
tempora eunt vitae, tempora mortis eunt:
sex sunt aetates hominum procul usque senectam,
hae distincta tenent tempora quaeque sua.
numquid adultorum strepitus infantia simplex
vindicat aut fremitus pigra senectus habet?
non catulaster agit puerilia, non puer audet
attrectare tener Martia tela manu.
non furit in venerem nondum pubentibus annis
nec sub flore genae marcidus est iuvenis,
maturus tractat, gemit et tremebunda senectus
nescia fervoris vel levitatis inops.
numquid mox natas segetes viror armat aristis,
floribus aut genitis fructus inest subito?
novimus astra poli confectos perdere cursus
transactasque simul sic repetisse vias.
tempore luna suo crescit vel deficit orbe,
cuius ad aetatem plurima lege notant.
nam luna crescente fretum crementa resumit,
qua minuente polis est minor unda maris.
Cynthia dum crescit, fontes et flumina crescunt,
haec eadem minuunt, Cynthia dum minuit.
ipsa medulla latens observat cornua lunae,
observant lunae tecta cerebra globos.
sol oculus caeli radians fuscatur ab umbra
et tamen ad solitas itque reditque plagas,
ac recipit facies priscas lucesque resumit:
damna vel augmentum dant quae elementa ferunt.

---

213 Consulit *V, recte Eug.* 214 marus (*an* masus ?) *V, recte Eug.* 218 puer *Duhn* 220 tempora sunt vitae, sunt tristia tempora mortis *Columbanus* 225 Non catusaster V^1, catulaster V^2 *sive ipsa* V^1 *correxit* 233 *cave substituas* pergere, *cf. v. 250* 236 Cuius et *Duhn* rotant *Peiper* 237 incrementa *Eug.* 239 Quintia *V* 240 ꝙntia *V* 241 obscurat V^1, obseruat V^2 242 cereura *corr. in* -bra V^1 246 damnaue lamentū *V, corr. Arevalo* dantq. elementa *V, corr. Arevalo, qui tamen in editione maluit delere* que

---

215 sqq. *v. ad v.* 265 219 *v. eccles. 3, 1* omnia tempus habent et suis spatiis transeunt universa sub caelo *et sequentia, quorum partem hic poetice enarrat Dracontius* 219 sq. *v. ad* 247 221 *Eug. Tol. monost. rec. 27* sex sunt aetates hominis 223 *Eug. Tol. monost. rec. 28* infantia simplex 224 *Maximian. eleg. 1, 246* gemitus aegra senectus habet 226 *cf. Sen. Troad. 775* non arma tenera parva tractabis manu 229 *Columban. epist. ad Seth. 16* tremebunda senectus 233 *eccles. 1, 5 sqq.* 235 *1, 733—7* 236 *lunae secundum aetatem plurima regi sicque lege fieri ut fiunt adnotant homines*

te deus aspiciens effundere nolle cruorem,
ut sine peccato, non sine laude daret,
contulit absenti terrae pelagique triumphos:
Ansila testatur, Maurus ubique iacet.
quod pereunt hostes, regis fortuna vocatur;
quod pereunt populi, temporis ordo gerit.
omnia tempus agit, cum tempore cuncta creantur,
tempora sunt vitae, tempora mortis erunt.
sex sunt aetates hominum cuiusque senectae
et distincta tenent tempora quaeque sua.
numquid adulterii strepitus infantia simplex
vindicat aut fremitus pigra senecta gerit?
non catulastra gerit puerilia, non puer audet
attrectare tener Martia tela manu.
non furit in venerem nondum pubentibus annis
nec fetum partus femina reddit anus.
maturus tractat, gemit et tremebunda senectus
nescia fervoris vel levitatis inops.
numquid nata seges homines mox armat agrestes
floribus aut genitis fructus inest subito?
novimus astra poli confectos perdere cursus
transactasque simul sic repetisse vias.
tempore luna suo crescit vel deficit orbe,
cuius ad aetatem plurima saepe fiunt.
nam luna crescente fretum incrementa resumit,
qua minuente polis est minor unda maris.
Cynthia dum crescit, fontes et flumina crescunt
et minuuntur item, Cynthia dum minuit.
ipsa medulla latens observat cornua lunae,
servant et lunae tecta cerebra globos.
sol oculus caeli radians fuscatur ab umbra
et tamen ad solitas itque reditque plagas.
accipiunt facies crispas lucemque resumunt
— ordine cuncta suo sidera fixa polo.
damna vel augmenta rebus elementa dederunt:

---

184 Ansilia *P* 186 ipopuli *M* 187 *om. FP edd. ante Lorenzanam* 189 sunt etes F^1 192 gerat F^1 193 gerit] git *supra versum* F^1 195 Non sunt in *(at* sunt *in rasura) F*, Non sunt in *P* 196 redit F^1 198 feboris F^1 *est ultimus versus in FP edd. ante Lorenzanam; ceteros habet solus M* 199 natos eges (o *corr. in* a) *M* 201 Nobimus ast///apoli *M* 202 quę *M* 206 Quam in vente poli *M* unda manus *M* 207 Chintia *M, item* 208 212 idq̃ *correcta in margine* t *M* 213 Accipiana *M nisi male attendit Beer*

alternant elementa vices et tempora mutant,
tempus habent noctes, tempus et ipse dies.
accipiunt augmenta dies noctesque vicissim,
amittunt cursus perpete lege poli.
tempora sunt florum, retinet sua tempora messis,
tempus et autumnum, tempus habet hiemes:
ver aestas autumnus hiems (redit annus in annum)
quattuor alternant tempora temporibus.
omnia cum redeant, homini sua non redit aetas,
sed velut acris avis sic fugitiva volat.
tempora sunt pacis vel tempora certa cruoris,
otia tempus habent militiaeque labor.
tempora gaudendi, sunt tempora certa dolendi,
tempora dant lucrum, tempora damna ferunt.
nubila tempus habent et tempora certa serenum,
tempora servare iussit et ipse deus.
horam quaesivit faciens miracula Christus,
horam speravit passio sancta crucis.
ut mi irascaris, qui sim † dignior ira
tam magni regis iudicer esse tua?
quando per aetherias aquila volitante rapinas
praeda cibusque fuit passer hirundo picus?
quando fames rabidi quamvis ieiuna leonis
ut sit adoptavit faucibus esca lepus?

---

251 retinent s. t. messes *Columbani cod. Monac. 17208* 252 *cf.* 260; autumnus, tempus habent *Arevalo fortasse recte* 255 redeunt *Columbanus* hominis una V^1, *corr. in* -nis sua V^2, homini sua *Columbanus* 262 seruari *Arevalo* 264 *an* servavit? 265 Ut mihi *V* qui sim dignior *V;* qui sim, si *Bücheler, an* qui sum? num?

---

247 *cf. X 132 et ind. s. v.* vicis *Columban. epist. ad Sethum (M. G. epist. III p. 185) his suis verbis*

61 pulchre veridici cecinit vox talia vatis
62 tempora dinumerans aevi vitaeque caducae

inducit versus Dracontii hos: sat. 219. 247. 249. 251, sequitur

67 sic iterum spisso vestitur gramine campus

quem unde sumpserit nondum agnovi (potest tamen esse ex Dracontii deperditis), deinde Dracontiani iterum sat. 259. 220, de deo 3, 539, sat. 253. 255, mutatis paucis quae ad singulos versus erunt adnotanda. ex Columbano, adiecto primo versu ex Beda, factum est carmen Anth. 676, cf. Lohmeyer, schedae phil. Vsenero oblatae (Bonnae 1891) p. 74, Traube Anz. f. deutsch. Alt. 18, 1892, 208 251 *cf. Ov. rem. 187 sq.* 253 *v. ind. s. v.* ver; *cf. laus Pison. 150* 257 *eccles. 3, 8* tempus belli et tempus pacis. *Drac. 3, 157* aut pax est aut bella fremunt 258 *cf. laus Pison. 140 Ov. Pont. 1, 6, 10* militiaeque labor 259 *eccles. 3, 4* tempus flendi et tempus ridendi 260 *eccles. 3, 6* tempus acquirendi et tempus perdendi. *cf. Iuvenal. 6, 571* 261 *cf. Hor. carm. 2, 9, 1 laus Pison. 147* 263 *Coripp. Iust. 4, 306* faciens miracula Christus *Ioh. 2, 4* nondum venit hora mea 265 *post longam digressionem redit ad thema suum: 'quod autem mihi irasceris, tecum reputa' eqs. ipsa tamen digressio (219—264) non exit in eam sententiam: 'cum tempore peribit ira tua', sed conexa est cum iis quae ante v. 219 leguntur: 'deus cum videret te paratum esse ad veniam, hostes tuos necavit, neque enim ex ordine temporis mortui sunt, sed ut gloria tua augeretur, neque erant invalidi (et hi tempore pereunt), sed fortes, gloria ergo est tua (huc respiciunt* 266 tam magni regis)'. *iam inseritur de tempore sat molesta declamatio*

tempus habent noctes, tempus et ipse dies;
accipiunt augmenta dies noctesque vicissim
et minuunt cursus perpete lege poli.
tempora sic flores, retinent sic tempora messes
— et cum lege redit vitis amoenus honor.

desunt reliqua.

subscribit M: EXPLICIT EIUSDEM DRACONTII LB̃R SECUNDUS INCIPIT MONOSTICA RECAPITULATIONIS SEPTEM DIERUM, *vide p. 67*

devorat egregios ingenti corpore tauros,
et rapiunt aquilae † membrida membra pedes.
dat semel iratus veniam post vulnera pardus
nec reduces morsus dat feritate pia.
despicit irasci pastoribus optima tigris,
despicit et talpas flammeus ore draco.
fulmina non feriunt reptantia gramina terris
nec modicas salices flamma trisulca cremat,
sed feriunt celsas pulsantes nubila cedros
et montes vastos proxima saxa polo.
sontes peccantes tantum sua culpa fatigat:
ecce etiam insontes noxia poena petit.
si ipse ego peccavi, quaenam est, rogo, culpa meorum,
quos simul exagitat frigus inopsque fames?
diluvio periere rei sine clade piorum,
Loth bonus et iustus tollitur ex Sodomis.
si non humani generis peccata fuissent,
unde pium nomen posset habere deus?
sed quia dat veniam populis peccata relaxans,
per pietatis opus nomen habet placidum.
si veniam frater fratri donare iubetur,
quid rex subiectis et dominus famulis?
si iustis solem dominus pluviasque dedisset
nec daret iniustis, quae fuerat pietas?
non quaerit veniam qui nil peccasse probatur;
nonne manus medici languida membra petunt?
materiem laudis praebet tibi culpa reorum
et titulos famae dat pietatis opus.
inclitus armipotens, vestrae pietatis origo,
et doctus genio pronior ad veniam,
'non homini ignosco', dixit 'sed lingua meretur':
hic reus et doctus Vincomalos fuerat.
non laedunt delicta deum, sed laeditur auctor,
ni peccata dolens paeniteat sceleris.
qui poscit hac lege deum ut peccata relaxet,
debet et ipse suo parcere ubique reo.

---

272 membrida membra pedes *scripta sunt a* V^1, *sed ut videtur obstipuit haesitavitque scriba, antequam corruptelam apertam archetypi repeteret;* splendida membra *Bücheler, possis et* fervida, vivida; *acceptius erit adiectivum a nomine pecudis ductum* 276 talpis *Arevalo* 277 Flumina *V, corr. Arevalo* 279 cędros *V* 289 quid /// ueniã *sic, mediis iam erasis,* V^1, qa///dat ueniã V^2, *nihil igitur obstat quin* sed qui dat *legas* relaxans *ex* -ent *ut videtur corr.* V^1 300 genio *primo non intellectum post interiecit* V^1 302 uinco malos *V,* Vincemalos *Duhn,* Vincomalus *Arevalo*

---

271 *Verg. georg. 4, 538 (550)* quattuor eximios praestanti corpore tauros 275 *cf. Claud. 35, 213* viles pastorum despicit iras *leo* 277 *Drac. V 312* gramina non tangunt, feriunt sed fulmina quercus. *2, 498 sqq. Hor. carm. 2, 10, 11* feriuntque summos fulgura montes. *Ov. rem. 369. plura conlegi ad Stat. silv. 2, 7, 90* 281 *ad 1, 542* 282 *Boeth. 1, 5, 29* premit insontes debita sceleri noxia poena 286 *cf. 2, 429 sqq.* 291 *Matth. 5, 43. 18, 15. Luc. 17, 3* 293 *Matth. 5, 45* 296 *Matth. 9, 12* 297 *Ov. trist. 2, 32, cf. Sen. de clem. 1, 17, 3* 300 *cf. Ov. Pont. 1, 6, 5 sqq. sensus ambiguus; conieci* doctis 303 *Ibo 35, 6* si peccaveris, quid ei nocebis? 306 *Matth. 6, 12*

non semel ignosci dixit lex sancta reatum,
sed quotiens culpa est, sit totiens venia.
dicam regnanti domino pia verba prophetae
'etsi peccavi, sum tamen ipse tuus'.
da veniam, miserere, precor, succurre roganti,
pristina sufficiant verbera vincla fames.
sessorem, dum carpit iter, si cornea palpans
ungula concutiat quadrupedantis equi,
verbere corrigitur culpa plectente flagello,
non simul abscisi crura pedesque iacent.

EXPLICIT SATISFACTIO DRACONTII AD GUTHAMUNDUM REGEM GUANDALORUM DUM ESSET IN VINCULIS.

---

310 et si *V*, e *lineola delevit* V^2 313 iter si // cornua palpans *(in rasura videtur fuisse* c*)* *V* pulsans *Arevalo* 316 abscissi *Arevalo* *in parte inferiore paginae adscripsit* V^2 *versum, cuius supersunt hae litterae* Ei michi qđ đno; *deinde in infimo angulo dextro manus recentior* lib(er) ecc(lesie) maioris Ben(eventanae)

---

307 *ad 3, 617* 310 *sapient. 15, 2* si peccaverimus, tui sumus. *cf. psalm. 118, 94* 312 *Damas. carm. 2, 19* verbera vincla famem 313 *Verg. Aen. 8, 596* quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum. *Lucan. 6, 83* ungula . . . discussit cornea campum palpans *quasi* palpitans *intellegi vult Bücheler, ego desidero quale* lapsans

⟨ROMVLEA⟩

I.

PRAEFATIO DRACONTII DISCIPVLI AD GRAMMATICVM FELICIANVM, VBI DICTA EST, METRO TROCHAICO, CVM FABVLA HYLAE.

Orpheum vatem renarrant ut priorum litterae
cantitasse dulce carmen voce nervo pectine
inter ornos propter amnes adque montes algidos,
(quem benignus grex secutus cum cruenta bestia
audiens melos stupebat concinente pollice:
tunc feras reliquit ira, tunc pavor iumenta, tunc
lenta tigris, cervus audax, mitis ursus adfuit,
non lupum timebat agna, non leonem caprea,
non lepus iam praeda saevo tunc molosso iugiter;
artifex natura rerum quis negat concordiam,
hos chelys Musea totos Orpheusque miscuit):
sancte pater, o magister, taliter canendus es,
qui fugatas Africanae reddis urbi litteras,
barbaris qui Romulidas iungis auditorio,
cuius ordines profecto semper obstupescimus,
quos capit dulcedo vestri, doctor, oris maxima.
nostra vota te precamur ut secundes, optime,
ante cuncta non recusans illud ipse pendere,
non tuas qui rite laudes, mente sed qua concinam:
nos licet nihil valemus, mos tamen gerendus est.
ergo deprecantis, oro, cinge lauro tempora.

EXP. PRAEFATIO TROCHAICIS VERSIBVS DICTA.

VARIA LECTIO 1 enarrant *N, corr. Bücheler* 3 atque *N, corr. Bährens* 4 rex, *at in marg. man. 2* grex *N* 6 tūc pauor ın mei, Terrıta *sic N sine dubio ex exemplo suo; ergo qui correctionem marginalem addidit, voluit* ıta *inseri post* ın mei, *quo inserto* iumenta *paene habes effectum;* iumenta, tunc *ego monosyllabon rhetoricae versus sequentis librationi condonandum ratus (cf. etiam Ter. Maur. 509),* perterritas *Duhn,* nil terruit *Bücheler,* non territat *Petschenig* 7 Lentas *N* 9 molosso iungitur *Peiper* 10 Artis ex *N, corr. Bährens* 11 Hos cęlis museța *N, corr. Bücheler* 12 patero *N,* patriae *Bücheler* aliter *N, corr. Bücheler* 18 Antea *N* *in* recusans *sunt* ns *in rasura N* 19 tua *N, corr. Bährens* quirite *uno verbo N* 20 mox tamen genendus *sic N, corr. Bücheler*

NOTAE 1 *cf. Sen. Herc. O. 1031 sqq., Claud. 34, Boet. cons. 3, 12 carm. 5 sqq., potissimum Fronto epist. 4, 1 p. 58 N. Anth. 628* 8 *Hor. epod. 12, 25* ut pavet acres agna lupos capreaeque leones 19 *cf. Calp. ecl. 4, 14 sq.* rite *magis secundi quam prioris est membri*

II.

INCIPIT HYLAS.

Fata canam pueri Nympharum versa calore
in melius; sic Musa mones. quis casus ademit
Alcidi comitem, solamen dulce malorum?
fuderat Idalius gremio se forte parentis
pinniger et collum violentis cinxerat ulnis
oscula pura rogans. mater devota coruscos
indulget vultus roseoque est orsa labello:
'o mundi domitor, caeli quoque, flamma Tonantis,
numen posco tuum, cuius sub iure vaporo,
per tua tela, puer, fecundis inlita flammis
ut des effectum votis de more parentis.
nil rude, nate, precor nec supplex improba posco;
ardua non iubeo, quamvis magis ardua vincas.'
ille refert matris disrumpens verba precantis:
'magna iube, non ausa prius, sublimia manda,
o genetrix. quo tela vocas aut quid petis uri,
quem divum modo forte iubes hominumve ⟨calere⟩?
exprime: flammetur. quid fletu lumina tinguis?
audeo, si cupias ipsum flammare Tonantem
et dominum caeli facie vestire iuvenci
oblitumque poli rursus mugire per herbas
confessum per prata bovem; cadat aureus imber,
divitias ut tecta pluant; sit fulminis ales
ipse sui, satyrus cycnus Latonia serpens;
Alcmenam galeatus amet, mucrone coruscet
et clipeo rutilante tonet, dum miles adulter
coniungat noctes subtracta luce dierum.
si Pallas placeat, nostros iam sentiet ignes
virgo ferox sexu: fugiet viresque fatetur

---

tit. Ylas *et sic semper N* 1 Facta *N* colore *N, corr. Duhn* 2 si *N, corr. Petschenig* 5 uolentis *N, corr. Bücheler* 8 genitor *corr. in* domitor *N* 10 *versum in textu omissum man. 1 in margine adscripsit et signo ·|| suo loco attribuit. in numeris marginalibus non numeratum; item v.* 50 17 hominum de ∴ *sic N;* hominumve lacessi *Duhn;* calere *ego,* peruri *Peiper, qui versui* 16 *ex Vergilio dedit* istis 22 Confessus *N, corr. Bährens* 23 sint *N, corr. Bücheler* 24 ∴ Ipse ui *N, corr. Bücheler* 26 *post* miles *distingui vult Rossberg* 28. 29 nostro i. s. igne v. f. sexum *Skutsch* 29 ferox: fugiet, sexum viresque f. *Leo*

---

2 *Ov. met. 4, 142* quis te mihi casus ademit? 8 *sqq. cf. Verg. Aen. 1, 664 sqq. Ov. met. 5, 364 sqq. Drac. X 127 sqq.* 9 *Verg. Aen. 1, 666* tua numina posco 10 *Lucret. 5, 1094* caelestibus inlita flammis 12 *Stat. Ach. 1, 942* nimis improba posco 14 *cf. Stat. silv. 1, 2, 105* 16 *Verg. Aen. 9, 94* o genetrix, quo fata vocas, aut quid petis istis? 17 *Stat. silv. 1, 2, 66* quemcumque hominum divumque dedisti, uritur 21 *v. ind. sub* mugio 22 *Coripp. Iust. 4, 73* pluat aureus imber 23 *post Europam Danaenque denotantur Ganymedes (an Asterie?) Antiopa Leda Callisto Proserpina, cf. catalogum Ovidi met. 6, 103—14* 29 *cf. Stat. Theb. 12, 529 Amazones* nondum trepidae sexumve (sexuque *Put.)* fatentur. *Claud. 11, 33* peltata pugnas desereret cohors sexu recepto. *Lucan. 8, 527* metiri sua regna decet viresque fateri *sentiet amorem se agnoscendo feminam* fatetur *futurum videtur, v. ind. sub 'coniugatio' cf. CFW Müller in Friedländeri Iuv. ad 2, 39*

vel solas tractet reiecta cuspide lanas.
noster si reus est auctor Neptunus, anhelans
aestuet inter aquas telo flammante per undas;
igne meo vincentur aquae: fumantibus undis
Tritones Galatea, Thetin delphines amabunt,
quidquid fluctus habet, totum succendo pharetris.
sive, parens, optas homines his ignibus ustos
inlicitos violare toros, ut non pia patris
oscula nata petat nec natus matris amator
dulce nefas cupiat, frater vitietque sororem
privignoque suo potiatur blanda noverca:
alter erit Perdica furens atque altera Myrrha,
Iuppiter alter erit terris de fratre maritus,
(parva loquor) tauro, si iusseris, altera regis
flammetur coniux, reddetur et altera Phaedra'.
at his laeta Venus vultu mutata renarrat:
'impubes lascive puer, cui subiacet omne
quod natura creat, caelum mare sidera tellus,
nemo notet Venerem, quod supplex mater Amorum
ignis opem de prole rogat. nam munere in isto
quamvis sit communis honor, tamen, alme, fatemur
hic numen plus posse tuum. lamenta parentis
si placet ulcisci, paucis (adverte) docebo.
Nympharum, puer alme, chorus dum pensa revolvit
Penei sub fonte sui, (pudet ore referre)
Solis amata canit Clymene mea crimina Nymphis
meque suo prensam Nymphas monet indice Sole
Vulcanique sonat captivo Marte catenas.
quas audire libet de nostra clade canentem.
sed si de nobis certe cantare placebat,
iudicium Paridis vel nostros, nate, triumphos
cantarent fluidae carpentes pensa puellae.
est gemitus haec causa mei. quas ure sagittis
corda vel illarum dulci continge veneno:
noscant quid sit amor, discant tua tela.....

---

30 Vt *N*, Et *Peiper*, Vel *ego* solus *N, corr. Duhn* Vt sollers *Rossberg* retecta *N, corr. Duhn, cf. VIII 357* 32 perustas *Bährens* 34 Thetis *Rossberg* 36 ∴ Si parens optaṇs *N, corr. Bücheler* 38 nec *N*, vel *Duhn* 39 cupiat *N*, rapiat *Peiper* 40 moriatur *Rohde* 42 terris *N*, Cereris *Rossberg* 43 tauros *N* 46 Impudens *N, corr. Bücheler* Imprudens *Peiper* 48 notat *N, corr. Bücheler* 49 opē *corr. ex* opes *N* munere mixto *Bährens* 50 *hic versus eodem modo quo* 10 *in margine suppletus est nec numeratus in ordine* 51 Hinc *N, corr. Bährens* 54 ora *Peiper* 56 nympham *Bährens* 57 sonant *N, corr. Petschenig* 58 *cave ne legas* Quis *neve* iuvat; *de* libet *c. acc. v. index* 62 genitus *N, corr. Bücheler* 64 ∴ Noscat *N, corr. Duhn in fine* puellae *Duhn*, per ossa *Bährens*, vereri *Petschenig*, *possis alia velut* perustae loquaces *vel* nocere *sim.*

---

32 *cf. X 86* 33 *Sil. 4, 694* fumantibus undis *(Drac. X 88)* 38 *cf. Catull. 64, 402 sq.* nec *iunge cum* dulce 41 *Verg. buc. 4, 34* alter erit tum Tiphys et altera quae vehat Argo *eqs.* 42 *recte* terris, *agitur de hominibus* 46 *Arator 1, 527* cui subiacet illud, quod natura negat 52 *Verg. Aen. 4, 116* paucis, adverte, docebo *(8, 50 Claud. 15, 388 Sidon. c. 7, 138)* 55 *cf. Verg. georg. 4, 345 sqq.* 60 *Verg. Aen. 1, 27* iudicium Paridis 64 *Verg. buc. 8, 43* nunc scio, quid sit amor *(Ov. met. 13, 762)*

Alcidis comes est comis puerilibus annis,
quem rubor ut roseus sic candor lacteus ornat;
illi purpureus niveo natat ignis in ore.
hoc puero viso Nympharum turba calescat;
haec illis sit poena nocens, ut vota trahantur
ipsarum in longum, donec pubescat amatus.'
iret adhuc in verba dolor, ni pinniger audax
dimittens matrem fricuisset cote sagittas.
arcu cinctus erat, dantur post terga pharetrae,
accipit et flammas hominum divumque voluptas.
evolat armatus: vix caelum liquerat ales,
iamque tenet terras; sic currit mentis acumen.
ut venit ad fontem, lapidem proiecit in undas.
concussit vitreo sonitus sub fonte puellas:
exiliunt cunctae, quaerunt quae causa quietas
sollicitet. volucer fugiens nemus intrat opacum,
moxque dei vultus vestivit imago Naidis;
tendit membra puer, longos ut crescat in artus,
ut possit complere dolos ac iussa parentis;
..... pedes fluitans vestis laxatur ad imos,
candida diffusi ludunt per colla capilli
et vento crispante gradu coma fluctuat acta,
frons nudata decet diviso fulgida crine;
et velut invitos gressus pudibunda movebat
incedens fluxoque latent sub tegmine pinnae.
misceturque puer Nymphis sub fronte puellae
et causas perquirit Amor, cur fonte relicto
terras cauta petit; facilis cui turba fluenti
rem pandit, periurat Amor, quasi nescius esset.
interea post bella suis Tirynthius ibat
victor ovans, cui iunctus Hylas pulcherrimus haeret
gestans fulminei pellem cum dentibus apri;
et licet invalidus haec pondera ferre laborat,
ipse tamen gaudet, quasi iam commune triumphum
gestet et Alcides non solus fuderit aprum.
horrent Alcidem Nymphae mirantur Hylanque.
ex quibus una tamen cunctas adfata sorores

---

65 comes est comes *N, corr. Wagler* 74 Accipiet *N, corr. Duhn,* Arripit et *Bährens* 81 imago Napaeae *Bährens,* Dryadis vestivit imago *Peiper,* Năidis vestivit imago *Ellis* 84 *in initio nullá lacuna N,* Glauca *Duhn,* Vsque *Rossberg (cf. Orest. 787)* 89 Incendens *N, corr. Duhn* 92 Terrae tuta petant *Rossberg (cf. Verg. Aen. 6, 358)* 93 nescius extet *Rossberg* 96 Gegans *corr. in* Gestans *N* 98 commune tropaeum *Bücheler*

---

65 *Ov. met. 2, 55 (5, 400)* puerilibus annis 67 *Stat. Ach. 1, 161* niveo natat ignis in ore purpureus 71 *Claud. 15, 201* iret adhuc in verba dolor, ni Iuppiter ... coepisset 72 *cf. Hor. carm. 2, 8, 14* 74 *Lucret. 1, 1 (6, 94)* hominum divumque voluptas 76 *Claud. 35, 201* quantum ... mentis discurrit acumen *(Coripp. Ioh. 6, 233)* 79 *Verg. Aen. 4, 379* ea cura quietos sollicitat. *Claud. 36, 6* quae causa quietos excierit 84 *Verg. Aen. 1, 404* pedes vestis defluxit ad imos *(cf. Prud. psych. 636)* 89 *Lucan. 7, 499* tutoque latet sub tegmine pectus 92 cauta *scil.* turba 98 triumphum *neutr. v. ind. s. v.* 101 *Ov. met. 11, 6* e quibus una. *met. 5, 255* doctas sic est affata sorores

haec ait: 'o faciles Penei numina Nymphae,
dicite, quando parem puero natura dedisset.
non fuit Hippolytus talis, non pastor ab Ida,
nocturnae fulgore deae non pulcher Iason;
nec Bromius iam talis erit nec magnus Apollo.
felix sorte sua, cui talis semper imago
serviet et roseis recubans dabit oscula labris.'
cum nimium laudatur Hylas, se subtrahit ales
et profert arcum permiscens mella venenis,
armat tela dolis et spargit spicula Nymphis:
pallescunt omnes, subitus rubor inficit ora,
tendunt membra simul, cunctis respirat hiatus
oris et ad crines digiti mittuntur amantum,
incipiunt fari mediaque in voce resistunt:
tot signis vulgatur amor. Clymeneque sorores
adloquitur: 'placet, almus Hylas rapiatur in undas,
ut sit noster amor. nec erit mihi crimen amanti:
Oenone Paridem, Lycastum zelat Amazon,
pulcher amatur Adon, Furias amat ipse Cupido:
quod caelum, quod terra fretum, quod sidera Pluton
exercet per saecla diu, cur Nympha veretur?'
cum loquitur, cantabat Hylas fontemque petebat
hauriturus aquas. urnam licet ipse tenebat,
ut puer est visus, faciles risere puellae
et lentum venisse putant; placet omnibus idem;
vix urnam submisit aquis dextramque tetendit,
cum quo se Nymphae pariter mersere sub undas.
expavit sic raptus Hylas pavidusque petebat
herbida quod vitreum tellus perfuderat antrum.
Deiopea tamen cunctas hortata sorores
adloquitur puerum: 'non te decet ora rigare
fletibus, alme puer; ploret deformis imago,
non est flere tuum. mundum tibi nullus ademit:
nos rosa, nos violae, nos lilia pulchra coronant,

---

103 parem puero natum natura *N* puerum natura *Duhn* *ante* 105 *deesse versum de Endymione dictum coniecit Skutsch* 106 erat *Bährens* 110 proferat *N, corr. Duhn* 116 Clymenaque *N* 117 ut undas *N, corr. Duhn* 118 amantis *N, corr. Duhn* 119 Dione *N, corr. Duhn in indice* Lycassum celat *N, corr. Duhn* 122 Exercent *Duhn* vetetur *Rossberg* 123 cantabat] transibat *Bücheler*, cursabat *Bährens* 124 licet] Alcidae *Bährens*, laeva *Peiper* 126 Cy Et$^{\wedge}$ lentum *sic N (illud* Cy *puto ex* Q *deformatum);* Et lautum *Bücheler* 129 pavidusque] pratumque *Bährens* 130 quo *N, correxi*, qua *Peiper*

---

102 *Stat. Theb. 4, 684 incipit:* agrestes fluviorum numina nymphae 104 *Val. Fl. 1, 549* veniet Phrygia nam pastor ab Ida *(Drac. VIII 117)* 105 *cf. Val. Fl. 5, 329 sqq.* 112 *Ov. met. 6, 46* subitus ... invita notavit ora rubor 113 *Drac. X 232* cur explicat artus ... quid spirat hiatus oris et ad zonam digiti mittuntur inermes 115 *Verg. Aen. 4, 76* incipit effari mediaque in voce resistit 120 *cf. X 460 (aliter Anth. 240, 8)* 121 *cf. index s. v.* caelum 123 *Val. Fl. 3, 531* fontemque petebat 125 *Verg. buc. 3, 9* sed faciles nymphae risere *(Hor. carm. 2, 8, 13)* 128 cum quo *videtur esse pro* et cum eo 131 *Stat. Ach. 1, 803* Deidamia ... cunctas hortata sorores 133 *Sen. Phaedr. 823* deformis senii ... imaginem

nos Hyacinthus amat, noster Narcissus alumnus:
fontigenis dat serta comis redimitque capillos
quidquid floris olet, quidquid dant prata ru(boris.)
tu noster iam sponsus eris sine fine dierum.'
his dictis mentem pueri mulcebat amica.
interea furibundus adhuc Tirynthius ibat
et clamans quaerebat Hylan; cui litus et unda
Herculea cum voce sonant et nomen amati
montes silva vocant; tantum fons ille tacebat,
in quo raptus Hylas. cum iam remearet ad ⟨astra⟩
post factum pinnatus Amor matrique triumphum
adportaret ovans, vocem deus Herculis hausit
et gemitus quaerentis Hylan; cui gesta fatetur,
Alcidis comitem fontis rapuisse puellas,
ignibus Idaliis exustas Herculeas spes.
obriguit gemuitque simul clavamque remisit:
'o frustra nutrite puer, spectator ubique
virtutis per cuncta meae (te teste pericla
saepe tuli, cum victus aper, cum fracta leonis
colla Cleonaei telo parcente necantur,
cum simul Antaeum rapui Telluris alumnum):
quis mihi sudorem lasso post proelia terget?
quis comes alter erit, cum dat fera bella noverca?
quid matri narrabo tuae, quae te mihi parvum
deposuit pietatis inops? quae pignora reddam,
cum conventus ero? dicam tamen ipse parenti:
"exulta, genetrix, nimium laetare, beata
ante parens hominis, pulchri modo numinis auctor"'.

EXP. FABVLA HYLAE.

III.

INCIPIT PRAEFATIO AD FELICIANVM GRAMMATICVM, CVIVS SVPRA IN AVDITORIO, CVM ADLOCVTIONE.

Fructibus apta quidem cunctis est terra creatis,
altius intendens sed causas perspice partus
et totum cognosce poli. nam rore maritat
arva suo vel sole fovet vel temperat aestus
alternans elementa potens, ut reddat et umbras
montibus arboreis et culmos armet aristis,

II 136 alumnus *Bährens*, ab undis *N* 137 redigitque *N*, *corr. Duhn* 138 ∴ Quidquid floris solet *N* ru *N*, *expl. Bücheler* 140 amicis *Bährens* 145 astra *om. N*, *cum signo* ∴ *ante versum; addidit Duhn*, auras *Rossberg* 150 Idalii rexutas *N*, *corr. Wagler* (exutas *Duhn*) 151 clauumque *N* 160 *post* deposuit *distinxit Duhn*

III 1 creatrix *Bücheler*, creandis *Bährens* 2 partas *N*, *corr. Duhn* 3 cognosce · polus nam *Bährens*, fotum c. poli *Rossberg* 4 tempera haustus *N*, *corr. Duhn* 6 arboreas *Bücheler*

II 140 *Stat. Theb. 3, 294* dictisque ita mulcet amicis *(Ach. 1, 79, cf. Verg. Aen. 8, 126 Stat. Theb. 1, 478. 3, 178)* 145 *Drac. 2, 547* ut iam remearet ad auras aethereas 159 *cf. Val. Fl. 3, 734*

III 3 *Claud. 35, 89* glaebas fecundo rore maritat 4 *Drac. 1, 590* temperat aestus 6 *Nemesian. cyn. 292* culmusque armarit aristas. *vide ind. sub* armo

ventilet et matrem gravidam pendentibus uvis
pampinus exultans et palmes verberet ulmos
contortusque fluat nodo viridante corymbus
et nunquam positura comas flectatur oliva;
at si temperies rerum opportuna negetur,
infecunda forent squalentia viscera terrae
(et limus obducit; ager deceptus inhaeret):
discipuli sic quippe silent, si forte magister
tollatur, doctrina potens. qua praeduce † dictor
antistesque tuus de vestro fonte, magister,
Romuleam laetus sumo pro flumine linguam
et pallens reddo pro frugibus ipse poema:
tu mihi numen eris, si carmina nostra levaris;
nam tua sint quaecunque loquor, quaecunque canemus.

EXP. PRAEFATIO.

IV.

INCIPIT ADLOCVTIO. VERBA HERCVLIS CVM VIDERET HYDRAE SERPENTIS CAPITA PVLLARE POST CAEDES.

Iuppiter omnipotens, celsi moderator Olympi,
cur mihi viperei fetus mala fata minantur?
te regnante, parens, in me coniurat iniqua
⟨serpe⟩ntum cristata manus; sed forte superbi
⟨nunc⟩ caelum terras pontum fulmenque trisulcum
⟨her⟩edes et Iuno tenent, seu fulgidus ortu
⟨desilis⟩ ad terras seu iam defessus anheli
sideris occasu maestus tua regna relinquis.
paenitet, alme parens, vestra de stirpe creatum
Alcidem, quia nullus honos et mille pericla.
nam quodcunque malum superas evincit in auras,
Herculis hostis erit. per nos nam bella geruntur,
Iuno noverca furens potuit quae victa parare
privigno (natum quem comprobat esse Tonantis,

III 8 uerberet uuas *N, corr. Bährens* 13 *in* obducit *est* b *ex* d *correcta in N* *parenthesi signata subvenire temptavi intellectui; coniecerunt Bücheler:* et limos obducat ager d. inertes, *Ribbeck:* et limo se obducat a. d. inerti 14 magistri *Bährens* 15 *opinor* dicto *i. haec scribo;* qua praeduce, ductor antistesque tuis, d. v. f., magister, R. *Bücheler* 17 Romuleum *et* summo *N, corr. Bücheler* 20 sunt *Rossberg*

IV *tit.* pulare *N,* pullulare *Duhn, cf. Calp. ecl. 5, 20* 4 *secundum lacunam in archetypo extantem in initiis* v. 4—7 *spatia octonarum vel denarum litterarum vacua relicta sunt.* 4—6 *expl. Duhn* 4 *in initio* num *N* 7 *expl. Bücheler* 8 maestos *N, corr. Duhn* 11 superans s̊e uincit *N, corr. Bücheler* emergit *Duhn,* exurgit *Peiper*

III 13 *cf. Verg. georg. 1, 116 buc. 1, 48* 15 *cf. Prisc. Anast. 249* doctrina potens 16 *Coripp. in laud. Anast. 46* summe magister . . . vestro de fonte creatur rivulus iste meus antistes *est Dracontius Feliciani, quem quasi numen colit* (v. 19), *cuius est fons ut Musarum* 19 *Ov. met. 14, 124* numinis instar eris semper mihi. *Anth. 254, 13* tu mihi numen eris levaris *quasi recens genitum* 20 *sat. 113* nam tua sunt quaecumque gerit, quaecumque iubebit. *cf. Hor. carm. 4, 3, 21 sqq.*

IV 1 *cf. Sen. Herc. f. 205 sqq. Herc. O. 1 sqq.* 6 *cf. Sidon. carm. 7, 17* 11 *v. ind. sub* superus 13 victa *scil. bella cf. 37* 14 *cf. Sen. Herc. f. 35 Herc. O. 9*

dum nobis immensa iubet); me quoque triumphis
horrida bella manent, et nunquam stare licebit
hoste sine, trucibusque diu concurrere monstris
compellor. genitor, te in nosmet pessima coniux
horrescit: misero semper tu causa pericli es.
nam mihi reptanti tumida cervice dracones
Iuno duos misit, quis frontem crista tegebat,
flammea lux oculis, pro spumis taetra venena,
sibila vibrabant linguis sub dente trisulcis:
terror erat visus cunctis sonitusque draconum.
quos manibus ridens compressi parvulus ambos.
hi tribuere mihi primum pro morte triumphum
et letum, non praeda fui Iunonis alumnis.
hostes deesse mihi dixi post bella leonis,
quem nullo mucrone peti nec restibus ullis
implicui: fretus manibus nec Maurus † ad illum,
cuius pelle tegor. nunc fortiter ecce tabescens
tertia bella gero, quae caedes passa resurgunt.
en totiens percussa lues magis extitit ardens
et nunquam sternenda venit. pro fata nefanda,
vincere peius erit: propriis nam viribus ipse
impugnor; saevos gladius mihi suggerit hostis,
non rapit ecce meus, sed proelia victa reformat.
huc quicunque deus frater mihi summus Olympo es,
huc ades et miseri tandem succurre periclis;
sed quaeso venias soboles ut nulla novercae,
quamvis sis frater. iam tu succurre, Minerva
bellipotens, patrius cui casside fulgurat ardor,
quae clipeo rutilante tonas, quae fulmina vibras,
pectore saxifico cui militat impia Gorgon:
intemerata soror de vertice missa Tonantis,
sudori succurre meo. quibus artibus angues
extinguam, qui sponte petunt mucronis acumen?
ut crescunt gaudentque mori fera colla draconum!
caesa vigent, alter surgit de vulnere serpens.
consilium mihi virgo dedit: 'quia mucro laborat
incassum, gelida flammis exure venena
et praestent cum morte rogos; caput omne perurat
ignis edax anguesque crement post vulnera flammae.'

---

15 proque *Duhn*, deque *Bährens* 20 reptantes *Bücheler* 22 tecta uenena *N*, *corr. Bücheler* 23 sub *Bährens*, ab *N* 24 Terrot *N* 28 duxi *Bährens* 29 uestibus *N*, *corr. Haupt*, retibus *Bährens* 30 nec maurus ad illum *N* adivi *Bährens*, adibam *opinor* 31 tabescent *N*, *corr. Duhn*, pavescens *Peiper* 33 luens *N* 36 gladios *N*, *corr. Bücheler* 37 meos *N*, *corr. Schenkl* 38 Huc *Duhn*, Hoc *N*, O *Bährens* frater *Bücheler*, pater *N* 47 *fortasse* acumen, ut crescant 48 corda *N*, *corr. Rossberg (cf. Verg. Aen. 6, 49)* 51 Incasum *N* 52 prestem *N*, *correxi* *in* morte *est* e *ex* o *correcta in N* *in N subscriptum est* τέλος

---

23 *Verg. Aen. 2, 211* sibila lambebant linguis vibrantibus ora *(2, 475* linguis . . . trisulcis*)* 30 Maurus '*i. per iacula*' *Bährens; idem ut probaret Bücheler attulit Val. Fl. 3, 587* 40 *cf. Sen. Herc. O. 1313 sq.* 43 *Drac. II 26* et clipeo rutilante tonet 48 *Claud. 44, 58* gaudetque mori

V.
CONTROVERSIA DE STATVA VIRI FORTIS.

vir fortis optet praemium quod volet. pauper et dives inimici. bellum incidit civitati. dives fortiter fecit: reversus praemii nomine statuam petiit et meruit. secundo fortiter egit: reversus petiit praemii nomine asylum fieri statuam suam et meruit. tertio fortiter fecit: reversus petiit praemii nomine caput pauperis inimici. pauper ad statuam divitis confugit. contradicit.

⟨PROOEMIVM⟩ Quis furor iste novus? quae tanta licentia ferri?
poscitur, ut civi liceat prosternere cives
et facinus sub laude gerat crimenque triumphum
dicat et hostiles patriae revocare sagittas
civili sub lege velit, viduare maritis
matronas, orbare patres, iugulare propinquos.
reliquias belli scelus est cum lege necare,
pro quibus arma tulit. mitis si vinceret hostis,
parceret atque humiles vellet servare catervas.
iam non pro patria vir fortis bella gerebat
defendens umbone latus, per proelia cristas
dum quateret galeatus apex, aciesque cruentas
letifero mucrone premens: sub imagine civis
impius hostis erat merito, qui vincere vellet,
ut cives iugularet ovans. optate tyrannos
iam, proceres, vincant hostes quibus aspera mens est
nec studium post bella manet. dum classica rumpunt,
hostibus externis gravis ⟨est⟩ inimicus in armis;
post aciem dominus mitis qui vicit habetur
aut ex hoste manet simplex ac fidus amicus,
si bellum sub pace cadat. quod sentio prodam:
iam, cives, formido, mei, vos ergo cavete:
hostibus obstrictus patriae de clade pacisci
clam potuit, qui saeva parat, qui colla propinqui
civis et insontis nititur truncare cruentus.
perdidimus quoscunque viros, forte iste necavit:
classica dum reboant et Martia tela pluuntur,
inter ferratas acies lituosque sonantes
obvius armato iuveni si civis adesset,
quid faceret qui in pace furit, qui turpibus instat
mortibus insontum, qui funera pressa reformat?
servati civis nunc sunt ubi praemia quercus?
reddite bella, duces, inimicas reddite gentes:

---

tit. 1 inmici 2 nomie *N* ‖ 1 PROOEMIVM *om. N, addidi* 5 maritas *N, corr. Bährens* 12 apex *Bücheler*, apte *N* 15 ovans *Duhn*, orbans *N* 16 uincat *N, corr. Bücheler* 18 est *om. sine lacuna N, add. Duhn* in *ex* ut (*?*) *corr.* N^1 19 uincit *N, corr. Bährens* 20 manet] venit *Bücheler* 22 cadete *N, corr. Bücheler* 26 fortes *N, corr. Duhn*, fors *Peiper* 31 fessa *Leo* 32 *in* Seruati *est* i *correcta (ex* e *?) in N*

---

1 *Verg. Aen. 5, 670* quis furor iste novus? *(Arator 1, 601). Lucan. 1, 8* quis furor, o cives, quae tanta licentia ferri? 7 *95* necare, pro quibus arma tulit. *3, 343* prole perempta, pro quibus arma tulit *(cf. Coripp. Ioh. 2, 296)* 21 *Prud. psych. 701* si virtus sub pace cadit 31 pressa *oppressa finita* 32 *Lucan. 1, 358* servati civis referentem praemia quercum

barbarus omnis eat, rapiant simul arma Suevus
Sarmata Persa Gothus Alamannus Francus Alanus
vel quaecunque latent gentes aquilone remotae
in nos tela parent: minor est pavor. advena campo
producat armatus: muris servare salutem,
si nequeas pugnare, licet. cum cive per urbem
infelix quid civis agat? quid, nocte dieque
moenia rostra forum capitolia templa penates
† inlustrant et fana simul delubra theatra
circumeat cum cive malo, cum cive cruento?
nullus ab insidiis locus est qui fraude vacabit.
adde quod iratus victor cum lege minatur
et lator legis civilia iura repellit,
ut legem premat ipse suam, quam sanxerat ante.
dum victor post bella redit, cum testis imago
formatur virtutis, honos et gloria campi:
laetantur humiles, gaudebat turba reorum
et veniam meruisse putant. quis civis asylum
credat in arce micans insontibus esse periclum?

NARRATIO

pauper adest miserandus inops, sed civis honestus,
semper egens humilis, dignus quem dives amaret,
cuius in obsequio famulari posset alumnus,
torva superborum sineret si turba clientum;
qui dignum servire putans indignus habetur
vel fastiditur supplex; inimicus et hostis
divitis arguitur pauper, qui vota clientis
ausus habere miser; nec ⟨haec⟩ tamen ipse meretur,
sed probus horretur. domibus magis ille potentum
liber amicus erit, quisquis vult esse satelles,
quo praesente nefas committitur atque siletur,
aut scelus hoc si forte sonet, tamen ille negabit
sponte petens tormenta cruces, per membra, per artus
carnifices flammas proprio satiare cruore,
tortoris laudare manum; pro divite poenas
si patitur, si vincla gerens ergastula portet,
se reputet cruciasse alios ut crimina celet;
⟨ut⟩ talis dives qualis mendicus amari

---

36 remoto *Bährens* 38 ∴ Producat *N*, Prodeat *Duhn*, Producat turmas *Peiper* 42 Inlustrant *N*, inlustrans *(eadem vi qua* lustrans, conlustrans*) Bücheler*, ni lustrans *Peiper*, *opinor* inlustres 44 *in* qui *est* i *(ex* e *?) correcta N* 47 ipsa *N* 50 Laetantur mites *N*, *correxi; minus probandum* viles; *Bücheler:* mentes 54 agens *Rossberg* 55 Turba superborum. Ciuis in *eqs. sic N*, *corr. Bücheler* 56 Turba *N*, *corr. Duhn* 57 Quid *N*, *corr. Bücheler* 58 fastiditus *N (sic)* 60 haec *om. N nulla lacuna, add. Bücheler* ipsa *Rossberg* 61 ∴ Nec tamen ipse meretur sed probus *eqs. nulla littera deleta N* 63 nephas *sic N* 64 negauit *N*, *corr. Bücheler* 65 crucis *Bährens* per membra paratus *Schenkl* 66 Carnificis lamnas *Bährens* 68 gemens *Traube* portet] perfert *Bücheler* 69 *an* aliorum ? celent *Bücheler* 70 ut *om. N*, *nullo spatio relicto, add. Duhn*

---

35 *cf. Mart. Dum. 1, 12 sqq. Coripp. Ioh. 2, 383* 61 *cf. Iuv. 3, 49 sqq.* 65 *Lucret. 2, 282* per membra, per artus *(cf. 4, 119)*

possit et infelix, ad crimina conscius esto.
ut teneant fauces obsessas nocte latrones
aut pelagi rabidos fluctus pirata vagetur
nec timeat validas sub tempestate procellas,
praeda iubet; petulans ut luxurietur adulter
et tractet de clade viri, de morte mariti
(ultima cena datur, quam praestat adultera coniux
pocula mortifero corrumpens blanda veneno:
cum gaudet conviva, perit), spes crimina ducit
ad facinus, cum lucra petunt; impune libido
dum peccare cupit, vindex subducitur .....
quem perimit sub fraude reus: cuicunque furori
est operae pretium, sperant sua praemia culpae.
conicitur 'cuicumque bono' quod Cassius inquit.
crimina temnantur, fortisque in paupere dives
quid timet aut optet, vos saltim advertite, cives.
res est nulla domi, cupiat quam dives avarus,
non aurum, non gemma micans, set turpis egestas
obsedit ieiuna fores. 'audacia forsan
pauperis horretur, ne clam temerarius exstet'.
quando fugax praesumptus erit vel debilis audax?
nam si fortis erat saeva virtute, superbus
praemia, non veniam peteret sub hoste reorum.
qui nihil admisit, crimen dat prava voluntas
divitis insonti. furor est voluisse necare,
pro quibus arma tulit. quid prodest pellere bellum,
si revocat post bella neces? aut pacta nefanda
hostibus obstrictus servat, qui civibus instat
ut pereant, aut ipse cupit magis esse tyrannus,
civibus extinctis credens sua vota latere.
si iugulet miseros iniusta morte necando
suspectos quoscunque putat, nihil ergo relinquet:
omnia sunt suspecta reo. sin moribus esset
ille bonus, servare pios, servare modestos
debuerat sub pace sua, non colla nefandus . . .
aut inimicorum mallet fudisse cruorem,
quorum verba pavens dives vixisset honeste.
sic sapiens olim Romana potentia iussit,
ne pereat Carthago nocens, inimica senatus

---

71 Posset *N, corr. Duhn* esso *N, correxi,* esse *Duhn* *post* 71 *graviter distinxi* 72 obsessa *N, corr. Duhn* 75 Praeda iuuet *(incertum* iuuet *an* uiuet*) N, correxi,* Praedo iuuet *Duhn* 80 Fit facinus *Bücheler* 81 *in fine add.* omnis *Duhn*, ante *Peiper; puto* aequi 83 sperans *N, corr. Bücheler* 84 cui quidque bono *Bährens* 85 temnentur *N, corr. Bährens,* temptentur *Peiper* 86 optat *Schenkl* 88 et turpis *N, corr. Bährens* 91 praesumptor *Bährens* 93 sub sorte *Bährens* 94 Quid *N, correxi,* Quod *Duhn* parua *N, corr. Bücheler* 95 *in* necare *est* e *altera ex* i *correcta N* 97 Scire uocat *N, corr. Duhn* 100 patere *Petschenig* 101 necandos *N, corr. Bücheler* 103 reos in *(vel* ni*) N, corr. Peiper* mortibus *N, corr. Bücheler* 104 bonos *N, corr. Bücheler* *post* 105 *versum excidisse puto orsum ab* posceret 106 inimicorum *ex* inimice cum *corr. N* 107 honestae *N* 109 Nec *N, corr. Duhn*

---

72 *Drac. 2, 308 c. nota* 83 *Hor. sat. 2, 4, 63* est operae pretium 84 *Cic. Mil. 32* illud Cassianum 'cui bono'. *Ascon. in Mil. 32* 96 *ad v. 7*

et populi Aeneadum: cotem virtutis habendam.
sed ne Troiugenis per tempora pigra lacertis
torporem pax longa daret, post victa rebellis
et consumpta simul iacuit congesta ruinis,
et tamen haec renovata micat quibus occidit armis.
haec igitur recidiva viget post busta resurgens
Phoenicis in morem. virtus clementia patrum:
tu testis Carthago manes invita volensque.

EXCESSVS quod scelus est, iuvenis? socios in bella tueris
et cives in pace necas? quid fata minaris
impia supplicibus? quid funestare triumphos
contendis post bella tuos et luctibus imples?
nec pudor est variasse viro? de cive tropaeum
nemo triumphator rapuit nec in arbore cristas
erexit quicunque cruci suspendit. imago
vestra caput civis, manes mereatur et umbras?
virtutis vestrae circumdent funera testem
et fortis simulacra viri civile cadaver
polluat ac putres effundant ossa medullas?
victoris genio sanie cum tabe litetur?
quaere sacerdotem: veniet crudelis Erictho.
haec est apta tuis antistita saevior aris,
quae calidas rapiat fibras pulmonis anheli,
sorbeat ereptum vel morsibus illa cruentis
vel vivente iecur vel cor, cum palpitat, intret
dentibus obscaenis, lingua lambente palatum
prostrati civis. haec sint tua munera, victor?
hostia talis eat, talis tibi victima pergat?
sit tua terribilis Phalaris ceu taurus imago?
Taurica crudelis mitis tamen ara Dianae
nec Busiris atrox Aegyptius ille cruentus,
solus enim per templa deum sine morte propinqui
sacra peregrinus funestat et advena tantum,
inlaesus nam civis erat. tu, victor, inique,
Sardorum qui sacra probas et moenia foedas
lauro cincta tua, vestris ornata coronis.
insula delubris natorum colla secabat,
verticis unde comam vera pietate parentes

---

117 invicta valensque *Bährens* 119 facta *Bährens* 124 *et* 125 *sic in N:* Erexit quicunque ciuis: manes mereatur et umbras: suspendit imago | Virtutis. Vestra *(corr. ex* uestrę*)* caput ciuis *eqs.* 124 cruci *Bücheler* 127 Et portis *N, corr. Bücheler* 130 ericto *et in marg.* allecto *N* 131 antistia *N* 134 de *vel* ex vivente *Peiper* 137 parcat *N, corr. Rossberg*; pactast *Leo* 138 centaurus *N, corr. Bücheler* 142 funestat et *Duhn,* funestet *N* 143 eras *N, corr. Bücheler* inique es *Bährens* 144 quid *Peiper*

---

110 *cf. Cic. acad. priorum 2, 135* iracundiam fortitudinis quasi cotem esse dicebant; *vide tamen ne Drac. ad manum habuerit ipsius Scipionis Nasicae de Carthagine dictum, cf. Flor. 1, 31, 5* 111 *cf. Sulp. sat. 26 sqq.* 118 EXCESSVS *v. Quint. inst. 3, 9, 4* 123 *Claud. 3, 346* hostiles suspendit in arbore cristas 132 *Lucan. 1, 622* pulmonis anheli fibra latet 134 vel *illud ante* vivente *(quod est abl. abs.) non respondet duobus aliis, sed est pro* atque id, etiam 139 *X 177 c. nota*

inlaesa cervice metunt. Carthago duorum
annua nobilium praestabat funera templis
Saturnoque seni pueros mactabat ad aras;
tristia plangentum foedabant ora parentum.
hoc vir fortis agis? rapientur viscera matri
et perit ante oculos genitoris pignus amatum
aut populo spectante cadet? cum Troia periret,
filius Aeacidis vel vindex Pyrrhus Achillis
ante oculos Priami percussit nocte Politen
belli iure furens. tamen ultio digna relata est:
ipse Neoptolemus iacuit percussus ad aras.
qualiter en pietas se vindicat, impie victor!
quid matris patriae venerandam polluis arcem?
in qua templa sedent, ubi numina saepe precati
fleximus, ut sospes rediens et victor in armis
captivos post bella trahens ex vulnere lassos
intrares patriam, ne saevus vinceret hostis,
qui scandens muros cives laniaret in urbe.
hoc matres puerique rogant, hoc ipsa senectus,
virginitas hoc casta petit, hoc pauper adorat.

QVAESTIO AT INQVIES: SED PAVPER INIMICVS INSIDIANTER POTVIT DE MORTE DIVITIS COGITARE.

si potuit, voluisse puta. nam vita potentis
non patet insidiis nisi divitis atque propinqui
aut certe, si sceptra vigent sub regis avari
imperio. fortem timidus formidat et horret,
non fortis lassum metuit nec dives egentem.
debilis est pauper nudus mendicus egenus:
quem macies suprema tenet, quem frangit egestas,
unde necem potuit pauper tractare potentis?
solus abit pauper nec se circumspicit unquam
nec timet insidias semper bene conscius insons;
sollicitus multos metuit, quem turba veretur:
circumdant famuli, plures stipantur amici,
divitis obsequio concurrit turba clientum;
sic iter aptatur vel transitus ille paratur,
audeat ut nullus hoc praetereunte venire.

QVAESTIO AT INQVIES: SED POTEST VENENVM PAVPER DIVITI SECRETA OBREPTIONE SVPPONERE.

taetra venena neci pretio maiore parantur
et munus secreta fovet: qui conscius unquam
incorruptus erit, quis non sit forte redemptus,

---

152 viscera tr *(nil amplius) N, expl. Duhn* 159 impietas *N* 163 et vulnere *N, corr. Bährens* 169 patet *Bährens,* iacet *N* 172 lassum timuit *N, corr. Duhn* 173 Debilis et *N, corr. Rossberg* 178 timuit metuit *N* 181 transitus inde *Bährens* 184 qui *N,* quis *Bücheler* 185 quis *pro dativo ego,* quisquis *N* qui non sit sorte r. quantam d. h., quantam n. p. h. *Bücheler* quis non foret aere redemptus *Bährens, at supple* tanto

---

167 *cf. Iuvenal. 3, 300* 181 *Ov. met. 15, 469* quo transitus inde paratur? 183 *Iuvenal. 5, 56* pretio maiore paratus

quantum dives habet, quantum nec pauper habebit?
adde quod infelix pauper nec nocte propinquat
divitis ad tectum; nam mox pro fure tenetur,
nocturnus grassator erit, ferietur inermis
et prostratus inops armabitur ense cruento,
ut gladium strinxisse putes in fata potentis
divitis ante fores. medicos aut forte ministros
sollicitare potest audax sub nocte silenti,
qui sub luce fugit? pavidos informat egestas;
divitiae vires praestant animosque resumunt,
paupertas conferre metus, adferre pavorem
⟨no⟩vit et in miseros semper stimulare potentes.

⟨QVAESTIO⟩ forsitan obicias: urbis defensor habetur;
non opus est laedatur, ais. nec laedat honestos,
in commune bonus totos defendat et ornet,
erigat oppressos, mediocris pauper ametur.
non ideo bellum tota virtute peregit,
ut liceat civi cives impune necare.
fortior est dives iuvenis, magis inde timendus.
divitiae ⟨fortes⟩ semper fecere tyrannos:
hinc Marius, hinc Sylla ferus, hinc Cinna cruentus,
inde fuit Caesar, dominatio prima senatus.
nam domitor Libyae, bellorum Scipio fulmen,
fortis adultus adhuc totos qui vicit Hiberos
Hannibalisque trucem fregit per bella furorem
ac populatorem Romanae gentis adegit
sorbere mortiferum ceu pocula blanda venenum
et caput infaustum legatus vexit ad urbem,
Minturnas depulsus obit. pius inde Camillus
missus in exilium; nec Romula tecta videret,
ni satis offerret, victor licet exul ab urbe,
cum Romanorum Gallis vexilla tulisset;
exul et extorris meruit de clade triumphum.
mentibus ingenuis semper pro lege tenete:
solliciti veniam debent sperare potentes,
securi ne regna petant. das otia servo:
mox liber vult esse suus. iam nemo quietus
divitis insidiis durabit paupere caeso.

---

191 petentis *N, corr. Duhn* 194 infirmat *Haupt* 197 ∴ uit *(spatium relictum duabus litteris aptum) N, explevit Duhn*; suevit *Rossberg post* 197 *lacunam statuit Duhn; ego puto non deesse nisi titulum novae quaestionis, quem addidi* 205 ∴ Diuitię semper *eqs. nulla lacuna N, explevi;* nimiae *addiderat Duhn* 208 ∴ Nam dominator Lybię *N, corr. Duhn* 216 lice *N* 220 parentes *N, corr. Duhn* 222 Libera, mox *Peiper* 223 duraıt *(sic) N, corr. Duhn*

---

200 *Lucan. 2, 389* regidi servator honesti in commune bonus 201 *ad 2, 696* 206 *Lucan. 4, 822* Sulla potens Mariusque ferox et Cinna cruentus Caesareaeque domus series 208 *Lucr. 3, 1034* Scipiades belli fulmen 213 *fabula non aliunde nota videtur* 214 Minturnas *depulsus est Marius, at Scipio Literni obiit (cf. Oros. 4, 20, 29* exulans apud Amiternum oppidum morbo periit*).*

QVAESTIO AT INQVIES: SED LEGI PARENDVM EST, QVAE SANXIT VT VIR FORTIS OPTET PRAEMIVM QVOD VOLET.

si leges tractare placet, veniatur ad illas.
'accipiat quodcunque velit vir fortis et optet.'
hoc cupit et pauper, pro voto divitis instat,
ut maneat lex lata rogat. venialis imago
aut valet aut certe simulacrum lege perempta.
interea non aera micent, non marmora surgant
nec sub lege pia fortis nova praemia quaerat,
quae damnat mox sponte sua. non submovet unquam
legis cauta furor, quam dant pro laude triumphi.
instar habent hostis quos sanctio nulla coercet;
condemnat solus civilia iura tyrannus.
nonne triumphantis legem si forte superbus
temneret aut parvi pendens quicunque negaret,
sacrilegus temerator iners inimicus et hostis
publicus ille foret? legum secreta tribunal
iam quateret strepitu iuvenis, fora nostra creparent,
ipse cicatrices subducta fronte recentes
pectoris effossi populo monstraret et urbi,
'virtutis laesae gravis est iniuria Marti'
clamaret per templa Iovis, per templa Minervae,
'nemo aciem subeat, nullus prorumpat in hostem'
diceret, infremerent omnes uno agmine cives.
pauperis, o proceres, languentia colla sinetis
carnificis truncare manu? non arma tubasque
tollitis et saltem civilia bella movetis?
quid, plebs nostra, taces? dives praeiudicat urbi
et pariter tua iura negat; praescriptio surgit,
quae populo vitam libertatemque negabit.
non gemitis, non fletis adhuc, non arma paratis?
laudis erit, fateor, pro libertate perire:
nam pro Verginia cum plebs arderet in ira
montis Aventini tenuit Romana cacumen,
cum pater egregiam prostravit morte puellam
impietate pius, ne Claudius esset adulter.
nec populus liber capto de monte rediret,
plebs nisi sumpsisset cum libertate triumphum.

EPILOGI vidimus, o cives, fugientis pauperis ora
cum manibus quaesisset opem sine voce rogantis.
diximus 'hostis adest. veniat vir fortis et adsit,
cuius inops simulacra tenet, cui crura lacertis

---

225 uolet *corr. in* uelit *(sic)* *N* 228 *olim conieceram* certe simul est cum lege perempta lege (g *correcta ex* ct ?) *N* 229 surgunt *N, corr. Duhn* 232 ∴ Lẽgis *sic N* 234 tyramnus *N* 240 obducta *Petschenig* 242 martis *N (sic), corr. Duhn* 243 Clamare *N* 245 Dicerent *N* 247 manum *Duhn* 250 necat *N, corr. Duhn* proscriptio *Bährens* 254 R Nam pro vergenia *sic N*

---

228 simulacrum *anceps dictum: non veniale, sed fallax* 257 *Ov. met. 8, 477* impietate pia est. *cf. Orest. 8*

cinxit et ad plantas prostratus plangit egenus
belligerum ceu numen habens.' dum pronus adhaeret,
divitis optata praesentia turbida rostris
adparet. conclamat inops 'succurrite, cives!
civis adest violentus atrox mea fata requirens,
quem nihil offendi, nisi quod sum pauper honestus.
ecce triumphalis metuendum dextera ferrum
id quod in hostiles iugulos ex urbe tulisti,
in Patria revocare velis? ne viscera matris
transadigas gladio, laceres ne membra parentis,
quae te palmiferis docuit concurrere telis.
parce, precor, ferrata manus: civilia colla
ne ferias, quae mucro tuus defendit ab hoste.
sit pudor atque nefas extinguere proelia campo
et mortes transferre foro.' lamenta minora
credimus auditu: dolor est spectare cadentem,
funera sive oculis vivum vidisse cadaver
cum gemit et moriens tremibundos palpitat artus.
mugitus quos ille dabit per moenia pauper,
cum vulgo spectante cadet, cum membra cruore
perfundat moribunda, solo cum mordet harenam!
anguibus implicitum credas Laoconta gementem.
sic decet ut fortis lassos, ut dives egentes,
cives civis ames? aut sic defenditur insons?
si vocem simulacra darent, tua signa rogassent
et dolor ista daret deflendis verba querelis:
'dic, iuvenis dives, patriae dic fortis amator:
si pauper reus est, tua quid peccavit imago,
virtutis monumenta tuae? quid testis honorum
temnitur et patriae foedantur moenia nostrae?'
haec simulacrorum vox est; Patriaeque gementis
audi verba tuae: 'merito te laeta creavi,
infantem gremio tenui, simul ubera parvo
Vrbs mater tremibunda dedi cunabula praestans,
quem praetextatum iaculis proludere iussi:
impubes iam fortis eras, invictus adultus
et iuvenis victor. sed ne fraudatus abires
fortunae quocunque bono, largitur honores,
divitias confert, tribuit per bella triumphos.
et pro tot meritis instas orbare parentem
pignore percusso, cui nil fortuna bonorum
contulit iniusto censens moderamine fatum?
si ratio te nulla movet, si mente cruenta

---

268 Diues *Duhn* 272 patriam *Haupt* 274 concurre *N* 280 sine *N, corr. Duhn* 284 Perfundet *Bährens* 285 Lauconta *Bährens* 286 lassos fortis *N* 288 rogarent *Duhn* 304 nihil *N* 305 pensans *Bücheler* 306 movet *Bücheler*, fouet *N*

---

274 *Claud. 39, 8* decuit paribus concurrere telis 281 *cf. index sub* palpito 283 *ad Orest. 792* 294 *Patria inducitur secundum Cic. Cat. 1, 17 sqq.* 305 censens *i. iniusto censu moderans fatum eius*

humana pietate cares, imitare leones,
quos feritas generosa iuvat: super arma tenentes
ingruere fremitusque dare procul ore cruento
nobilis ira solet, subiectis parcere gaudent
et praedam rabies contempsit fulva iacentem.
gramina non tangunt, feriunt sed fulmina quercus.
nunquam taurus iners lassa cervice Tonanti
victima fessa datur, sed iam quis grandia surgunt
ingentes per colla tori, quos fronte superba
pascua cornigeros armant in bella iuvencos.
hostia victorem funestat languida, pauper
si mactatus erit. sed sint tua sacra coronae,
sint hederae lauri quercus et palma triumphi,
sint clipei galeae contus lorica tropaeum.
accipe tura potens deus ut Tirynthius aris,
⟨ut⟩ Thebis partus, magnus cum Castore Pollux
semidei post fata vigent: his quintus adesto
virtutis ratione fide pietate vigore
possessure polos, scandens qua lacteus axis
vertitur, aetherii qua se dat circulus orbis
lunarisque globus qua volvitur axe tepenti
aut certe qua Phoebus agit super astra iugales:
sidera sic capies, poteris sic astra mereri'.

EXP. CONTROVERSIA STATVAE VIRI FORTIS QVAM DIXIT IN GARGILIANIS THERMIS BLOSSIVS EMILIVS DRACONTIVS VIR CLARISSIMVS ET TOGATVS FORI PROCONSVLIS ALMAE KARTHAGINIS APVD PROCONSVLEM PACIDEIVM.

VI.

⟨EPITHALAMIVM IN FRATRIBVS DICTVM.⟩

'Egregii iuvenes, ⟨o⟩ gloria summa parentum,
foedus amicitiae, solamen grande clientum,
dulcia cantatis dum votis carmina vestris,
facundos vos fecit amor. Venus alma, potestas
Delphica, flammipotens invasit templa Cupido:
tempora iam lauro vel myrto cingite frontes

---

308 iuuat superba temnentes *(et ∴ ante versum) N* iubet super arma tenentes *Bücheler* 310 gaudet *Bährens*, gaudens *Peiper* 311 contemnit *Bährens* 315 quis fronte *N, corr. Bücheler* 316 armat *(et ∴ ante versum) N* 317 funesta *N* 322 ∴ Tedi partus *sic N; Bacchum intellegendum esse vidit Bücheler (non recte scripseram* Vt Thetidis*) proposuitque* Vt Thebis; *in mentem mihi venerat* Vt taedis *(cf. Ov. met. 4, 12* ignigenam*)* 323 qu̇intus *N* 325 *nolui* candens 326 aetherei *corr. in* -ij *N* qua sedat *N, corr. Duhn;* qua candet *Rossberg ex Manilio* 328 quae *N, corr. Duhn* 329 posteris sic castra *N, corr. Duhn* *in subscriptione:* Gurgulianis *et* armae Karthaginis *N, corr. Duhn* Pacidegium *N*

VI *titulus deest in N, add. man. 3* 1 o *add. Bährens*, et *Duhn*, vos *Rossberg, lacuna duarum fere litterarum in N et ∴ ante versum* 5 inausit *N, corr. Duhn*, inclusit *Bücheler* tecta *Bährens*

---

309 *ad sat. 137* 310 *Lucan. 6, 487* nobilis ira leonum. *Prisc. laud. Anast. 68* nobilis ira *leonis* *cf. ad 3, 457* 312 *ad sat. 277* 322 *Hor. epist. 2, 1, 5* cum Castore Pollux *(inde saepius)* 326 *Manil. 1, 802* altius aetherii quam candet circulus orbis

VI 4 *Ov. met. 6, 469* facundum faciebat amor

et violis ornate comas, dent alba coronas
lilia mixta rosis: candor pallorque ruborque
crinibus insidat qui vernat in ore puellis,
floribus ambrosiis sponsalia serta ligentur.
saltet Apollineum Musis cantantibus agmen,
laurea serta comis imponat pulchra Dione,
Pallados armisonae crinem praecingat oliva,
arma ferat Martis, quibus et proludere nostis
et bellum, si tempus eget, perferre valetis:
interius vos Musa Venus Phoebusque, Cupido
et Bromius possedit Hymen! Mars saltat amores
et Venerem placare cupit, cui militat omnis
marcidus et nudis ludit post arma lacertis;
ac furibundus Amor Veneris per castra triumphat:
in praedam venere dei vincente Dione.
ergo, Venus, te, docta, voco, facunda perita,
per sensus te funde meos; tua gaudia fervent:
sponte venire decet, non te decet ire rogatam.
sufficiant tibi vota, Venus (praecordia dura
mollis adire soles, nolentibus ire per artus
et mentes intrare senum venasque levare
ignibus et gelidas calidis reparare favillas,
ut veteranus amet senior ceu nuper adultus):
non ego lascivos opto mihi crescere sensus,
sed precor aspergant nostrum tua carmina pectus,
ut valeam cantare tuos per vota triumphos
et mixtis saltare choris, cantare choreas.
publica magnifice per moenia vota geruntur:
quas dedit una domus, domus excipit una sorores,
quorum umbone tegor vel quorum munere vivo:
post varios casus, post tot discrimina vitae
porrexere piam placido pro tegmine dextram
et, quod maius erat, laesi tribuere salutem
fortunamque mihi reducem pietate novarunt.
quisquis adest sapiens scholasticus atque peritus
accurrit laudare volens, cantare paratus:
quanto ego festinem laudes et carmina ferre
pro meritis animisque virum? puer alme Cupido,

---

13 amisonae *(an* arnisonae *?)* crimen *et ∴ ante versum N, corr. Duhn* 16 Cupidoque *Rossberg* 22 docta duco (-co *ex* -ca *?* *correcta*) *N, corr. Bücheler* facunda per ora *Bährens* 24 rogatum *N, corr. Bücheler*, rogatu *Bährens* 31 tua numina *Bährens* 34 gerantur *N, corr. Bährens, cf. X 288* 39 laeso *Bährens* 42 *sqq. sic in N:*

42 Accurrit laudare uolens · et carmina ferre · cantare paratus
43 Pro meritis animisqꝫ uirum ·· Quanto ego festinẽ laudes et carmina ferre
44 Pro meritis animisqꝫ uirum puer alme Cupido

in 43 *verba* Pro — uirum *semierasa* 43 Quanto *N*, Quin *Bücheler*

---

13 *Verg. Aen. 3, 544* Palladis armisonae 14 ferat *scil. crinis* 18 *Claud. 24, 52* cui militat omnis | Gallia *et v. ind. sub* milito 24 *cf. X 27* 32 *1, 749 cum nota* 33 mixtis *cf. Verg. buc. 10, 55* 35 *Ov. epist. 4, 143* ut tenuit domus una duos, domus una tenebit *(cf. met. 1, 240 13, 482)* 37 *Verg. Aen. 1, 204* per varios casus, per tot discrimina vitae 43 quanto ego festinem *i. quanto festinantior accurram*

ignea progenies et rerum perpes origo,
huc ades armatus fluidis post terga pharetris,
indue pinnatis precor oscula blanda sagittis,
morsibus alternis ut lambens lingua palatum
tergat et udentur suspensis dentibus ora.
sponsa maritales cognoscat utraque vapores
et sponso sic iungat amor quasi corpore in uno
brachia virgineis adnectens stricta lacertis;
has matronali societ de more catervae
blanditus sub fraude dolor, sub vulnere casto
servatumque diu rapiat hac nocte pudorem
et poenae sit merces amor, pia pignora, nati.'
vix ea fatus eram, subito venit aliger, ignis
ore micans ac fronte minax et crine coruscans,
impubes lascivus, erat cui castra voluptas.
ibat in obsequium Risus, amplexibus haerens
iusta Libido coit, venit et moderata Voluptas,
candida legitimas accendens Gratia taedas
accurrit, venit alma Fides, Petulantia simplex,
casta Pudicitia procedit mente quieta,
Sobrietas per cuncta vigil devota cucurrit
et quidquid iustos solite comitatur amores.
Liber pampineis ornatus fronte corymbis
intrat et uviferos vibrat super agmina thyrsos;
Pan calamis perflare melos Bacchaeque rotari
Sileno saltante placent populosque movere
in fescenninos fremitus et gaudia mentis.
adfuit interea Cypris; subvecta columbis
apparet de parte poli, qua flammeus axis
volvitur australis conlustrans cardinis oras.
florea purpureas retinebant frena columbas
et rosa blandifluas rutilans nectebat habenas,
lilia sunt inserta rotis; iuga pulchra volucrum
verbere purpureo Cypris iubet ire iugales,
remigat ammotis pinnarum plausibus ales.
moenia respexit Carthaginis alma Cythere,
'illo', dixit, 'aves, convertite mando volatus:
Victoris soboles felici sorte iugantur.
illic pura fides, illic prudentia simplex,

---

46 pharetris *(sic, incepta f) N* 47 Inbue *Bücheler* 50 utra uapores *N, corr. Haupt et Bährens* 51 sponsos his *Bährens* 55 rapiant ac *N, corr. Bücheler* 57 *post* aliger *distinxit Bücheler* igniger ales *Rossberg* 59 *vix* erant 60 complexibus *Bücheler* 61 Voluntas *Rossberg* 62 accedens *N* 63 Occurrit *N, corr. Bährens* 69 potari *N, corr. Bücheler* 70 placent *N*, parant *Duhn*, calent *Bährens* 72 *post* Cypris *distinxit Leo*, *post* columbis *Duhn* 77 rotis *ego*, rosis *N* 78 ire, iugalis remigat *Bücheler* 80 Cytherę *N* 81 conuertite conuertite *N*

---

58 *Orest. 713* ore fremens et fronte minax mucrone coruscus 59 castra *v.* 20 60 *Ov. met. 4, 184* amplexibus haerent *(7, 143 Val. Fl. 1, 316)* 67 *Verg. buc. 7, 58* Liber pampineas invidit collibus uvas. *Hor. carm. 4, 8, 33* ornatus viridi tempora pampino Liber 75 *Claud. 31, 104* florea purpureas adnectunt frena columbas 75 sqq. *cf. X 156 sqq.* 78 *Stat. Ach. 1, 58* telo iubet ire iugales. *cf. Claud. 36, 138*

coniugis in gremio pietas, sine fraude voluntas;
non ibi livor edax, non est elata potestas,
privato sub more gerens sua iura modeste
quae mercede sua multos coniunxit egentes:
haec inopes dotare solet vel pascere egenos,
legibus et nostris nudas vestire puellas.'
dixerat haec Cytherea parens; iam tecta subibant
Idaliae volucres: occurrunt Gaudia cuncta
obsequium latura deae, tamen ore modesto
anxia sola procul thalamo florente relicto
Virginitas pudibunda fugit gratumque pavescens
fletibus ora rigat; quae non reditura recedit.
at Venus attingens urbem petit antra mariti
Neptunique domos intravit Maximianas:
illic turba fremit matrum iuvenumque pudica
et matronali sponsas cinxere corona,
pompa catervarum felix votiva canebat;
progenies crementa domus Victoris honesta
suscipit et nuribus natos iunxere parentes;
Victorianus enim et Rufinianus
lege maritali veniunt sub iura Dionae.
tunc Venus ad sponsas intrans hac voce profatur:
'crescite fecundis gaudentes lusibus ambae;
nocte tamen properante viris certate modeste,
sed hoc certamen modico conamine constet:
acrior est puer ille meus, dum temnitur, et plus
urit amoriferis certantia membra sagittis.'
dixerat et puerum genetrix implere pharetras
imperat. ille libens imbutas melle sagittas
misit et ambarum sensus transfixit arundo,
corda ferit iuvenum veniens et pectora fratrum,
quorum vota sonant. longa est lux ipsa diei,
et cupiunt transire diem; succedere noctem
exoptant paribus votis spatiumque morarum
lucis adoptatae transire in tempora noctis.
pergitur ad thalamos, convivia laeta celebrant,
agmina saltantum miscentur lusibus aptis.
pignora pulchra micent et talia vota celebrent,
floribus et vestris crescat generata propago.

EXP. EPITHALAMIVM IN FRATRIBVS DICTVM.

---

84 voluptas *Bährens* 87 Qui *N, corr. Bücheler,* Quin *Bährens* 99 matronalis *N* 103 *versui praefixum est* R *in N* Victorinianus *(conl. Anth. lat. 254) Duhn* *post* enim *add.* fratres *Bährens; in fine* amantes *Duhn* 105 haec voce *Bährens* 108 certamine *N, corr. Bücheler*; luctamine *Haupt Bährens* 109 Atrior *N* 111 Dixit et *N, corr. Duhn* 112 melle sagaci *N, corr. Bücheler* 117 moratum *Bährens*

---

91 *Stat. Theb. 12, 16* Idaliae volucres *(Ach. 1, 372. Theb. 5, 63 Drac. VIII 464)* 99 *Lucret. 2, 606* muralique . . . cinxere corona 112 *Claud. 31, 142* imbutis melle sagittis 115 *cf. Hor. epist. 1, 1, 20* 118 adoptatae *i. novae nuptae*

VII.
EPITHALAMIVM IOANNIS ET VITVLAE.

carminis Idalii cuperem nunc ebrius esse
nobilium thalamis Fabiani sanguinis index.
quod mihi si felix hodie fortuna dedisset,
non inhonorus eram, sed laude redemptus adirem,
vel recreatus agens, si non tamen ipse renatus
emerito referens generosas auspice laudes,
et Vitulae canerem taedas per vota Ioannis.
laurea serta comis religans et tempora myrto
prodere gestirem haec quae nunc per vota geruntur.
cantarem, quia Cypris adest, bona mater Amorum
(agmine mollifluo ducens sua pompa choreas
impubes, lascivus atrox, violentus amoenus,
lis pacis tacitusque loquax, fur garrulus audax,
nudus et armatus, ferus et pius, improbus insons)
et quod amoriferum, secum huc duxisse volucrem.
vulgarem, quia tela gerit quibus auctor Achillis
arserit Aeacides nymphae radiatus amore;
spicula dixissem, quibus arsit Apollo disertus
cum peteret Daphnen, Liber quibus arserat Indus,
candida Dictaeae cum cerneret ora puellae,
vel quibus, ipse furor, Mars est accensus amare,
Vesticolae niveos peteret cum virginis artus,
ut daret aeternum Romana in saecla Quirinum
et post fata deos faceret super astra senatum.
sed quia captivo fas non est dicere carmen
nec reticere licet festivo in tempore vati,
ista canant pueri, quia carmine vera loquentur;
plausibus insultent et tympana rauca puellae
percutiant palmis, digitis sub arundine ventos
dispensent hinc inde melos perflante flabello
et quatiant dulces Museo pectine chordas
et vocis textura sonet nervique loquaces.
Bybliades Satyris iungant Nymphisque hymenaeos,
et Dryades passim † cohibent per prata Napaeis,
Oreadas Faunis iungant et Naidas omnes,
et Bacchis copuletur Amor per castra Dionae;
saltet et imparibus calamis Pan corniger intrans,

---

4 erae *Bährens* abirem *N, corr. Rossberg* 5 Vere creatus *N, correxi,* Ver recreatus *Duhn* sed non *N, corr. Bücheler* 11—14 *parenthesin statui* 15 hunc dixisse *N,* hunc duxisse *Duhn,* huc uexisse *Bährens* 17 Asserit *N,* Arserat *Duhn* 19 Daphnem *N* 20 cernerat *N* 21 furor *N,* pater *Haupt,* ferox *Bährens* amore *Duhn* 24 senatus *(nom.) opinor* 27 quia *N,* qui *Bücheler* 29 ventus *N, corr. Bücheler,* motis *Bährens* 34 coeant *Duhn,* socient *Bücheler*; *an* coient *(cf. v. 61)*? 35 amnes *Bücheler* 36 copletur *Duhn*

---

4 eram *i. Vitulam* 15 quod amoriferum *tela* (v. 16), *cf. Ven. Fort. carm. 6, 1, 37* volucrem *ipsum Cupidinem* 22 *Catull. 64, 364* niveos ... virginis artus 25 *cf. VII 69. 106* 27 *cf. VII 64*

ebrius interea nutet Silenus asello.
oscula nectantur calamis imbuta rosatis,
et nervo cedente sonet nova murmura lingua;
morsibus alternis suspenso dente fruantur;
Gratia vernantes adnectat pulchra dolores,
casta Pudicitia stricto placitura marito
floribus ex variis texat per prata coronas
lilia mixta rosis socians violasque hyacinthis;
purpuret et niteat gemmae pallente rubore
Sardoasque iuvet rosulis Sitifensibus herbas.
sic puer Idalius permiscet mella venenis,
sic rosa miscetur spinis, medicina cerastis
perficitur stimulisque favos apis alma tuetur:
sic pia virginitas non tollitur ante pudoris
unguibus infensis quam vulnerat ora mariti
et prior ante sui vindex est ipsa cruoris,
ut discat sacras fecundo vulnere flammas.
sic fiunt dulces modo pignora blanda parentes,
et genus humanum sic stat sub lege perenni.
tot bona proveniant sponsis quot dextra parentum
iungit amoriferas per festa iugalia palmas.
cana Fides Pietasque iugent et casta Voluptas
brachia constringat celeres visura nepotes.
pronuba Iuno venit fecunda sorte maritans
lanigera comitante dea per vota Minerva,
concordesque simul celebrent pia sacra Dionae.
ista canant iuvenes, hoc cantent carmen adultae
et simplex aetas, pueri teneraeque puellae,
cantitet hoc veteranus amor, reverenda senectus
cantet: amator erit qui non cantarit amores;
nescit enim senibus veniam donare Cupido.
ast ego, qui nequeo captus mea plectra movere
carmine, sollicito dederant quia carmina clades,
et modo sic positus, Cythereae cantibus absens,
sollicitus, tabidus temerarius, anxius audax:
ut vacat expositis post proelia miles ab armis,

---

40 cedente *scripsi*, caṇdente *N*, cantante *Bücheler*, comitante *Rossberg*, stridente *idem* 42 colores *Schenkl* 47 ∴ Sardoasqȝ iubet poscũlis siti feñsibus herbis *N*, *corr. Peiper* iuget poclis *Duhn* herbas *iam Bücheler* 48 mella *Bücheler*, bella *N* 49 cerastjs (-stjs *ex* -cis *corr.*) *N* 54 Ut ducat *Bücheler* 58 amoriferis p. f. i. palmis *N*, *corr. Bährens* 59 iungẽt *N* 60 constringant *N*, *corr. Bährens* celebres *Rossberg* uisura *N*, missura *Bährens*, fusura *Peiper* 61 venit *N*, meet *Bährens* secunda *N* 63 Dione *N* 66 Cantilet *N* 69 neqȝ hoc aptus *N*, *corr. Bücheler* plecta *N* 70 Carminis officio, d. *Leo* 71 Cytherea *N*, *corr. Duhn* 72 pavidus *Duhn* 73 Et *N*, *corr. Duhn*

---

38 *Ov. ars 1, 543* ebrius ecce senex pando Silenus asello 41 *cf. VI 48. 49* 42 dolores *flores dolore ortos quales rosa hyacinthos* 47 *Plin. nat. 20, 116* in confessa damnatione est venenatum in Sardinia *apiastrum. Verg. buc. 7, 41* Sardoniis . . . amarior herbis. *Ser. Samm. 427. Nemes. ecl. 4, 53* 49 *Claud. 14, 10* armat spina rosas, mella tegunt apes 52 *Claud. 31, 135* infensis unguibus *in eadem re* 64 *cf. VII 27* 65 *Verg. Aen. 6, 307* pueri innuptaeque puellae 73 *Prop. 2, 25, 5* miles depositis annosus secubat armis

saucius atque gemens quo languida vulnera curet,
classica si subitis feriant clangoribus aures,
it dolor, ira redit, ceu iam sit plaga cicatrix,
redditur et saniem sistit furor arma reposcens,
(fit medicina furor, furor et vox tessera Martis
et dare iam membris discit tuba rauca salutem); —
aut velut acer equus circi iuga ferre dicatus,
orbita cornipedo sequitur quem ducta volatu,
si fretus propria voluntate, favoris alumnus
plus eat in frenos et concitus axe sonoro
pulveris in nubem radiatis orbibus actas
accipiat post crura rotas et corruat ictus,
mox studium dolor omnis habet plangente colore,
adversa plaudente manu, stabulisque refertur:
hinnitus si forte sonent strepitusque rotarum
et favor excussus caveis circensibus ingens,
elevat elisum: directis auribus audax
erecta cervice caput tremibundus et artus
pensat nec stabulum fessis hinnitibus implet,
(iam qua stat pluitur tellus sudore furoris)
vulnera despiciens absentibus ora lupatis
ingerit et vacuos dat post praesepia cursus; —
aut avis insidiis curvato vimine clausa,
quae cantu mulcere solet sub voce canora
arboreum per cuncta nemus durosque labores
agricolum, silet intus habens captiva dolorem
libertatis amans auras nemorumque cacumen
et tacet omne melos retinens sub voce silenti:
altera si resonet modulatis cantibus ales,
ingenuos dat capta sonos quasi libera, vernans
ut credatur avis ramo cecinisse virenti,
illa tamen querulas miscet male garrula voces: —
sic ego captivus tot festis plausibus actus
carmina pauca feram delectis ipse duobus
ex genere amborum, qui me modulante canentur;
pontifices sacri Statulenius Optatianus
moribus innocuis, sancta pietate modesti,
religione pii, castis altaribus apti,
quorum cana fides per sacra palatia pollens

---

75 si *Bücheler*, his *N* 78 et *ego*, est *N* tessara *N* 79 discit *N*, dicit *Bücheler* 81 cornipedum *Peiper* 82 uoluntate *N*, *cf. ind. metr.; displicent coniecturae ut* levitate, volet arte, velut arte, virtute 84 radiatus *N*, *corr. Duhn* 85 cornua ictŭs R *sic N* 86 stadium *Peiper* studium calor omnis abit *Bücheler* plangente dolore *N*, *corr. Rossberg* 87 Aduerso *N*, *corr. Duhn* 90 inlisum *Peiper* 95 post presentia *N*, per praesepia *Bährens* 101 reticens *N*, *corr. Bücheler* 107 ipe *N* 109 Optauianus *N*, *corr. Duhn qui etiam* Octavianus *proposuit*

---

75 *Verg. Aen. 3, 226* Harpyiae et magnis quatiunt clangoribus alas (auras *codd. recc.*). *Orest. 634* classica bellisonis quatient clangoribus auras 78 *Arator 1, 178* vulnus iniqui fit medicina dei 80 *Ov. met. 3, 704* ut fremit acer equus 88 *Hor. epist. 1, 17, 7* strepitusque rotarum 94 *Ov. am. 1, 2, 15* asper equus duris contunditur ora lupatis *(cf. Prud. psych. 192)*

floruit (unus erat Latialis mysticus aulae,
alter apud Danaos sacrata mente dicatus);
quorum sanguis adest, quos omina fausta iuvabunt:
ex hac progenie iunctis et gente togati
coniugio tali speremus numina nasci!
nam mihi quod teneor non ⟨est⟩ dolor alter acerbus
quam quod apud tales oblivio longa moratur
nominis inclusi. sed si me claustra fatigant
temporis immodici, nec vos impune tacetis:
⟨poena⟩ est non levior vobis quatiente pudore,
quod licet exiguum tamen inter iura poetam
temnitis immemores facunda mente periti.
quid prodest servasse hominem per tanta pericla
et clausum liquisse diu sub clade salutis?
non male peccavi nec rex iratus inique est,
sed mala mens hominis, quae detulit ore maligno,
et male suggessit tunc et mea facta gravavit.
poscere quem veniam decuit, male suscitat iras
et dominum regemque pium saevire coegit.
nam deus omnipotens compunget corda regentis,
quando iubet pietate sua veniamque relaxat.
at cum liber ero domino ignoscente reductus,
dum tacet os vestrum nec nos sermone iuvatis,
nomina vestra reor praeconia nulla manebunt.
sed ne maesta canens concludat carmen amoris,
post haec vota parens quid sit factura Dione,
murmuret os tacitum, Carales cum coeperit iri:
Aeolias petet illa domos aditura tyrannum,
ut frenet ventos et caerula marmora tendat,
mollior aura means tantum bona flamina mittat,
ut ratis incolumis Sardorum littora tangat.
nec negat haec Eolus Veneri sua iura roganti.
Cypris in ornatu veniens freta glauca vagatur,
cum pelagi Nymphis ibunt Tritones alumni
Nereidum spumante choro Phorcique clientes
gurgitis aequorei pisces immania cete
et quaecumque latens surget de fluctibus imis
belua terribilis summas gestire per undas;
inter quas delphine sedens Galatea minaci
Neptunum perfundet aquis: rorante fluento
ille caput barbamque citet ridente Dione.

---

115 *quod scriptum est in N, potest esse* omina *aut* omnia 116 togata *Bücheler* 118 quod *N*, quo *Duhn* est *add. Duhn, omisit nulla lacuna N* 122 Est non *N*, poena *add. Bücheler* 123 *vix* inter tura 125 per *Bährens*, post *N* 129 fata *N, corr. Duhn* 132 compungit *Bücheler* 133 lubet *Ellis* veniaeque *Bährens* 137 nec męsta *N, corr. Duhn* concludam *Bährens* 142 flumina *N, corr. Duhn* mictat *N* 146 Tritonis *Bücheler* 148 cąetę *sic N* 149 At *N, corr. Duhn* surgit *N, corr. Bücheler* 150 Bella *N* 153 citet *ego*, ciët *sic N (non est corruptelae signum)* barbam quatiet *Rossberg*

---

148 *Verg. Aen. 5, 822* inmania cete 151 *Ov. met. 11, 237* delphine sedens, Theti.

at volucer Veneris volitans super aequora pinnis
iam spargens sub fraude rosas tamen igne sagittas
mandat ad aequoreos comites et frigida ponti
aequora flammat atrox, elementa ut vota celebrent.
haec dixisse sat est, sed qui modo iure tacemus,
omnia reddemus quandoque nepotibus almis.

EXP. EPITHALAMIVM IOANNIS ET VITVLAE.

VIII.

[DRACONTII OPVS] DE RAPTV HELENAE.

Troiani praedonis iter raptumque Lacaenae
et pastorale scelerati pectoris ausum
aggrediar meliore via. nam prodimus hostem
hospitis et thalami populantem iura mariti,
foedera coniugii, consortia blanda pudoris,
materiem generis, sobolis spem, pignera prolis:
nam totum de matre venit, de matre creatur
quod membratur homo; pater est fons auctor origo,
sed nihil est ⟨sine⟩ matre pater: quota portio patris
omnis constat homo? mater fit tota propago.
ergo nefas Paridis, quod raptor gessit adulter,
ut monitus narrare queam, te, grandis Homere —
mollia blandifluo delimas verba palato;
quisquis in Aonio descendit fonte poeta,
te numen vult esse suum; nec dico Camenae
te praesente ‘veni’: sat erit mihi sensus Homeri,
qui post fata viget, qui duxit ad arma Pelasgos
Pergama Dardanidum vindex in bella lacessens —
et qui Troianos invasit nocte poeta,
armatos dum clausit equo, qui moenia Troiae
perculit et Priamum Pyrrho feriente necavit:
numina vestra vocans, quidquid contempsit uterque
scribere Musagenes, hoc vilis colligo vates.
reliquias praedae vulpes sperare leonum
laudis habent: meruisse cibos, quos pasta recusant
viscera, quos rabies iam non ieiuna remisit,
exsultant praedamque putant nuda ossa ferentes.
Attica vox te, sancte, fovet, te lingua Latina
commendat: vulgate, precor, quae causa nocentem
fecit Alexandrum raptu spoliaret Amyclas.

VIII *tituli si modo ullum, certe duo priora verba genuina non sunt* 1 laceae *N* 2 pastorale *(sic, non -ē) N* 3 maiore uia *Ribbeck*, meliore lyra *Bährens* 6 pignera *an* pignora *habeat N, discerni nequit* 8 Quo *Duhn* 9 sine *add. Duhn; om. nulla lacuna N*, prae *add. Iannelli* 12 te *N*, tu *Iannelli, Duhn*, des *Bährens* 13 delimas *N*, delibes *Iannelli*, defundas *Duhn*, delibans *Bährens* 16 praesenti *(sic) N* 20 Armato *N, corr. Bücheler* 23 *cave conicias* Musagetes collego *N* 30 spoliare *N*, ut spoliaret *Duhn*

---

154 *Aldh. heptast. 6, 2* volitans super ardua pennis 156 *Lucret. 5, 1000* ponti | aequora

3 *Stat. silv. 5, 1, 71* meliore via. *Arator 2, 941* attollor meliore via. *cf. et Coripp. Iust. 1, 3* auspicio meliore cano 13 *Hor. sat. 2, 3, 274* balba feris animoso verba palato

caelicolum praetor iam sederat arbiter Idae:
iam gremium caespes, iam surgens herbida tellus
stabat et aetherium fuerant herbosa tribunal.
solverat Iliacus caeli vadimonia pastor
et litem facit ipse suam: laudata recedit
contempta Iunone Venus; tunc virgo decore
victa dolet, nam tristis abit: heu nescia mens est,
quae mala circumstent ausum dare iura Minervae!
iudicis Idaei pretio sententia fertur
damnaturque Paris; nec solus pastor habetur
ex hac lite reus: damnantur morte parentes,
damnantur fratres, et quisquis in urbe propinquus
aut cognatus erat, cunctos mors explicat una.
atque utinam infelix urbs tantum morte periret!
damnantur gentes, damnatur Graecia sollers
heu magnis viduanda viris: orbatur Eous
Memnone belligero, damnatur Thessalus heros
et Telamone satus, pereunt duo fulmina belli.
pro matris thalamo poenas dependit Achilles
(unde haec causa fuit), forsan Telamonius Aiax
sternitur invictus, quod mater reddita non est
Hesione Priamo; sic est data causa rapinae,
cur gentes cecidere simul, cum sexus uterque
concidit, infanti nullus post bella pepercit.
sic dolor exsurgit divum, sic ira polorum
saevit et errantes talis vindicta coercet? —
compellunt audere virum fata, impia fata,
quae flecti quandoque negant, quibus obvia nunquam
res quaecumque venit, quis semita nulla tenetur
obvia dum veniunt, quibus omnia clausa patescunt.
iam grex horretur, fontes casa pascua silvae
flumina rura pigent nec fistula dulcis amatur;
non placet Oenone, sed iam prope turpis habetur,
ex quo pulchra Venus talem promisit in Ida,
qualis nuda fuit: talem iam pastor anhelat.
sordent arva viro post iurgia tanta dearum,

---

31 pastor i. s. a. Ida *Bücheler* Idae *Iannelli*, idem *N* 34 Iliacas *N*, *corr. Iannelli* 35 Sed *Ribbeck* 36 decora *N*, *corr. Peiper* 37 abiit *N* 42 quisquis in morte *(cf.* 41 *et* 43*) N*, *corr. Duhn* in arce *Rossberg*, in orbe *Peiper*, sorte *Bährens* 44 Aqꝫ utinam infoelix *(sic) N* *ad* urbs *in margine glossa* Troia *N* 46 orbatur et eos *Iannelli* 49 depondit *N* 52 Estone *N*, *corr. Iannelli* 53 cur sexus *Iannelli* 54 perpepercit *N* 56 coercet *ex* -cit *corr. N* 57 facta impia *Rossberg*, *quod pendeat ex* audere 59 tuetur *Bücheler* 62 armatur *N*, *corr. Iannelli* 63 Oenones iam *N*, *corr. Bährens* 66 post urigia *N*, *corr. Iannelli*

---

31 *Stat. Ach. 1, 67* arbiter Idae *(Drac. VIII 221)* 32 gremium *est media scaenae i. iudicii area, in qua stetisse deae putandae sunt;* surgens h. tellus *i. herbae in clivo stabant quasi corona iudicialis, in* herbosis *i. in summo colle quasi in tribunali sedebat Paris iudex* 37 *ad X 301* 43 explicat *cf. ad Stat. silv. 5, 3, 261* 44 *2, 321* iam genitos utinam tantum fera dextra feriret 47 *Stat. Theb. 6, 420* Thessalus heros 48 *Verg. Aen. 6, 842* duo fulmina belli *(Drac. VIII 365 Coripp. Ioh. 6, 535)* 66 *Stat. Theb. 10, 837* iam sordent terrena viro

Pergama sola placent et moenia quaerere Troiae
mens et fata iubent. monitus Paris omnia norat
blandita nutrice puer, quo sanguine cretus,
qui genus, unde domus; rapiensque crepundia pastor
Troianum carpebat iter. vix viderat arcem
lassus, et intactae procumbunt culmina turris,
ingemit et tellus, muri pars certa repente
concidit et Scaeae iacuerunt limina portae;
tunc Simois siccavit aquas, crystallina Xanthi
fluminis unda rubet, sudat pastore propinquo
Palladium vel sponte cadunt simulacra Minervae.
forte dies sollemnis erat, quo Pergama rector
infelix Priamus post Herculis arma novarat:
annua persolvens ingratis munera divis
Laomedontiades capitolia celsa petebat
reddere vota Iovi, laturus sacra Minervae.
ad dextram genitoris erat fortissimus Hector,
Troilus ad laevam pavido comitante Polite;
cetera natorum turba stipata subibat.
reginam interea natarum turba coronat
et nuribus comitata venit pia vota ministrans:
rex Helenum sequitur, Cassandrae mater adhaeret.
dum pergunt et templa petunt, prorumpit in agmen
pastor et attonitos elata voce salutat:
'sis felix, princeps, omnes salvete sodales
aut fratres, ut vera feram: tu fortior Hector,
culmen et urbis apex, et viribus indolis alme
Troile: frater ego, fratrem cognoscite vestrum.
germanus sum vester ego Priamique propago,
Hecuba mi genitrix, abdicor crimine nullo:
paruus Alexander pastor nutritur in Ida.
nec pastor sit vile, Phryges: ego iurgia divum
compressi, nam lite caret me iudice caelum.
si credis, germana manus, (nec cetera regis
conscia corda negant nec mater pignus abhorret),
noscite depositi vel certa crepundia, fratres'.
dixerat et testes generis proiecit in arce.
verba fides pietas quatiunt mox corda parentum,
admissumque nefas generosa mente fatetur

---

70 domo *Peiper* 73 certa *N*, celsa *Rossberg*, versa *Schenkl* 74 lumina *N*, *corr. Iannelli* 78 *in* sollemnis *altera* l *erasa N* 79 nouerat *N*, *corr. Bücheler* 81 Laumedontiades *N* 83 Addextram (x *in rasura*) *N* 85 stipatus abibat *N*, *corr. Bährens* 91 foelix princepes *N* 93 tu viribus *Ribbeck* almę *N*, *corr. Bährens* 94 cognioscite *N* 97 nutritus *Duhn*, nutribar *Bährens* 99 nam *N*, iam *Peiper* 100 *conieceram* Ni credis; *traditum* si credis *defendit Bücheler exemplis velut Iuv. 10, 68. 246* 102 fratris *Bücheler* 104 Vera *N*, *corr. Ribbeck* mox *Iannelli*, mors *N*

---

69 *Verg. Aen. 2, 74* quo sanguine cretus *(3, 608 Drac. VIII 509)* 74 *Verg. Aen. 3, 351* Scaeae ... limina portae 81 *Verg. Aen. 8, 653* capitolia celsa tenebat 85 *Lucan. 1, 221* cetera ... turba 86 *Claud. 33, 108* te felix natorum turba coronat 93 *Homer. 529* patriae columen ... Hector 94 *Ov. met. 3, 230* Actaeon ego sum, dominum cognoscite vestrum

fusus in ora rubor. Paridis mox colla lacertis
adligat et natum fletu gaudentis inundat
convictusque pater veniam de prole rogabat.
obstupuere omnes. mater gavisa recurrit
(dat celeres pietas gressus quos denegat aetas),
mox iuvenem complexa tenet: per colla per ora
oscula diffundunt et lambere membra parentes
insistunt iuvenis certatim, sed pius ardor
adfectus dispensat, agens alternat utrique
et vicibus cara Paridis cervice fruuntur.
nuntius interea totam compleverat urbem:
fama volat per templa deum, quod pastor ab Ida
se velit ostendi regni de stirpe creatum.
tunc Helenus vates templum dimisit et aram
et procul exclamat: 'pater impie, pessima mater,
quid pietas crudelis agit, quid perditis urbem?
haec est illa tuo fax, mater, prodita somno,
quae simul incendet Troiam regnumque parentum
in sortem dabit illa nurus. coniurat in arma
Graecia tota dolens raptum punire Lacaenae,
litora nostra petent Danai cum mille carinis,
Dorica castra fremunt, iam Pergama vexat Achilles,
iam pugnant Danai, iam cernimus Hectora tractum,
Troile, iam per bella furis, iam sterneris audax
ante annos, animose puer, virtute protervus.
sed quid fata veto, quid fixos arceo casus,
cum nihil adversis prosit prudentia signis?
† me fortuna potens et Pyrrhus ingens exspectat †'.
dum loquitur, Cassandra venit furibunda sacerdos
et matrem complexa canit: 'quid, mater iniqua,
quid, pater infelix, quid funera nostra paratis?
immemor heu pietas: uni pia mater haberis
pastoremque foves, sed multis impia constas
regibus, Hectoreum supplex emptura cadaver
per montes per saxa datum; nec venditur Hector

---

106 pallidis *N, corr. Iannelli* 108 rogabat *Iannelli,* negabat *N, fortasse recte* non iam d. p. negabat *Bährens* 112 parentis *N, corr. Bücheler* 113 iuuenes *N, corr. Bücheler* 114 Adfectus (A *in rasura) N* agens *Duhn (qui tamen post* agens *distinxit)*, agnes *N* 115 ut . . . fruantur *Ribbeck* 118 ostendit *N, corr. Iannelli* velut ostendit *Bücheler,* vultu ostendit *Ribbeck* regni] Teucri *Rossberg,* regum *Bährens* 123 Qua *Bährens* 125 volens *Bücheler* 128 Danai Iam *(corr. ex* iam *sic) N* 130 animos et puer *N, corr. Duhn* 131 sq. *habet V fol. 8r, 1, 17* flexos fixos *V* 132 nichil *V* 133 *ut dedi N;* M. f. p. exspectat Pyrrhus et ingens *frustra Iannelli,* Me exspectat F. p. et regia Pyrrhi *Bücheler,* Me exsp. F. p. Epirus et ingens *Bährens, ego desidero* Me exspectat fortuna potens, vos Pyrrhus et ignis

---

109 *Ov. met. 8, 616* obstupuere omnes *(8, 765. 12, 18)* 110 *Orest. 671* gaudia dant gressus celeres quos denegat aetas 115 *Stat. Theb. 12, 388* et cara vicibus cervice fruuntur *(Val. Fl. 1, 259)* 116 *VIII 442* nuntia fama ducis totam repleverat urbem. *cf. Orest. 109* 117 *II 104 cum nota* 118 *Verg. Aen. 1, 626* seque ortum antiqua Teucrorum a stirpe volebat 126 *Verg. Aen. 2, 198* mille carinae *(9, 148 et passim)* 127 *Verg. Aen. 2, 27* Dorica castra *(6, 88)* 131 *Stat. Theb. 3, 646* sed quid vana cano, quid fixos arceo casus? *cf. Drac. VIII 152* 140 *IX 187 cum nota*

integer et lacerum retines pro pignore corpus
funeris Hectorei pretio maiore redemptum.
me stuprum per templa manet, me pessimus Aiax
invadet pereunte domo. iam Troia crematur,
sed flammis, rex, ipse cares; iamque Hecuba latrat,
Astyanax Danais muro iactatur ab alto.
sic praestat Bellona nurum, gener ipse Tonantis
Idaeus sic pastor erit capietque triumphum,
sed post ipse cadet. veniet mox Pyrrhus ad arma,
qui scindat muros, qui damnet Pergama flammis,
qui Priamum gladio fervens obtruncet ad aras.
sed quid vana cano? iam consocer esse Tonantis
vult genitor patriamque premit natosque nefandus
odit et Andromachen quaerit viduare marito.
Troile, quid cessas? quid parcis, fortior Hector?
vos repetunt Mortes, in vos mala fata feruntur,
vos petit Aeacides, saevum vos fulmen Achilles
amputat, insontes poenam raptoris habetis.
provida non credor. vos saltem surgite, cives,
rumpite complexus, quos dant per colla parentes
infausto iuveni, muris depellite fratrem!
⟨hic⟩ hostis quem fata canunt, qui mortibus urbem
congeret et Priamum faciet non esse sepultum.
pectore Cisseo rapiatur pignus acerbum
macteturque nefas et Pergama nostra pientur,
placetur Iuno, placetur virgo Minerva,
sacrilegi de morte Iovem placate tonantem,
cuius postponens Vulcani laudat amorem.
urbibus in multis mos est donare Salutem
mortibus insontum, sed vos mactate nocentem,
ut liceat servare pios. augere dolores
ut resecet medicina solet membrisque salutem
membrorum de parte dabit; nam corporis aegri
fit iactura salus, et vires passio praestat
quas auferre solet. hoc ⟨hoc⟩ adsumite fratres,
hoc cives audite mei, laudate parentes:
dicite pastorem gladio pietatis obire,
fraterno mucrone cadat. si forte profanus
hunc feriet quicunque reum, sit in urbe sacerdos:
cedo; loco si forte meo pius esse recusat,

---

141 retinet *N*, *corr. Bährens,* rediet *Bücheler* 147 perestat *N*, *corr. Iannelli* 148 rapietque *Duhn* 150 scindat (c *ex* t) *N* 152 qui uana *N*, *corr. Iannelli* esset *N* 153 Vulti *N* 154 Obit *N*, *corr. Iannelli* 162 Hostis quẽ *N*, hic *add. Bücheler*, Hostilem q. *Iannelli* 163 Egeret *Bährens (ex Stat. Theb. 1, 37)*, Conteret *Ribbeck* 165 ut Pergama *Ribbeck* 166 Placitur *N* 167 placete *N*, *corr. Iannelli* 172 relevet *Bücheler* 174 solus *N*, *corr. Iannelli* 175 *nulla in N lacuna*; *alterum* hoc *add. Peiper*, vos hoc *Iannelli*, hoc vos *Duhn* 177 Ducite *Bücheler* 178 profamus *N*, *corr. Iannelli* 180 recucasat *N*, *corr. Iannelli*

---

144 *cf. Sen. Troad. 54 sqq. Orest. 277* 147 *Stat. Ach. 1, 34* fert Bellona nurum 151 *Orest. 818 cum nota* 152 *VIII 131 cum nota* 155 *Sen. Troad. 1000* Pyrrhe, quid cessas? age 169 *Lucan. 9, 1067* victis donare salutem *alia quidem vi* 180 *Verg. Aen. 2, 704* cedo equidem nec, nate, tibi comes ire recuso

pontifices Helenus Laocon, sacrata potestas,
cedent oranti vel mysticus exstet uterque'.
dum canit infelix gemitus Cassandra futuros,
visus adest cunctis Phrygibus Thymbraeus Apollo,
qui mercede carens conclusit Pergama muro
et genus ingratum poenas persolvat avari
exoptat: stupuere Phryges, tacet ipse sacerdos.
effatur: 'quid virgo canit? cur invidus alter
exclamat? Helenus deterret Pergama verbis?
pellere pastorem patriis de sedibus umquam
fata vetant, quae magna parant. stant iussa deorum:
magnanimum Aeacidem solus prosternet Achillem.
Troianos regnare placet, qua solis habenae
ostendunt tolluntque diem, qua vertitur axis
frigidus et zona flammatur sole corusco.
Troianis dabitur totus possessio mundus,
tempore nec parvo Troum regnabit origo.
fata manent, conscripta semel sunt verba Tonantis,
"imperium sine fine" dabit. cohibete furorem.
mortali divum periet quo iudice iudex?
nec hoc fata sinunt. pudor est voluisse nocere
et non posse tamen. pigeat! iam nemo minetur,
quem Clotho, quem Lachesis, quem vindicat Atropos ingens.
scindite pellitas niveo de pectore vestes,
murice Serrano rutilans hunc purpura velet.
nec pudeat, quod pavit oves: ego pastor Apollo
ipse fui domibusque canens pecus omne coegi,
cum procul a villa fumantia tecta viderem;
Alcestam sub nocte pavens deus ubera pressi,
Admetus intrantes haedos numerabat et agnos'.
dixerat, et Phoebum Priamus submissus adorat
et grates securus agit, tacet optimus Hector.
iam regno non impar erat, sed sceptra tiaram
imperium trabeas iam post caeleste tribunal
totum vile putat, solam cupit addere famam
maiorum titulis, vivaces quaerere laudes,
ut celet quod pastor erat. vix viderat aulam

---

181 Laucon *Bährens* 182 Ced et oranti *N, corr. Iannelli* velamysticus exstat *N, corr. Iannelli* 183 infoelix genitus *N, corr. Iannelli* 187 ipsa *Iannelli edd.* 192 prosternet ///// Achillem *sic* (prosternet *ex* prosterneret *correctum*) *N* 194 tolluntqȝ (tqȝ *in rasura*) *N* 197 regnabi *N* 203 quem *ante* Lachesis *delet Peiper* urgens *Rossberg* 205 rutulans *N* *post* 212 *lacunam statuit Duhn, non recte* 213 Tiara *(sic) N* 217 cele *N, corr. Iannelli*

---

181 *cf. Lucan. 1, 595* 186 *Verg. Aen. 1, 28* et genus invisum 190 *Lucan. 2, 574* expulit ... patriis e sedibus 192 *Stat. Ach. 1, 1* magnanimum Aeaciden 194 *Hor. c. saec. 9* alme sol, curru nitido diem qui promis et celas 196 *1, 354* data sit possessio mundus 198 *Epic. Drusi 357* fata manent *(cf. Verg. Aen. 1, 257)* 199 *Verg. Aen. 1, 279* imperium sine fine dedi 201 *Carm. VII sapient. 1, 7* quid stulti proprium? non posse et velle nocere 204 *Homer. 846* scindit ... de pectore vestes *(1018)* 205 *Sil. 15, 205* Sarrano murice fulgens 207 *cf. Verg. buc. 6, 85 Hor. carm. 1, 2, 7* 208 *Verg. buc. 1, 82* et iam summa procul villarum culmina fumant *(cf. Ov. met. 13, 421)*

regis, et Iliacas quaerit per litora puppes;
Aegaeum sulcare fretum iam mente parabat.
sic pater adloquitur iuvenem sermone verendo:
'nate, redux pietatis amor, bonus arbiter Idae,
dic, ubi vis armare rates, ubi carbasa tendis.
nusquam bella paro, regnum sub pace guberno.
sed si torpor iners pudor est et turpe vacare
credis, Alexander, certe legatus adesto
et Telamona ducem conventum exposce sororem
Hesionen mox, nate, meam: captiva tenetur
me regnante soror. dum Dorica regna peragras,
dat Venus uxorem, faciet te Iuno maritum'.
tunc iuvenis gavisus ait 'paremus ovantes,
optime Troiugenum, nihil est quod iussa recusem.'
laetatur senior tali moderamine nati;
effatur 'tua vota, Paris, di iusta secundent,
hoc tantum supplex genitor rex, nate, precatur:
Iliacos proceres tres tecum pergere saltem
imperio concede meo: veneranda senectus
praecipitem frenat monitis per cuncta iuventam.
egregios comites praestem, tria lumina gentis
Hectore praelato, cui tota potentia cedit:
Antenor, Polydamas erunt iuvenisque Dionae
Aeneas cognatus adest'. sic fatus et omnes
ut veniant rex ipse iubet properante ministro.
cum ducibus redit ipse volans ad tecta satelles
regia; cognoscunt proceres quo vela parantur.
nec mora, conscendunt puppes et litora linquunt.
Dardana iam Tenedon classis transibat, Abydon
et Seston dimisit aquis curvasque Maleas;
iam Salamina vident Telamonia regna petentes.
ut portum tetigere rates, mox ancora mordet
litus et inventas ferrum pertundit harenas:
puppibus adnexis terram Troiana iuventus
et proceres petiere simul, sed regis ad aulam
linquentes mox litus eunt. quos suscipit heros

---

222 *post* rates *habet* ubi *N*, cur *Duhn*, si *Bährens*, quo *Peiper (cf. 244)* 223 bello *N* 226 talamona *N* conuentam *N*, *corr. Bücheler* 227 Esionem *N* 229 Det *Bährens* faciet te uno *(ex* une *corr.) N* 232 Laetatus *Duhn (at cf. 188)* 237 iuuientam *N* 238 tria *Bährens*, tua *N* 240 Dione *N*, *corr. Duhn* 241 Dione A. prognatus *Bährens*, *at cf. v. 366* fatur *Bährens* 243 redi *N* ille *Ribbeck* 244 bella *N*, *corr. Bücheler* 246 Dardana: iam tenedon iam classis transibat ahdon *N*, *corr. Iannelli* 247 aqius vovasqꝫ maleas (vovas *spatio vacuo postea inscriptum et secundum litteras scribae obscuras archetypi delineatum est*) *N*, *corr. Iannelli*; saevasque *Duhn*, nocuasque *Bährens*, raucisque *Löwe* 250 inuentas *N*, inuitas *Bücheler*, umentes *Rossberg*

---

221 *VIII 31 cum nota* 224 *Stat. silv. 5, 3, 260* sed te torpor iners 229 *Iuv. 6, 619* si fecisset Juno maritum | insanum 230 *Verg. Aen. 3, 189* paremus ovantes *(4, 577)* 233 *Verg. Aen. 7, 259* di nostra incepta secundent 236 *Maximian. el. 2, 65* veneranda senectus *(Coripp. Ioh. 7, 202)* 239 *Claud. 3, 358* en nostra potentia cessit 249 *Verg. Aen. 5, 8* ut pelagus tenuere rates

hospitio Telamon. ramos frondentis olivae
portantes ad tecta ducis sub imagine pacis
non pacem, sed bella gerunt; nam dicta tenebant,
quae possent armare virum, nisi iura vetarent
hospitii, quae nemo parat violare modestus.
rege salutato postquam legatio Troiae
sedit, et Antenor placida sic voce profatur:
'Troiugenas proceres et regis pignus ad aulam,
rex Telamon, venisse tuam quae causa coegit,
insinuare decet: si iusseris ipse, loquentur
consortes nunc ore meo vel regia proles.
Dardanides Priamus, gentis reparator et urbis,
quam vestras populasse manus meminisse fatemur,
iussit ab Iliaco delectos pergere regno
ad tua regna, potens, germanam regis ut, heros,
bellorum quam iure tenes, in pace refundas:
posceris Hesionen. iacet ingens Troia favillis
excidii compressa sui, nec Pergama ductor
surrexisse putat, nisi iam, rex magne, sororem
reddideris regi, quae nunc captiva tenetur.
turpe ducis servire genus crimenque putatur,
si non bella dabunt regi quod bella tulerunt.
sed pax hoc optata negat: pro rege rogaris.
te repetisse puta Priamo retinente sororem:
non dolor armaret, si non daret ille rogatus?
quod peteris, Telamon, scelus est et fama pudoris;
nascitur invidia, Priamo regnante sororem
Graiugenis servire suam, livor malus inde
creditur: "Iliacas potuit reparare ruinas"
murmur erit Phrygibus, "consortem sanguinis unam
non valuit" dicent "rector de rege mereri"'.
dixerat. at Telamon mentes armabat in iras;
nam pietas affectus amor concordia proles
accendunt motus in pectore fellis amari.
conubium regni, thalami consortia casti
scindere poscebant, et, quod mens nulla tulisset,
Aiacis haec mater erat! sic incipit ore
turbidus Aeacides iusta succensus in ira:
'si pudor Iliacis aut mentibus esset honestas,
excidium Troiae si pectora victa dolerent,

---

259 solutato *N* 260 Sederat, Antenor *Duhn*, Sedit, ita A. pl. sub v. *Bährens* 262 Talamon *N* 263 decet et si *N*, *corr. Iannelli* 268 petens *Bährens* heios *N* 270 Posteris Hesionem *N*, *corr. Duhn* 272 nisi iã *in rasura (fuerat* non si *vel* iam si*) N* 276 Si pax *N*, *correxi* por rege *N*, *corr. Iannelli* 277 repetisse (e *ultima in rasura*) *N* 278 illi *N* 279 rogatus quod peteres, Telamon? *Duhn* 282 Editur *Rossberg* 284 meieri *N* 287 Accedunt *N*, *corr. Iannelli* 290 incipiat (-ipiat *in rasura*) *N*, *corr. Iannelli* 291 iustas accensus in iras *Bährens* 293 iucta dolorent *N*, *corr. Iannelli*

---

254 *Ov. met. 8, 295* cum ramis semper frondentis olivae *(Anth. 719, 93)* 259 *Stat. Ach. 1, 57* rege salutato 282 *Lucan. 9, 1019* Thessalicas . . . reparare ruinas 287 *Arator 1, 640* cordis amari felle tumens 291 *Stat. Theb. 12, 589* iusta mox concitus ira *(cf. 12, 714)*

Herculeos comites Priami gens, praeda Pelasgum,
non magis auderent in bella lacessere Graios
semideum post bella ducum, quibus Ilios ingens
victa iacet. placuitne Phrygis periuria gentis
solvere vos iterum? sic dudum parva luistis
supplicia? Priamo, Troes, mea dicta referte:
victori quis victus ait "te bella gerente
me maneat virtutis honos, me praeda sequatur,
praemia me laudis, me praemia cuncta triumphi
expectent, sterili victor sed laude potitus
et ieiunus eat"? quis regi quisve marito
vel misero sic ausus ait cum voce proterva
"conubium rescinde tuum, rumpatur honesto
foedere iuncta domus, thalami damnentur amantum,
festivas extingue faces"? quis vicit, ut istud
audiat Aeacides, patriam qui perculit hosti?
quando tamen victor victi sub lege tenetur?
si Priami recidiva domus manet illa tyranni
post ignes reparata meos, si pendit amorem
germanae rex ipse suae, pro dote sorori
vel regni pars iusta detur, ne vindicet Aiax
quod matri donasset avus, si Troia maneret.
temporibus soceri senuit si Graia iuventus,
quam nostis per bella, Phryges: successit in armis
bellipotens ducibus cunctis optata propago.
est mihi bellipotens non vilis pignoris Aiax:
imminet et quaerit, de qua iam gente triumphet;
Thessalus Emathia fratris nutritus Achilles
emicat et torvos exercet in arma biformes
Patroclo populante simul Centaurica lustra;
Tydides Sthenelusque fremunt Aiaxque secundus;
Nestoris Antilochus Palamedes Teucer Vlixes
exultant quod Troia redit, quod Pergama surgunt'.
tunc Polydamas ait submissa voce profatus:
'belliger armipotens, animarum iudicis heres,
rex cui de nostris est gloria summa ruinis,
temperet invidia, frangat dolor, ira quiescat.
captivam repetit, reginam frater honorat,

---

298 si dudum *N, corr. Ribbeck* 305 Vel misericois sic *N, corr. Iannelli* cum *Duhn*, tum *N*, tam *Ribbeck* 307 damnetur (e *in rasura*) *N, corr. Iannelli* 309 Alcides *N, corr. Bährens* perculis *N, corr. Iannelli* 317 Quam nostris *N, correxi* 319 pignoris *N*, pectoris *Bährens* 320 Eminet *N, correxi* 321 Thassalus *N* 323 Patroclo *ex* Patrolco *videtur correctum N* 324 Steneluqꝫ *N* 326 surgant *N, corr. Iannelli* 329 Cloria *N*

---

297 *Ov. met. 13, 505* iacet Ilion ingens 298 *Verg. Aen. 11, 841* crudele luisti supplicium. *cf. Orest. 716* 299 *Verg. Aen. 10, 491* mea dicta referte 300 *Lucan. 3, 30* te bella gerente 311 *Verg. Aen. 4, 343* Priami tecta alta manerent et recidiva manu posuissem Pergama victis 323 *Stat. Ach. 1, 266* Centaurica ... lustra 324 *Stat. Ach. 1, 469* Tydides Sthenelusque premant. *1, 501* Aiaxque secundus 327 *Mart. 8, 75, 11* submissa voce precatur

nos et adoramus. non sic, si Troia maneret,
nuberet Hesione: regnum captiva meretur,
fit felix de sorte mala, fit praeda potestas,
imperium de clade tenet, diadema tiaram
qui tulit ipse dedit. quae sit gens Dardana, rector,
exhinc nosce precor: nescit servire subacta,
quam melius regnare decet; haec imperat Argis,
per quos victa perit; dominam sibi Graecia victrix,
non famulam quaesivit ovans. miranda per orbem
mens generosa ducis, quae non vult regna gravare,
cum ruerint virtute tua: relevare iacentes
et reges regnare iubes regesque creare,
dum possent servire tibi. sors cassa duelli
te moderante vacat nec possunt bella nocere.
te vincente, potens, quis nolit victus in armis
sorte tua post bella capi? qui vicerit hostis,
serviet, et victi melius te praesule regnant'.
haec legatus ait. regis iam corda tepescunt,
quae fuerant accensa nimis. sic magna leonis
ira fremit, cum lata procul venabula cernens
venantis crispare manu iam verbera caudae
cruribus incutiens spargit per colla per armos
erecta cervice iubas, iam tenditur altus
dentibus inlisis et pectus grande remugit
(flumina tunc resonant, montes et lustra resultant):
ast ubi venator reiecta cuspide sollers
sponte cadit pronusque iacet, perit ira leonis,
turpe putans, non dente suo si praeda iacebit,
(temnit praedo cibos, quos non facit ipse cadaver,
ignoscens feritate pia, veniale precatus
venator si cesset iners): sic rector Achivus
frangitur et Phrygibus convivia laeta parari
per septem iubet ipse dies. Cythereus et Aiax
colloquium commune tenent, duo fulmina belli;
regis Alexandrum iuvenem regina Pelasgum
Hesione complexa fovet, germana parentis:
vultibus in Paridis Priami laudatur imago.
octavo veniente die iam sidera Phoebus
elatis condebat equis, iam cuncta rubebant

---

333 meietur *N* 342 ruerint uritur tua *N*, *corr. Bücheler* 344 seruite *N* crassa *Ribbeck* 347 qui cicerit *N*, *corr. Iannelli* 350 accensa minis *Bücheler* 353 Cruribus *Peiper*, Naribus *N*, artibus *Rossberg*, nātibus *Iannelli* 360 praedā *N* fecit *N*, *corr. Iannelli* 361 precatus *ego*, uenatus *N*, reatus *Iannelli*, minatus *Rossberg* 362 Achiuus (u *altera in rasura*) *N*, Achivum *Peiper* 368 laudatu *N*, *corr. Iannelli* 370 ruebant *N*, *corr. Ribbeck*

---

346 *cf. Claud. 11, 27. 24, 342* 350 *sat. 137 cum nota* 352 *cf. Catull. 63, 81 sqq. Lucan. 1, 208* se ... stimulavit verbere caudae *(Coripp. Ioh. 4, 877)* 353 *Verg. Aen. 11, 497* luduntque iubae per colla per armos 354 *Lucan. 1, 209* erexitque iubas 358 *Claud. 1, 25* tunc fulva leonis ira perit 360 *idem versus sat. 143* 363 *Iuvenc. 3, 743* convivia laeta parasse 365 *ad VIII 48* 367 *Verg. Aen. 4, 686* germanam amplexa fovebat

oceano nudante rotas stridentibus undis;
tunc Anchisiades sublimi voce profatur:
'rex invicte armis, felix in pace senesce,
quamvis nemo ducum vos umquam in bella lacessit,
ex quo Troia perit, nec vester creverat Aiax.
at modo, rex, ter cuncta domans, ter cuncta revellens
murus erit sociis, aries metuendus in hostes
Aiax, magne, tuus! Priamo tua dicta loquemur.'
sic fatus. dixere 'vale' regemque salutant.
tunc iter ad portum vertunt et litora tangunt.
conscendere ratem, subducitur ancora mordax,
vela levant nautae, proras a litore torquent;
puppibus incumbit ventus, mox carbasa tendit,
dum fluctus scindunt et prospera flamina crescunt.
Africus interea veniens comitante procella
turbidus occurrit, mox sparsit in aequore classem.
gurgite curvato rapiuntur ad astra liburnae
et suspensus aquis per nubila nauta cucurrit
navigium vectante salo. dum summa ceruchis
sidera tacta putant et nil superesse fatentur
montibus aequoreis, malo venit altior unda
naufragiumque diu ratibus suspensa minatur
desuper intentans pelago veniente ruinam.
iam ventus subduxit aquas, extundit harenas
pressa carina solo: murus stat celsior unda
circumfusa rati, vastarum turris aquarum
pendet et elati percellunt carbasa fluctus.
obriguit per membra Paris, transire parabat
ad legatorum propria de nave carinas.
ast ubi dispersos longo videt aequore Troas,
solvitur in gemitus lacrimosae vocis amaros
et sic orsus ait: 'felici sorte creati
pastores, quos terra capit, quos nulla procella
concutit. haut ponti metuunt super aequora fluctus
et rabidum pelagus temnunt latrantibus undis,
sed celso de monte vident ut in arce sedentes
pascua rura nemus fontes et flumina prata,
per campos gestire pecus, pendere capellas

---

373 inuincte *N, corr. Iannelli* 374 lacesset *N, corr. Schenkl* 377 eris *N, corr. Bücheler* sociis *(corr. ex* s otiis*) N* 378 tuos *Iannelli* 382 leuant nauae *N, corr. Iannelli* 387 Curgite *N* rapiuntur (u *ex* j *corr.*) *N* 389 ceruicis (i *prior eradi coepta*) *N*, ceruchis *Bährens*, carinis *Duhn* 393 uenientem *N* 395 muris *Bücheler*, muro *Bährens* 397 percellunt *Bücheler*, per coelum *N* 400 longe *Peiper* 404 aut *N, corr. Iannelli* venti m. s. a. flatus *Bährens* 407 fontes sata flumina *Bährens*

---

371 *Lucan. 9, 866* stridentibus undis *(Orest. 683)* 379 *Ov. met. 4, 79* dixere 'vale'. *7, 651* regemque salutant. *(Sil. 16, 279 cf. Iuvenc. 4, 647)* 384—93 *aperte imitatur Ven. Fort. Mart. praef. 11 sqq.* 385 *2, 176* Africus interea motus . . . nulla comitante procella *(cf. Coripp. Ioh. 4, 305)* 387 *Verg. Aen. 3, 564* tollimur in caelum curvato gurgite 388 sqq. *cf. Arator 2, 1072 sqq.* 400 *Verg. Aen. 81, 12* disiectam . . . toto videt aequore classem 402 *ad 461* 405 *2, 798 cum nota*

praerupta de rupe procul dumeta sequentes:
ut virides tondent lascivis dentibus herbas!
ubera lactantes contundunt frontibus agni,
dum cauda crispante tremunt mollique palato
exultant potare cibos atque edere potus.
mulgere balantum depressis ubera mammis
decedente die noctis venientibus umbris
quantus amor, cum lacte novo iam caseus albens
formatur manibusque premit lac pastor ad orbem!
candida summittit ferventes bucula tauros
committitque duces armata fronte iuvencos.
nam gravis est regnare labor, metus excutit ingens
corda ducum, ne bella ruant, ne tela minentur
exitium crudele: necis timor omnis ubique est.
nam gladios tellure pavent pelagoque procellas
formidant nec plena datur ducis hora quieti.'
dum loquitur, venit unda gravis resonatque fragore
et puppim percussit aquis: sublata carina
tollitur et Cypro classi depulsa resedit.
post signum venere rates recidente procella
et Cyprum tenuere simul. legatio sola
defuit, una fretis et fluctibus acta negatur
puppis in Ionium rabidis conlisa procellis;
Aegaeo nam pulsa caret. mox pastor harenis
Dardanus exsiluit tremulis post aequora plantis
et se cum sociis tacta tellure refovit.
Cypro festa dies natalis forte Dionae
illa luce fuit. veniunt ad sacra Cytherae
reddere vota deae quidquid capit insula Cypros,
quod nemus Idalium, quod continet alta Cythera,
quod Paphon exornat, tacitas quod lustrat Amyclas.
candida praeterea Iovis alitis Helena proles
venerat, absentem retinet dum Creta maritum.
nuntia fama ducis totam repleverat urbem,
advenisse Parin Troiano sanguine cretum.

---

410 Et *N, corr. Ribbeck* tundent *N, corr. Iannelli* 411 lactentes *Bücheler* 414 Mulcer(e) *N, corr. Iannelli;* mulctrae *Bücheler qui cum antecedentibus coniunxit* 415 diem *N* 419 duces *N,* quies *Bücheler* 420 est labor regnare labor *N* Quam *Ribbeck* 421 Cordax ducum *N* 422 Exitum *N, corr. Iannelli* neci *N, corr. Bücheler* 424 queti *N, corr. Iannelli* 425 fragore *(corr. ex* fl.*) N* 427 Gyaro *Bährens,* scopulo *et* recedit *Bücheler* classi *Schenkl,* classis *N* 428 residente *N, corr. Peiper* 430 vagatur *Ribbeck* 435 Dione *N,* Diones *Iannelli* 439 paphos *N, corr. Bücheler*

---

409 *Verg. buc. 1, 76* dumosa pendere procul de rupe videbo *capellas* 415 *Arator 1, 714* discedente die 418 *Verg. buc. 1, 45* submittite tauros 424 *Verg. Aen. 5, 844* datur hora quieti 433 *Iuv. 6, 96* tremulis . . . plantis 434 *Lucan. 5, 677* fortunamque suam tacta tellure recepit *(cf. Orest. 239)* 435 *Ov. met. 10, 270* festa dies Veneris tota celeberrima Cypro venerat 436 *Ov. met. 7, 85* illa luce fuit 438 *Verg. Aen. 10, 86* alta Cythera *(10, 51)* 439 *Verg. Aen. 10, 564* tacitis regnavit Amyclis 442 *ad VIII 116. Verg. Aen. 9, 474* nuntia fama ruit, *cf. Sil. 11, 374* 443 *Verg. Aen. 4, 191* venisse Aenean Troiano sanguine cretum

audit ⟨ut⟩ adventum iuvenis Spartana decori,
mox iubet et famuli veniunt mandante Lacaena:
hospitio speratus eat, nam turpe videri,
regina praesente Paris ceu navita vilis
litus harenosum teneat. tunc hospes ad aulam
pervolat Atridis socia comitante caterva.
praeceptum dum carpit iter festinus ad urbem,
respicit ad templum Veneris, cui turba precantum
vel conventus erat; mox vertit iturus ad aras.
interea nivei volitant per litora cycni
flumine contempto, placidas hinc inde columbas
molliter intendunt omnes per inane vagari;
quas insanus agit rapidusque sequente volatu
miluus insontes cunctas clamore fatigat,
quas super accipiter volitans gravis imminet ales.
tunc sollers augur cretus de gente Melampi,
quem fors ad Cyprum dederat per festa dierum,
. . . . . .
et sic orsus ait prorumpens voce sagaci:
'te oblativa petunt avium responsa volantum:
conubium spondent praefulgens ore decoro
Idaliae volucres, de gente Tonantis olores
promittunt genitam, sed miluus horrida fata
(Ditis enim signatur avis), licet hora peracta
tertia quippe sinat Phoebo candente volucrem
vera per immensum praesagia ferre rapacem;
Martius accipiter dotem fera bella minatur'.
tunc Paris ad caelum tendens cum lumine palmas
numina magna vocat puerum matremque Dionen:
'aurea siderei proles Venus alma Tonantis,
numina mille tenens, artes cui mille favendi
dat pater et natus supplet simul, omina firma,
quae cycnus genitoris agit, quae vestra columba
prodidit. infaustos opus est cohibere volatus:
Martis et inferni volucres raptoris obuncas
augur averrunces sacris, quibus imperat auctor
Troius ille puer Ganymedes, conditor artis,
et Polles, cui pinna loquax dat nosse futura'.

---

444 Audit ut *Rossberg*, Audit *N*, Audiit *Iannelli* 450 Perceptum *N*, *corr. Duhn*, inceptum *Bücheler* 451 cui *N*, *puto* ubi precatum *N*, *corr. Iannelli* 452 iturus *Bücheler*, iter *N*, ut intret *Ribbeck* 453 cycmi *N* 454 placidas *(sine* que*)* *N* 456 rapidosqꝫ *N*, *corr. Iannelli* *post* 460 *lacunam statuit Duhn* 464 uolucies *N* 467 pandente *Bährens* 471 Dionem *N* 473 Nomina *Bährens* 474 omnia *N*, *corr. Iannelli* 475 Genitoris *N* 476 Prod·dit *(voluit* Prodidit*)* *N* 478 Augur aberrantes *N*, *corr. Bücheler*

---

449 *ad 2, 554* 453 sqq. *cf. Sil. 4, 105 sqq.* 455 *Lucret. 2, 105* per inane vagantur *(109)* 461 *VIII 402* et sic orsus ait *(531)* 464 *ad VI 91* 467 *Ditis avis est miluus, licet nunc interdiu cernatur* 469 *de mens. 5* Martia iura movet, signis fera bella minatur 470 *Verg. Aen. 1, 93* tendens ad sidera palmas *(similia passim)* 471 *Verg. Aen. 3, 264* numina magna vocat 473 *Verg. Aen. 7, 338* tibi nomina mille, mille nocendi artes 474 *Verg. Aen. 2, 691* da . . . pater atque haec omina firma 479 *Lucan. 1, 636* conditor artis . . . Tages *augur*

pauca precatus erat supplex et templa subibat
vestibus indutus Tyriis et murice regni.
pers⟨picu⟩a chlamys ipsa fuit, quam purpura fulgens
flammabat diffusa humeris; hanc fibula mordax
iungit, et ornatus iuveni plus admovet aurum,
quo distincta micat radians per stamina vestis.
cetera turba comes Phrygio succincta decore
fulgebat. delubra petens intravit ad aras
pastor et in sese cunctorum lumina vertit:
aspicit hunc errans oculis ornata Lacaena,
effigiat per cuncta virum, quibus ille decorus
vestibus incedat vel qua lanugine malas
umbret et in roseo prorumpat flosculus ore.
laudat amans mirata virum flammata Lacaena
ignibus Idaliis; nam dudum flammiger ales
matre iubente puer telo candente medullas
Ledaei partus furtim iaculatus amorem
usserat. at pastor repetit post sacra Dionae
hospitium. regina venit pallente rubore,
nam flammis perfusa genas pallentibus ibat:
fusus uterque decor manifestum vulgat amorem.
pastorem pudibunda petit cohibente pavore
hortatrque virum fervens, qua stirpe creatus,
indicet, et fuerit qua iam vexante procella
ad Cyprum pulsus. medio sermone Lacaena
iam tacet et quaerit, iuvenem quibus appetat ardens
dictorum verbis. sed pastor, perfidus hospes,
ut sensit fragiles mulieris pectore sensus,
incipit Iliacus non quo sit sanguine cretus
nec quibus excussus ventis ad litora Cypri
venerit effari — trepidus iam voce remissa
reginam laudabat amans, culpare maritum
coeperat absentem, quod iam pulcherrima coniux
a tepido deserta viro neglecta vacaret,
sacra Dionaeae matris vel templa petisset,
adiungens 'si talis erit, quam forte merebor
uxorem, sic blanda genis, sic ore modesto,

---

482 indutus (-us *ex* -is *ut videtur*) *N* murice *ex* natrici *corr. N* 483 Perspicua *ego*, Persa *N*, Versicolor *Bücheler*, Persa tamen *Iannelli* 485 aurum *Iannelli*, auriũ *N*, auri *Leo* 486 Quod *N*, *corr. Iannelli* 490 erran *N* 491 decorus *ex* -is *corr. N* 493 in *N*, ut *Bährens* ut in *Ribbeck* 494 intrata uirum *N*, *corr. Iannelli* 498 Vesserat *N*, *corr. Iannelli* Dionem *N*, *corr. Duhn*, Diones *Iannelli* 500 *fortasse* fulgentibus, ferventibus, *vix* candentibus 501 decor *N*, color *Bährens*, *Bücheler* 504 quanam *Ribbeck* 506 ardens *ex* arce *corr. N* 507 uerbis] nervis *Rossberg*, illecebris *Bährens* 508 faciles *(cf.* 530*) Bährens* 511 et fari *N*, *corr. Duhn* 515 vel tempta *Bücheler*, contempta *Bährens* 516 erit *ex* erat *corr. N*

---

482 *v. ind. s. v.* Tyrius 483 *chlamys holoserica alba tabula purpurea erat distincta, cf. Marquardt-Mau Priv. Leb. p. 550* 484 *Verg. Aen. 12, 274* fibula mordet 490 *Ov. met. 3, 577* aspicit hunc . . . oculis 500 *Verg. Aen. 12, 65* flagrantis perfusa genas 507 *Hor. carm. 1, 15, 1* pastor . . . perfidus hospitam 509 *ad VIII 69* 515 *Verg. Aen. 3, 19* sacra Dionaeae matri vel *i. et*

sic oculis ornata suis, sic pulchra decore,
candida sic roseo perfundens membra rubore,
sic flavis ornata comis, sic longior artus
et procera regens in poplite membra venusto:
tali semper ego dignatus coniuge felix
non desim: famuler supplex et iussus adorem,
conubio servus veniam sub lege mariti
nocte dieque pavens, quidnam velit illa iubere
quae specie fulgente micat. Menelaus oberrat
numine contempto non dicam, coniuge pulchra,
quamvis numen adest veniens de stirpe Tonantis,
unde genus duco.' mox haec est verba locutus,
Tyndaridis faciles quatiunt suspiria sensus
et sic orsa refert: 'quae sit tua, pulcher, origo,
te reticente magis dudum cognovimus omnes.
est commune genus: pariter tua regna petamus,
sis mihi tu coniunx et sim tibi dignior uxor.
hoc nam fata iubent vel nos hoc Iuppiter urguet:
vivere me gemini iussit sub sorte mariti.
conferet Atridi, quisquis me duxit amator,
ut vivum linquam non iam moriente marito,
post thalamos primi cui debent fata secundum'.
dixit, et egressi puppes et litora poscunt.
dum portus classemque petunt, respexit ad urbem
pastor et ingentem vidit consurgere nubem
pulveris extorti, movit quam turba sequentum.
tunc Paris adloquitur comitantem praedo rapinam:
'occidimus, regina, pares, nos Graia iuventus
insequitur; gladio vestigia nostra sequaci
captatum pervenit iter quicunque satelles
coniugis Atridis, subnixus et hospite turma,
mox armatorum rapiens ad bella cohortes:
et mecum fortasse cades, si tela sequentur.'
tunc Spartana refert: 'iuvenis, quid nostra retardas
pectora colloquiis? Phrygibus tamen arma capessant,
rex dilecte, iube, gressus celerare ministros

---

518 armata *Leo* tuis *Rossberg* 521 uenusta *N, corr. Rossberg* 524 maritus *Iannelli,* maritae *Bährens* 526 oberrat *ex* -et *corr. N* 529 mox *N,* vix *Duhn* 534 Sic *(sic) N, corr. Iannelli* ego sim *Ribbeck* tibi *Duhn,* tui *N,* tua *Iannelli* 537 Confer et *N* quisqꝫ *N, corr. Iannelli* 543 exorti *Iannelli* mouet *N* 544 Paris *Iannelli,* patris *N* comitante *N, corr. Iannelli* 545 regina *Iannelli,* regna *N* 547 per uenit *N* iter] iet *Bücheler* quiccunqꝫ *N, corr. Iannelli* 548 Aridis *N, corr. Iannelli* et *vix delendum*, it *Bährens* 549 Nos *Duhn* rapient *Duhn* 550 cade si *N, corr. Iannelli* 551 retardes *N, corr. Duhn* 552 Tempora *Ribbeck*

---

519 *ad Orest. 792* 524 *Anth. 83, 28* sub lege mariti *(cf. Prud. apoth. 98)* 525 *Val. Fl. 2, 281* nocte dieque pavor 529 *Verg. Aen. 5, 801* unde genus ducis *(Drac. IX 229)* 535 *Hor. carm. 1, 22, 20* Iuppiter urguet 547 *gladio sequaci satellites Menelai iter perveniunt ut capiant vestigia nostra* 550 *Stat. Theb. 5, 247* et mecum fortasse cades. *cf. Orest. 188* 552 *Verg. Aen. 3, 234* sociis tunc arma capessant edico

imperio compelle tuo: properamus ad aequor,
et vacat e iussis concurrens turba ministris.'
sic effata volens rapitur per colla tyranni
iam Priami cum clade nurus: sic terga iuvenci
Europam rapuere dei, cum Iuppiter ipse
taurus Olympiaca produxit cornua fronte:
fulmineus vector sobolem famulantibus undis
gaudet Agenoriam caelestia colla gravantem,
cum Cadmi cognatus aquas freta magna secaret.
ergo ubi pervenit raptor turbatus ad aequor
et licet exhaustus cursu vel pondere lassus,
qui gratum portabat onus tamen ipse Lacaenam
litore non posuit, media sed puppe locavit:
nautae vela levant et remis castra moventur.
adveniunt collecta manus iam classe remota
et quatiunt omnes palmis in litore frontes,
nunc galeas, nunc tela simul clipeosque tonantis
proiciunt; tunc ipse volans per rura maritus
sudanti pervectus equo, quem nuntius horrens
fregerat ad Cyprum venientem sacra dicare,
ut conspexit amens sulcari puppibus undas
et thalamos gestare suos, collisus harenis
ingemit et flavos extorquet vertice crines.
Hyrcanae sic saepe solent per devia tigres
affectu stimulante rapi, cum pignora mater
perdit et elusa feritas pietate nocentis
raptoris sectatur iter, vestigia sollers
insequitur praedonis equi, sessoris anheli;
ast ubi torva parens transacto flumine natos
secerni conspexit aquis, redit orba dolore
et gemit infrendens amissum nobile pignus:
Atrides sic maestus erat de coniuge rapta.
interea Aeneas rediens legatio Troiam
venerat et Priamo Telamonis dicta reportat.
sed Paridem genitor postquam non vidit amatum,
plangit et albentes immundat pulvere canos.

---

554 tuos *Ribbeck* properemus *Iannelli* 555 Et uacate Iussis *N*, Atque uacet iussis *Iannelli*, Et vacat aversis (elusis *Bährens*) *Bücheler olim* 556 Sic fata *N*, Et sic fata *Iannelli*, Sic ecfata *Bährens* 557 nurus *ex* murus *radendo N* 561 grauentem *N*, *corr. Duhn* 563 peruemit *N* turbatur *N*, *corr. Iannelli* 564 nec pondere *Ribbeck* 567 castra *N*, transtra *Peiper* 569 frondes *Teuffel* 570 sonantes *Iannelli* 571 Puoiciũt: tunc uenit ipse *N*, *correxi;* tunc *del. Iannelli* 572 provectus *Bücheler* 574 amans *Duhn* 577 Hic canę *N*, *corr. Iannelli* 578 stimulante *ex* -nti *corr. N* 579 Perdidit; elusa *Rossberg* nocenti *N*, *corr. Ribbeck* 580 sollers *corr. ex* solers *N* 581 sessori *N*, *corr. Iannelli* 582 transactos lumine *N*, *corr. Duhn*, transiecto fl. *Peiper* 583 aquis *Duhn*, quis *N*, equis *Iannelli* 584 pignus (pi *in rasura*) *N*

---

555 e iussis *post iussa tua* 567 *Verg. Aen. 3, 519* nos castra movemus *navigando* 572 *ad X 471* 576 *Catull. 64, 350* canos solvent a vertice crines 579 *Ov. epist. 11, 219* Peliae natas pietate nocentes 581 *Stat. Theb. 4, 316* praedatoris equi sequitur vestigia tigris 582 *Stat. Theb. 4, 249* torva parens *(Claud. 33, 128. 36, 97)* 586 *Verg. Aen. 10, 287* interea Aeneas

Antenor Priamo pelagi narrare labores
iam fletu manante genis et mille pericla
coeperat: ignarus quid de pastore procella
fecerit aut iuvenis classem si merserit unda
nescius ore refert; hoc tantum nosse fatetur,
quod pelagi rabies subverso gurgite ponti
sparserit Iliacas in tempestate carinas.
his dictis gemit aula ducis sub luctibus atris:
moenia iustitio foedant et plangitur urbe,
sexus uterque gemit, non pro virtutis honore
aut quod talis erat qui posset bella subire
aut ingesta pati vel summis viribus hostem
frangere et ensiferas acie iugulare cohortes
(quamvis Alexander si viribus Herculis esset
aemulus aut certe Meleagrum aut Thesea fortes
aequaret virtute potens, tamen Hectore magno
sospite nemo Parin lugeret corde dolenti),
sed regis quia natus erat, fit planctus in urbe.
nam quicunque memor Heleni mox dicta tenebat,
laetatur gaudens et tantum voce dolebat.
tunc pater absenti tumulum formabat inanem,
ut iacuisse putes praesenti morte cadaver.
dum parat inferias genitor mactare sepulchro,
non ubi corpus erat, vel nil satiare cruore,
per freta conspiciunt notam de litore classem.
prima ratis iuvenis regali praedita signo
apparet, quam serta ligant; ornata rosetis
candida pepla volant et carbasa sericus ornat,
et Veneris celsa spectatur ab arbore myrtus,
quam sponsus defixit ovans. occurrit ad undas
Hecuba cum Priamo populi comitante caterva,
suscipiunt sponsam, dat cunctis oscula pastor
ad patrem Priamum gradiens matremque salutans;
dulcia colla tenent et vultibus oscula figunt.
non invitus adest, non gaudet fortior Hector,
quem Troilus sequitur nec lividus, attamen aeger,
non membris sed mente gravis: praesagia sensus
concutiunt animosque viri: Mors ore cruento
inter Troianos discurrit, saeva catervas,

---

590 Anteno (n *prior in rasura*) *N*, *corr. Iannelli* 594 ore *N*, esse *Bährens* 597 sub *Peiper*, sed *N*, de *Bährens* ducis se I. a., m. *eqs. Duhn* 600 bella *N*, *an* tela ? 602 aciem *N*, *corr. Iannelli* 606 Parin (n *ex* m) *N* 609 gaudens sed *N*, *corr. Bährens* 614 cospiciunt *N* 616 legant *N*, *corr. Iannelli* ornata *N*, enata *Bücheler*, pronata *Bährens*, *hi iungentes cum* serta 617 sericus *Iannelli*, seriens *N* 622 At p. P. gaudens *N*, *corr. Bücheler* 624 non gaudet *N*, nec gaudet *Iannelli* 625 nec (ec *in rasura*) inuitus attamen *N*, non invitus tamen *Iannelli*, nec lividus at tamen *Duhn*, non invidus ac tamen *Bährens* 626 praesagia (agia *in rasura*) *N* 627 Concutiunt (c *altera ex* g) *N* animosqȝ in uiri (*ultima* i *ex* e) *N*, *corr. Iannelli* morsore *N* 628 Troianas *Duhn* caterva *N*, *corr. Duhn*

---

605 *Homer. 206* virtute potens 614 *Ov. om. 2, 11, 43* aspiciam notam de littore puppim 620 *ad 2, 554* 623 *Ov. met. 4, 141* in vultibus oscula figens

heu quantos raptura viros, quae fata datura
aut quantas per bella nurus viduare parata!
Troile, sectatur vestigia vestra Polites.
sic solet umbra sequax hominem larvalis imago
muta sequi nec membra movet, nisi moverit ille
quem sequitur; si cesset homo, cessabit imago
vel quodcunque movens si sederit, illa sedebit
motibus et falsis veras imitata figuras,
nil faciens quasi cuncta facit: sic quoque Polites.
duxerat uxorem pastor cum sorte sinistra:
iam muros, iam tecta petunt, iam regis ad aulam
intratur sponsamque tegunt sua flammea pulchram,
iam thalamis ornata sedet; saltatur in urbe,
tympana iam quatiunt, iam rustica fistula carmen
pastorale canit. lituus nil dulce remugit,
fescennina silent et bucina bella minatur;
nec molles tuba rauca sonos dedit, aere canoro
increpat arma duces clipeos et mille carinas;
classica Tydidis committere bella putares.
ite pares, sponsi, iam somnia tetra probastis
matris et ornati misero flammastis amore
ostensam sub nocte facem, qua Troia cremetur,
qua Phryges incurrant obitum sine crimine mortis.
sanguine Troiano dabitur dos, clade Pelasgum
ditetur Ledaea fugax per castra propago,
orbentur superi, caelum gemat et mare plangat:
crimen adulterii talis vindicta sequatur.

IX.

DELIBERATIVA ACHILLIS, AN CORPVS HECTORIS VENDAT.

si decus est virtus et praemia cuncta meretur,
si meritum post prima manet, si fama superstes
eminet et gaudet titulis ornare sepulchra,
annue quod petimus. fortis pro forte rogaris:
egregias mentes virtus delectat in hoste,

---

629 quanto *N*, *corr. Iannelli* raptura (ura *ex tribus aliis corr.*) *N* uiros atqȝ fata *N*, *corr. Ribbeck* et fata *Iannelli*, quot fata *Rossberg*, fatoque *Peiper* 633 Multa *N*, *corr. Bücheler* 635 Vel *N*, nil *Ribbeck* quodcumqȝ (m *ex* n) *N* 638 Dixerat *N*, *corr. Iannelli* 640 Intratu·ri (tu *ex* ri *correctae*) *N* 641 Iiã *N* 642 Typana *N* rustica *(corr. ex* fistula*)* fistula *N* 645 *post* dedit *incidit Bücheler, cf. Verg.* 648 iam omina (o *et* na *in rasura*) *N*, *corr. Bährens* 649 Martis *N*, *corr. Rossberg* ornati *N*, unati *Rossberg* 650 Ostensa *N*, *corr. Bährens Duhn* *in N subscriptum* τέλος

IX 2 post pama *N*, *correxi*; postrema *Bücheler*, post fama *vel* palma *Rossberg*, post fata *Duhn* 3 Etminet *N* 5 *habet V fol. 3*ᵛ, *2, 23* hoste *(correctum radendo* hostem *in* hostes, *deinde et* s *erasa) N*

---

638 *cf. Hor. carm. 1, 15, 5* mala ducis avi domum 643 *Val. Fl. 7, 513* pastorale canit signum *Verg. Aen. 9, 503* at tuba terribilem sonitum procul aere canoro increpuit, sequitur clamor caelumque remugit 646 *ad VIII 126* 648 *Epith. Laurentii (Anth. 742) 79* ite pares *sponsi* 652 *Verg. Aen. 7, 318* sanguine Troiano ... dotabere. *cf. Drac. IX 63*

invidia mens summa caret, laudare decora
novit et ingentes attollere gestiet actus.
dat virtus exempla bonis pravisque pudorem,
debilitas quos lassa premit. tu, fortis Achilles,
quid prohibes tumulos, quamvis iactura sepulchri
temnitur et nihil est, quod vis, in morte periclum?
si sensus post fata perit, cur busta negantur?
si mens ulla manet, iam rectius ergo putatur
non requies, sed poena rogus: tormenta sepulchrum
ingerit et manes tolerant per membra dolorem.
sed sensum cum luce simul post fata perire,
segnibus et pueris mentitur fama relatrix.
sunt animae post membra piae; quas ignea virtus
tollit ad astra micans et solis in orbe recondit
lunares non passa globos; ac desuper orbem
expectant stellasque vagas et signa leonis
Augusto quid mense parent, quid cetera temptent
ornamenta poli. rident sua membra videntes,
funeris abiecti fragiles et corporis usus,
ut doleant animae iam libertate recepta
corporibus vixisse suis et clausa tulisse
carceris angusti. tumulos aut ossibus urnas
dedignant animae, non curant vile sepulchrum
et plangunt non esse simul, quos urna polorum
claudit et aetherium Phoebus suspendit ad axem.
adventurus eris, pietas si sancta manebit
corpore belligero, si non crudelis in hoste
post vitam morientis eris, si immitis Achilles
nec post bella manes nec spectant funera poenas
arbitrio subiecta tuo, si parcitur umbris,
quaesitor quas torquet avus, si vera feruntur.

AT INQVIES: SI POST VITAM ANIMAE CORPORA SVA DESPICIVNT, PRO HECTORE CVR ROGAMVS?

QVAESTIO

non Hector, sed Troia rogat miserique parentes,
Andromache viduata gemit vel ad ubera parvum

---

8 *et* 9 —premit *habet V fol. 4*r*, 2, 12, in quo legitur* Debilitat quos lapsa premit 11 quodvis *Duhn in fine* piaclum *Bährens* 12 cui busta *N, corr. Duhn* 13 Sin *Bährens* manet et iam pectus ergo putatur *sic (punctum supra* p *vix delendae litterae destinatum) N, corr. Bücheler* 15 post membra *Bährens* 17 Signibus *N* 21 Exspectat *N, corr. Duhn*, Aspectant *Bährens* 23 Ornamenta (ta *ex* ti) *N* 24 adiecti *N, corr. Bücheler* 26 clausã *N, corr. Duhn*, claustra *Bährens* 27 angusti tum tumulos *N, corr. Duhn* 29 Nec *ego olim non opus est* quas *scribere* 31 Hac venturus *Bährens, debuit* Huc *vel* Has 33 marcentis *Rossberg* immitis *C. Schenkl*, mitis *N* 35 parcitur *ego*, parcitis *N*, parcis et *Schenkl*, parseris *Rossberg* 38 uelud ubera *N, corr. Bährens*, uel ut ubere *Duhn*

---

15 *Lucret. 6, 657* morbi per membra dolorem 16 *Anth. 389, 29 sol* praestat cum lumine sensus 18 *Lucan. 9, 7* quos ignea virtus... patientes aetheris imi facit 23 *Lucan. 9, 14* risitque sui ludibria trunci 26 clausa *cf. Lucret. 1, 354. 4, 612* *Lucan. 6, 721* claustra timentem carceris antiqui *animam* 28 non ... et *nec ... nec* 33 *Verg. Aen. 1, 30* immitis Achilli *(3, 87)* 38 *Homer. 565* Andromache parvumque a pectore natum Astyanacta tenet

Astyanacta tenet, sic caelum questibus implet;
virgo Polyxene lacrimis ornata decoris
et planctu laniata genas, contusa lacertos
ac longis dispersa comis onerata pudore
ingemit et tantum nutu sine voce precatur,
funeris Hectorei poscens exsangue cadaver;
quem retines iratus adhuc (cognosce puellam),
plangentis germanus erat, cui vita daretur,
ante aciem si visa foret, Troiaeque periclis
femina bella dedit, sed femina bella negaret:
'da veniam, iuvenis'. magnum est punisse triumphos
Hectoris, hoc sat erit quod de victore triumphas;
iam luctus converte tuos ad gaudia, victor,
gaudia qui Phrygibus sollers in funera vertis.
infelix plus Troia gemit quam perdit Achilles
fortior occisi consurgens ultor amici.
infremis Aeacides? qui vindicet Hectora, non est.
anne Parin fortuna iubet? qui crine madenti
inter lanigeras gaudet latuisse puellas
nec mater veneranda iubet, quod laudis habetur;
hoc agit et pugnam thalamis exercet adulter,
pectore femineo Veneris nam bella lacessit,
ut Martis declinet opus vel fulmina campi
effugiat, magnoque iacet dotata Lacaena
sanguine Troiugenum, Graium dotata cruore.
Dardanidis quis murus erit post Hectora campo,
adversus Danaos quis Pergama fessa tuetur,
puppibus Argolicis Phrygios quis diriget ignes,
quis Telamone satum constans umbone tonantem
sustinet aut Teucri tolerat per bella sagittas?
quis hostis Diomedis erit, quae turma furentem
excipit? in clipeum surgens cum torserit hastam
turbine belligero, quis non sine vulnere fractus
concidit et moriens tremibundos porrigit artus?
Tydidem Aeneas rediens in bella lacesset,
a quo victus abit, qui impressit vulnera Marti?
nam niveam lusisse fuit plagare Cytheren.
Pergama Pelidi, fateor, post Hectora tractum
non bellum, sed praeda patent spectante triumpho.

---

39 tenens *Bährens* 42 longis (is *ex* us?) *N* 45 retines *sic N* 47 foret Troiaeque pericla; *Peiper* 56 iuvet *Bücheler* qui crimen adenti *N, corr. Bücheler* 57 *in* lanigeras *sunt* ras *postea additae, sed a manu prima N*, lanificas *Bährens* 64 Dardanis *N, corr. Bährens*, Dardanio *Bücheler* 66 phrygibus *N, corr. Bücheler* 73 Tydiden *N* lacessit *N, corr. Bücheler* 74 uulnena *N* matri *N, corr. Rossberg* 76 nactum *N, corr. Bücheler* 77 spectanda *Rossberg*

---

39 *Val. Fl. 6, 726* his caelum questibus implet 42 *Claud. 33, 55* incultas dispersa comas 43 *Sil. 6, 567* vultu interdum sine voce precati *unde tamen cave cum Rossbergio* vultu *Dracontio quoque des; Polyxena ut virgo modesta Andromaches precibus adnuit tantum, non adclamat* 56 *Verg. Aen. 4, 215* ille Paris ... crinemque madentem 63 *ad VIII 652* 72 *cf. Homer. 376 Drac. V 281*

AT INQVIES: DOLOREM MEVM LENIAM, PERCVSSOREM
PATROCLI CANIBVS ET VOLVCRIBVS ⟨SI⟩ DEDERO LANIANDVM.

QVAESTIO

Hectoreum si forte canes laniare cadaver
ipse paras crimenque putas, hoc Medus honestum
credit et ad Persas honor est, si membra volucres
eripiant: et nulla detur licet ossibus urna,
multis membra tamen condentur rapta sepulchris:
corpus flamma cremans absumit, membra ⟨vorantes⟩
hoc canis hoc volucres faciunt; vix ossa relinquunt,
et rogus ossa rapit. forsan servabitur Hector,
ut madefacta cadant siccantibus ossa medullis
et longa sub tabe fluant? hoc cuncta sepulchra
exercent; tamen intererit, quod clausa tenebris
putrescant tumulis, at hic sub luce madescant
aspectusque tuos funestent ossa diurnis
visibus. Andromache tumulum sibi formet inanem
et causam lacrimis faciet quam denegat hostis:
te tamen, Iliacae populator gentis, Achillem
sacrilegi iam poena manet, qui viva peremptis
funestas elementa viris. corrumpitur aer
mortibus, unde caret laesus vitalibus auris;
non purus sub sole dies, non sidera noctis
impullata micant, fuscantur cornua lunae,
sordibus et totum caeli nox inficit orbem.
non Phoebus Danais morbos, non Troia Pelasgis
inferet aut natam repetens per castra sacerdos
Chryses Apollineus: hinc sunt, hinc funera maesta
fortibus et bellum geritur cum Morte cruenta.
Hector in hoste fuit saevus, cum vita maneret:
plus post fata nocet. certe medicabilis ille
te Chiron docuit pestes sanare iacentum,
cum chordas quateret plectro, cum bella manerent,
et citharam post lora daret, cum mentis onustae
post Centaurorum raptas de flumine praedas

---

in quaestionis titulo SI *add. Duhn* 81 nulli *N, corr. Bücheler* nulla et *Peiper* 83 absumit (u *in rasura*) *N* uorantes *om. N, add. Bücheler* 86 male facta *N, corr. Bücheler* medullis *(at prior* l *erasa) N* 88 clausa *inter scribendum ex* causa *correctum N* 89 Putrescunt *Bährens* madescunt *N, corr. Bücheler* 92 faciat *Bährens* 94 poenam (*at* m *erasa) N* 96 laesus *N*, tellus *Duhn* 97 puro *Bährens* 98 Impolluta *Bücheler* fulcantur *N, corr. Bücheler* lunae *Duhn*, luce *N* 99 coeli mox *N, corr. Rossberg* 100 virgo Pelasgis *Bährens* 101 Inseret *N, corr. Bährens*, Infert *Bücheler* aut nauta repetens *N, corr. Duhn* 105 ̊certe *sic N, corr. Duhn* medicabilis (lis *ex* lsi *correctae) N* 107 moneret *Bücheler*, tacerent *Bährens* 108 honustę *(erasa* h*) N*, honestae *Duhn*

---

82 *non mos est illis urnam dare mortuis. tamen sua sepulcra inveniunt, cum a canibus vel volucribus devorantur. metaphora Gorgiana. futurum* condentur *relativum* 87 *Lucan. 2, 166* cum iam tabe fluunt 91 *Verg. Aen. 3, 303* Andromache ... tumulum ... inanem ... causam lacrimis 93 *Ov. met. 12, 593* operis nostri populator Achilles 94 *Paul. Nol. carm. 19, 437* sacrilegum sua poena manet 104 *Verg. Aen. 6, 608* dum vita manebat *(6, 661). Claud. 15, 306* dum vita maneret 105 *Anth. 672, 32* post fata nocens 109 *cf. Stat. Ach. 1, 153*

ingentes animos puerili in corde levaret;
non docuit, quia maestus odor, quia putre cadaver
aera tellurem ventos animasque gravabit?
inde homines volucres pecudes et cuncta necantur;
corpora vivorum pariter mundique salutem
mors neglecta nocet: non sunt commercia iuncta
mortibus et superis, divisit limite mundos
imposito natura parens; non congruit aether
funeribus nec funus amat sub sole iacere,
inferni secreta dei sub nocte petuntur.
non tibi per somnos aderit censoris imago,
Aeacus in medias veniens ad castra tenebras
voce manuque furens et te culpabit amare
asper et increpitans? et iusta voce notabit:
'tene, deum soboles, caeli pelagique nepotem,
atque Erebi gens clara mei, te, fortis Achilles,
ista decent? tumuli caesis et busta negentur?
nec dabis occisos iuvenes Acheronta natare,
prostratis dum busta negas mortesque sepulchris
abdicas? me vita pia promovit ad urnam,
humani generis laudes et crimina quaeram;
nec tamen hinc securus eris, quia noster ad urnam
advenies quandoque nepos: ignoscere manes
ignorant mecumque Minos vel Gnossius illic
iudicium Rhadamanthus habet commune barathri.
nominis invidiam vestri per flumina manes
exagitant, sua iura neges quod morte peremptis,
Patroclumque tenent, quem nec conscendere cymbam
permittunt, nisi primus aquas transcenderit Hector.
et nullum pars nostra sinit transire per undas
ac sortem retinere suam, nisi rite sepultum.'

EPILOGVS

desine, bellipotens, animos retinere feroces,
dux, iras depone, precor: non sentiet Hector,
quidquid in hoste furis, lacerum tenuisse cadaver;
supplicium non Hector habet, sed poena Pelasgum
servantur per castra tuis, dum funera punis.

---

110 Ingentos *N, corr. Bährens* leuabant *N, corr. Bücheler* 113 Inde *N,* unde *Duhn* 114 pariter *Leo,* rapitẽr *N,* rapiet *Duhn* 114 *ante* 113 *posuit Rossberg* 115 iuncta *an* vincta *voluerit N, non liquet;* vitae *Bücheler* 116 Manibus *Bücheler* superis (sup *in rasura*) *N* 118 *an* nec corpus? 122 ah te *et* 123 iusta te *Peiper* 124 Te ne (T *ex* D) *N* 126 cęssis sed *N, corr. Duhn* 128 neges *Rossberg* mor//esqȝ *sic (foramine per rasuram in pagina contraria antecedente orto) N, corr. Rossberg,* manesque *Bücheler* 129 merita piam *N, corr. Duhn* 130 Humani (ut) *Bährens* 132 ngnoscere *N* 133 Ignorant (Igno *ex* Igo *corr.*) *N* Gnoscius *N* 135 inuidia *N, corr. Duhn* 136 negis *N, corr. Duhn* peremptis (mp *in rasura*) *N* 138 transcenderit (i *ex* e) *N* 139 pars (a *in rasura*) *N; vix* pax 142 Dux iras *(corr. ex* Dixeras *?) N* Trux *Bährens* 144 Supplicum *N* 145 Seruatur *Duhn* Servantur p. c. lues *Bährens*

---

110 *Verg. georg. 4, 83* ingentes animos angusto in pectore versant *(georg. 3, 207 Stat. Theb. 8, 734. Val. Fl. 6, 630. Sil. 16, 350)* 112 *Stat. Theb. 12, 567* caelum ventosque gravantem *mortuum* 116 *Lucan. 2, 11* fatorum inmoto divisit limite mundum. *cf. Iuv. 10, 169* 124 *Verg. buc. 4, 49* cara deum suboles. *Stat. Ach. 1, 869* tu caeli pelagique nepos 139 *cf. Verg. Aen. 6, 327 sq.*

Acacus invidiam, carus tormenta Patroclus
sustinet et vestri poenas luit ille doloris.
vel medium Priamo, generose, refunde cadaver;
nam partem tractura tenet. si reddere corpus
et laceros artus tempta pietate negabis,
exiet Andromache socero comitante per agros
Astyanacta trahens, qua tristior orbita monstrat,
et leget infelix dispersi membra mariti,
vepribus et mediis rupem complexa cruentam
oscula fixa dabit dicens de rupe maritum;
in qua sanguis erit, rupem vocat Hectora coniux
et puerum miseranda docet, ne calcet harenas,
infecit quas forte cruor; tardumque per horas
exspectat socerum, sed non vacat: exprimit herbas,
quas rubuisse videt; hoc nati vultibus addit,
ut patrem ferat ore puer; suadente dolore
ipsa sibi demens extorquet, ut Hectora credat
Astyanacta suum; Priamo tamen Hectoris ossa,
si qua iacent dispersa rotis, ostendet et ambo
carnibus Hectoreis defigent oscula flentes.
ore cruentato puerum simul ambo monebunt,
oscula det membris; 'laceros ubicumque iacere'
dicet avus puero 'pater est quos videris artus'.
moribus his si nulla venit pietatis imago,
aspice quid faciant coniux pater Hecuba natus
et pudibunda soror: Priamus iacet oscula plantis
rex senior dans ipse tuis nec turpe putabat,
quod miserum fortuna iubet; hinc virgo pudica
Astyanacta tenens parvum super Hectora ponit
et puerum deflere docet, sed parvulus optat
ire nec extincti cognoscit funera patris.
heu lacerum nam corpus erat, quod mater et uxor
complexae per colla tenent et vulnera ferri
per laceros artus generoso in corpore quaerunt.
sed quid dorsa viri palpant? iniuria constat
magnanimi iuvenis: plagam, qua concidit Hector,
et vulnus si nosse placet, versate supinum
corpus et occisi tractentur pectora regis:
invenient ungues, quanto descendit hiatu

---

146 inuidia *N, corr. Bücheler* 147 ille furoris *Bährens* 151 conitante *N* 152 tritior *Bücheler* 154 e mediis *Duhn* 156 *versus mihi suspectus; post* erit *gravius distingui iubet Leo* 157 meseranda *N* 161 patre *N, corr. Duhn* 163 tamen *N,* tandem *Bährens Peiper* 164 dispersa sororis *N, corr. Bährens* 165 defigunt *N, corr. Bücheler* 166 manebant *N, corr. Bücheler* 168 uideris (ui *ex* iui *correctae*) *N* 169 Mortibus *N, corr. Rossberg,* Motibus *Bücheler* 172 *nolui* putabit 174 ponens *N, corr. Bücheler* 176 humera patris *N, corr. Duhn* 184 descendi (e *prior ex* i) *N*

---

164 *recte stant futura, nam* expectat socerum *159* 169 *Verg. Aen. 6, 405* si te nulla movet tantae pietatis imago 171 *Coripp. Ioh. 1, 155* oscula plantis pressa dedit *(7, 234 Iust. 1, 158)* 172 *Iuvenal. 6, 390* nec turpe putavit (-bit P^1) 173 *Sen. Troad. 710 (verba Andromaches)* nec turpe puta quidquid miseros fortuna iubet 184 *Stat. Theb. 12, 340* quanto descendit vulnus hiatu

hasta potens quantumque dedit Vulcanius ensis.
nam quod terga ferunt, hoc currus fecit Achillis,
dum trahit extincti iuvenis per saxa cadaver
et domino iam damna parant de funere tracto.
Hectora mirantes plus te laudamus, Achilles,
a quo victus obit: finem da, magne, dolori
et post vindictam veniam concede perempto,
qui poenas in luce dedit. iam respice mitis:
Astyanacta vides, Pyrrhi succedat imago
ante oculos dilecta tibi, Priamique senectus
mentibus adsciscat venerandi vota parentis.
nam genitor Peleus laetum post bella videre
te cupit; et senior Lycomedes, coniugis auctor,
exoptat reduci gaudens offerre nepotem.
planctibus Andromaches ceu praesens blanda putetur
Deidamia simul, quae sollers nocte dieque
mente oculis attenta volat; nam fluctibus atris
carbasa prima videns amens occurrit in undis
perquirens, si Troia ruit, si concidit Hector,
sollicita quem mente timet; te plectra tenentem
atque iterum blandas iuvenili pollice chordas
tangentem laudare cupit et brachia collo
nectere mellifluis adiungens oscula labris.
Hecuba maesta gemens et canos pulvere foedans —
omine non tali matrem praesentet ab undis
corde tuo pietas: licet haec mortalia fata
in se nulla timet, tamen haec te, fortis Achilles,
mortalem genuisse dolet. haec, summe, retracta
et veniam largire pius. si parva putantur,
fac pretium, victor, generosum vende cadaver.
vendatur ceu vivus adhuc nec munere parvo,
sed veniat tantum quantum pensabitur Hector.
hoc placet ut fortis habeatur iudice bello
mors pretiosa viri: cunctos hortaris in hostem,
si non vilis erit veniens occasus in armis,
qui se despiciens cives dilexit et urbem.
Dardanides dependat opes, det magna talenta:

---

186 ferunt *Duhn*, dederunt *N*, gerunt *Bährens*, rubent *Rossberg* Achillis (i *altera ex* e) *N* 188 tractus *Rossberg* 193 vides *ego*, uidens *N*, rudem *Rossberg* 194 dilecta (i *ex* e) *N* 196 pelens *N* 198 offere *N* 199 ceu presens bland maritũ l' putatur *N*, *corr. Bücheler* 201 uolat *N*, vocat *Leo*, *qui* maritum *in v. 199 huic verbo primitus adscriptum fuisse coniecit* 202 amens *Bücheler*, animis *N*, summis *Peiper* 205 blandas (a *altera ex* i) *N* 206 et *N*, vel *Bücheler* 207 adiunges *N*, *corr. Duhn* 208 canos pluere *N*, *corr. Duhn* fędans (a *ex* e) *N* 209 tali (i *ex* e ?) *N* 211 timent (nt *ex* ns) *N*, *corr. Duhn* 212 haec *Bücheler*, hoc *N* 214 Fac pretum *N* 216 *conieci* Conveniat Sed veneat tanto quanto *Bücheler olim* 218 Mois *N* 219 occasus *(ultima* s *ex* m) *N* 221 det (d *ex nescio qua alia*) *N*

---

187 *Lucan. 6, 639* trahitur per saxa cadaver *(Drac. VIII 140)* 188 parant *sc. saxa* 193 *cf. Homer. 986 sqq.* 198 *Claud. 28, 75* puerum gaudens offerre favori 201 volat *fere quod trepidat* 202 *cf. Ov. epist. 2, 121 sqq.* 205 *Ov. met. 5, 339* pollice chordas *(et passim)* 208 *Catull. 64, 224* canitiem ... pulvere foedans 214 vĕniat *et* 219 vĕniens *ab 'venum ire'*

Astyanax egeat, Priamus mendicet et omnes,
infelix quos Troia capit. haec poena manebit
Laomedontiadas, si carior ille sodalis
sollers Hectoreo condetur dignius auro,
dum tamen infernis requies detur et bona vivis
praestetur de morte salus ac pace fruantur
aeris innocui caelum mare Tartara tellus.
unde genus ducis, morti licet illa sepulchrum
comparet; omen erit, si reddat Troia tributum,
Troïa vel Danais vectigal funera praestent.

EXP. DELIBERATIVA ACHILLIS DELIBERANTIS AN CORPVS HECTORIS VENDAT.

X.

[DRACONTII] MEDEA.

fert animus vulgare nefas et virginis atrae
captivos monstrare deos, elementa clientes,
naturam servire reae, servire puellae,
astra poli et Phoebi cursus et sidera caeli
arbitrio mulieris agi, pendere Tonantem,
quod iubeat Medea nefas, ubi mittere flammas
imperet aethereas. penetrat vox illa per auras,
cum vitas mortesque facit, cum fata retorquet
ad cursus quoscumque velit. licet hospite caeso
serviat et Scythicae currat per templa Dianae,
possidet astrigerum funesto pectore caelum
et superos impune premit prece nixa virago
invitos parere sibi. quae carmina linguis
murmuret aut urens species quae nomina dicat,
haec vatem nescire decet; quae nosse profanum est,
quod fuerit vulgasse nefas. nos illa canemus,
quae solet in lepido Polyhymnia docta theatro
muta loqui, cum nauta venit, cum captus amatur
inter vincla iacens mox regnaturus Iason;
vel quod grande boans longis sublata cothurnis
pallida Melpomene, tragicis cum surgit iambis,

---

223 haec *Bücheler*, et *N*, sic *Bährens* 224 Leomedontiadas *N* sic *Bährens* 225 dignus *N*, *corr. Duhn* 228 Tartarea *N* 231 Troica *Bährens*

X *de titulo vide praef.* 1 arte *Peiper* 3 d̤eae *N*, reae *n* sub iure puellae *Bährens* 4 currus *Peiper* 13 carmina labris *Bährens*, lingua *Duhn* 14 u̇rens *N* 16 quod *N*, quae *Bücheler* non illa *Peiper* 17 Polymnia *Nn* 18 Multa *N*, *corr. Bücheler* amator *N*, *corr. Rossberg* 20 Vel quae *Bücheler* boat *Bährens*

---

229 *ad VIII 529* *de Gaea loquitur*

X 1 *Ov. met. 1, 1* fert animus *(ars 3, 467 Lucan. 1, 67)* 5 pendere *exspectatione metuque* 13 *Ov. fast. 3, 323* quid agant, quae carmina dicant ... scire nefas homini 20 *Arator 2, 756* pomposo reboant tua bella cothurno, *Troia* 21 *Hor. sat. 1, 5, 64 (Orest. 13)* tragicis ... cothurnis *Anth. 88, 4* Melpomene reboans tragicis fervescit iambis

quando cruentatam fecit de matre novercam
mixtus amore furor dotata paelice flammis,
squamea viperei subdentes colla dracones
cum rapuere rotis post funera tanta nocentem.
te modo, Calliope, poscunt optantque sorores:
dulcior ut venias (nec te decet ire rogatam)
ad sua castra, petunt. lauro succincta poetae
Pegaseo de fonte veni, quo rore medullas
et sensus infunde meos. cur hospes amatur,
qui mactandus erat, vel cur mactatur amatus?
dives apud Colchos, Phrixei velleris aurum,
pellis erat, servata diu custode dracone.
hanc propter pelagi temerator primus Iason
venerat, ut rutilas subduceret arbore lanas.
ut Scytha conspexit Graiam de littore puppim
ire per undosum proscissis fluctibus aequor,
expavit, nam monstra putat: quis crederet umquam
per freta, per rabidas hominem transire procellas?
barbarus ignaro regi iam nuntius ibat,
quae nova perferret pelagus; sed callidus heros
solus Iason adhuc vento currente carina
prosilit in fluctus et littora visa natatu
nudatus ceu nauta petit. sed Colchus alumnus
nuntius ille redit secum comitante iuventa,
ut nossent quid puppis erat, quid vela, quid arbor.
membra viri mox nuda vident fugientis ad undas;
quem sequitur directa manus capiuntque paventem
et manibus post terga ligant. tunc Iuno Cytheren,
ut vidit iuvenem Scythicas artasse catenas
et pavidos fugisse simul cum puppe sodales,
adloquitur: 'lasciva Venus, iucunda modesta
blanda potens mitis, fecunda venustas amoris,
pulchra voluptatum genetrix et numen amantum,
te divum regina precor, matrona Tonantis:
est nimis acceptus iuvenis mihi pulcher Iason,
qui gelidum quondam mecum transnaverat Istrum
et nunc infelix trahitur captivus ad aulam

---

24 uipereis *Nn, corr. Bücheler* 26 medo *N*, modo *n* 27 nec te *ego*, nocte *N*; nunc te *Bücheler* rogatam *(sic) N, supple* sed sponte, *cf. VI 24* 31 Qui *(facile pro* Que *legi potest) N*, Quę *n* 32 Diues *magna initiali Nn* 39 tabidas *N, corr. Duhn* 40 nuntius *N*, Mutius *sic n* 42 vento] lente *Bährens* 44 Colchis *N, corr. Duhn* 45 secum] socia *Rossberg ex VIII 449* 46 nosset *N, corr. Bücheler* 47 ab unda *Leo* 49 citherem *N* 53 venusta decora *Ribbeck*, venusta suavis *Bährens*

---

27 *VI 24* sponte venire decet, non te decet ire rogatam 32 *ad 2, 456* 36 *cf. Acc. Med. frg. 1—3* 37 *Verg. Aen. 4, 313* per undosum . . . aequor 38 *Ov. ars 2, 43* quis crederet umquam aerias hominum carpere posse vias 48 *Ov. met. 3, 575* cepimus . . . manibus post terga ligatis 50 sqq. *cf. Apoll. Rhod. 3, 8 sqq. Val. Fl. 7, 158 sqq.* 56 *Apoll. Rhod. 3, 66 (verba Iunonis)* καὶ δ' ἄλλως ἔτι καὶ πρὶν ἐμοὶ μέγα φίλτατ' Ἰήσων 57 *Claud. carm. min. 77, 7* gelidum transnaverit Histrum *(cf. 26, 489)*

Aeetis immitis forsan mactandus ad aras.
eripe captivum, retinent quem mille catenae,
mitte pharetratum puerum, mea Cypris, Amorem,
igne tuo flammata cadat furibunda virago,
discat amare furor, tandem sit blanda sacerdos,
templa pharetratae contemnat virgo Dianae,
despiciat delubra deae. licet immemor exstet
religionis amor timeant nec fulmen amantes,
te solam putet esse deam, te numen adoret,
te metuat metuenda deis, te iudicet unam,
quam mare quam tellus quam numina cuncta fatentur
imperio subiecta tuo per templa per aras,
esse voluptatum dominam. quae corda parentis
flectis et exutum telo candente Tonantem
despiciat me saepe iubes nec castus Olympum
destituat, sit ut imber olor, bacchetur adulter
vel quodcumque meum placuit mutare maritum —
non queror: Aesonidem tantum peto filia regis
nunc amet et laudet; mox hunc suspiret anhelet,
quem mactare parat; solvat cervice catenas
torpescens armata manus, cui brachia collum
circumdent mucroque cadat ieiunus ad aras.'
finierat matrona Iovis. sic orsa Dione:
'me Venerem me, Iuno, decet me, blanda noverca,
imperio parere tuo. quid plura loquemur?
oderunt mea castra moras.' sic fata Cythere
quaerit amoriferum per tota rosaria natum:
ille deas ponti telo flammabat in undis
maternis submissus aquis. Hymenaeus ad illum
mittitur. huic fluctus produnt fumantibus undis.
ut pelagus caluisse videt, 'hic aliger' inquit,
'hic latet Idalius. sed non latet, aequora fervent:
agnosco stridere fretum, ceu Phoebus anhelos
oceano demergit equos, cum nocte propinqua
luna venit stellante polo pendentibus astris.
huc ades, o lascive puer, te mater ubique
quaerit et e cunctis vestrum me misit alumnum,
ut venias parcente mora.' sic fatus. at ille
fluctibus e mediis surgens rutilante capillo
excussit per inane caput, quatit impiger alas,

---

59 ∴ Aethios *sic voluit N*, ∴ Aethos *n, corr. Duhn*, Aeidos *(i. Dianae) Rossberg*, Aeetae *Bährens* 61 Micte *n* 65 exstat *N, corr. Bücheler* 66 timent *N, corr. Bücheler* 68 iudicet (t·*ex* n) *n* 72 *sperne* exustum 74 Destituet *N, corr. Bücheler* 75 quocumque *Duhn* 77 anhelat *N, corr. Duhn* 80 mucroque *Bährens*, mucro *N*, et mucro *Duhn* 88 hunc *N, corr. Bücheler* 93 stillante *Bährens* 94 Hûc *(intellege* Huic*) sic N*, Huc *n*

---

59 *Ov. Pont. 3, 2, 71* immitem Triviae ... ad aram. *met. 15, 114* mactatus ad aras. *cf. ind. s. v.* macto 79 *Ov. met. 9, 459* circumdet brachia collo 86 *cf. II 32* 88 *ad II, 33* 91 *Sil. 1, 209* atque ubi fessus equos Titan immersit anhelos

ut pinnas desiccet aquis: micat ignis ut astra
plausibus excussus pueri, per cuncta videres
scintillare diem, volitant super aequora flammae.
sic, ubi puniceos rutilans Aurora capillos
pectinat ante diem, quae mox perfundat Eoum,
Phoenix, sola genus, senio lassata vetusto,
cinnama cui folium nardum tus balsama amomum
informant post saecla pyram reditura, sepulchrum
conscendit factura rogos et verberat alas
ut flammas adsciscat avis (sic nascitur ignis
ante alitem ambrosios iam consumpturus odores):
sic puer Idalius spargebat plausibus ignes:
piscis aves armenta pecus fera pastor anhelant
flammigero surgente deo. volat inde per altum.
iam volucer non udus erat: quocumque propinquat
aut ubicumque fuit, blando fervore vaporat,
quem sequitur vernalis odor; via pulchra rosarum
tenditur et violas pallentes candida peplo
lilia distingunt ac florea semita crescit:
persulcans per inane polos micat orbita florum.
Cypris odoriferos sensit fraglare volatus:
'natus adest' inquit; 'multis iam spargitur aer
floribus, ambrosio totum respirat odore'.
dum loquitur lasciva Venus, venit ecce Cupido
fessulus et gremio matris libratur anhelans,
quo sessurus erat. quem protinus illa volantem
occupat et crines componit mater Amori
ac puerum complexa fovet dans oscula nato.
sic blandita iubet: 'Pyrois, mens ignea mundi
atque vapor fecunde poli, successio rerum,
affectus natura genus fons auctor origo,
tu vitae fecunda salus, tu blanda voluptas,
tu princeps pietatis, Amor, te praeduce mundo
alternant elementa vices et non perit orbis,
cum pereant quaecumque ⟨creat⟩, nec sentit ademptum
successu redeunte novo. venit ecce noverca,
in manibus iam Iuno meis supplexque precatur
quae fuerant optanda tibi: Medea sacerdos,
sacrilega quae voce solet compellere caelum,

---

99 in *(vel* ad*)* astra *Bährens* 100 excussis *n* 103 perfundet *Duhn* 105 Cinnima *N*, *om. spatio relicto n* 108 adsciscat (d *supra addita*) *N* 109 Alitem et *Rossberg* 113 uolucreḷʀ *N*, uolucrer *n* 115 pulchra (l *ex* r) *n* 119 fraglare (r *prior ex* l) *n* 127 Pi̊rois *et* ꝶ *ante versum Nn* 132 duces (d *deleta et* i *supra* u) *N*, uices *n* 133 creat *add. Bücheler, om. Nn nulla lacuna* 135 precatur *Bährens*, nocatur *N*, uocatur *n*, locatum *Bücheler*, *abieci* profatur

---

102 *Ov. met. 5, 440* udis veniens Aurora capillis 104 *cf. ex gr. Ov. am. 2, 6, 54* unica semper avis *Stat. silv. 2, 4, 36* senio nec fessus inerti . . . Phoenix 105 *cf. Ven. Fort. Mart. 4, 574* flos odor esca sapor mera cinnama balsama tura 115 *Claud. 35, 90* quaque volat *Amor*, vernus sequitur rubor *eqs.* 126 *Ov. met. 8, 211* dedit oscula nato *(similia passim)* 131 *cf. Boet. de cons. 4, 6, 16 sqq.*

invitos accire deos, urguere Tonantem,
dum precibus elementa quatit mare sidera terras,
naturam turbare simul, tua tela medullis
excipiat (hoc Iuno petit) iuvenemque Pelasgum
diligat optet amet cupiat suspiret anhelet.
sollicitus tamen ista para cautusque memento:
Medeam fixurus eris.' sic fata Dione.
risit Amor matrisque sinu se subtrahit ales;
spicula saeva legit, quibus olim Luna per umbras
pastorem flammata tenet nec sustinet ignes
Luna Cupidineos, Solis quae sustinet orbem
et fratris radiis conceptus lucis adoptat.
'hoc' ait ignipotens 'telo Medea cremetur,
quo Scythicam succendit Amor, dominaeque favillas
excutiam per templa volans, et virgo cruenta
adprobet hos arcus dominae plus posse pharetris.
namque Diana feras, cervos et figere dammas
adsolet: hoc telum reges et numina figit.'
quattuor interea niveas adstare columbas
Cypris amoena iubet: roseis frenantur habenis,
candida puniceis subduntur colla rosetis
(nam iuga sunt compacta rosis), fert dextra flagellum,
purpura quod mollis, tenuis quod sericus ornat.
iam volucer conscendit aves et blanda Voluptas
it comes, Amplexus veniunt, Hymenaeus adhaeret,
Gaudia concurrunt, Risus atque Oscula pergunt.
nam licet Idalias sociarint frena columbas
et iunctae per cuncta volent, tamen impiger ales
nunc hanc nunc illam residet gaudetque iugales
iam relevare suas et se pensare volatu
(sublatum propriis persentit in aera pinnis
aurigam quadriga volans) iterumque columbas
adpetit et pharetris concludit dorsa volantum.
nondum per Scythicas glacies stat barbara Colchis,
et iam bruma rigens Arctoi tristior axis
torpebatque coacta gelu † et pinniger audax
et magis accessu pueri plaga maesta serenat
adventum testata dei: mox tetra fugantur
nubila, caeruleos excludit flammiger imbres.
impia iam Colchis, iam saevior ara Dianae

---

147 substinet *n* 151 Quos *N, corr. Duhn* 152 Excutiam *N,* Excipiam (x *ex* t) *n* 154 ceruos effigere *N, corr. Bücheler* 167 dispensare *Bährens* volatu *Bücheler,* volatum *N* 170 conlidit *Bücheler olim,* contundit *Peiper* 172 Set iam *Bücheler* 173 torpebatque *ego,* torpebat *N* coacta gelu et *sic Nn,* concreta gelu: it *Bücheler olim, quod hiatus talis unum apud Drac. esset exemplum;* compacta gelu set *Bährens,* stant cuncta gelu nec *Leo temptavi hunc ordinem* hoc p. audax it magis: accessu *eqs.* 177 coch *(hae deletae)* colchis *N*

---

145 *Claud. 10, 47* risit Amor . . . matri 147 sq. *cf. Aegr. Perd. 44 sqq.* 156 *cf. VI 75 sqq.* 158 *ad Orest. 792* 165 *Stat. Theb. 1, 292* inpiger ales 171 *cf. Lucan. 5, 436 nondum advenerat Colchidem glacie rigentem* 172 *Lucan. 1, 17* bruma rigens 175 *Claud. 33, 9* adventum testata dei 176 *Verg. Aen. 3, 194* caeruleus . . . imber *(5, 10)* 177 *Lucan. 1, 446* non mitior ara Dianae *(Drac. V 139)*

coeperat ostendi: iam tunc mandante tyranno
ecce trahebatur ceu taurus pulcher Iason,
quem sequitur Medea nocens urguetque ministros
nudato mucrone furens. delubra subibant
iamque propinquabant aris. sed numen amantum
furtim templa petit: sonuerunt tela pharetris.
exultat gavisa nimis Medea sacerdos:
telorum strepitum castae putat arma Dianae
increpuisse tholo, credit sua vota sacerdos
ante preces audisse deam. mox numen adorans
'omen adest' inquit, 'Triviam te, Luna Diana,
confiteor perstans, heres Proserpina mundi;
nam tria regna tenes: tu caelo Cynthia regnas,
venatrix terrena micas, capis atria Ditis,
tempora distribuens regnis et cursibus apta:
iam grates audita loquor. iacet hostia templis
per fluctus advecta tuis.' sic fata per aras
virgo cruenta molam perfert. at mystica nutrix
fessa licet tremebunda gemat, tamen ipsa iacentem
tendere colla iubet vel pectora prona supinet.
ergo peregrinus cum iam versatur Iason,
forte oculos per tecta levat: videt ecce volantem
atque salutantem puerum. sed nauta precatur
murmure sollicito: 'numen, quod mundus adorat,
si caelum, si terra tui sunt, alme, triumphi
vel quidquid natura creat, si sanguinis expers
mortis et infaustae es et sunt tamen hostia flores
matris et insertae pendent per templa coronae
sanguine virginei tantum contenta pudoris:
eripe me his, invicte, malis. ego victima servor,
atque utinam server, iaceo feriendus in aris.'
audiit ignipotens (hominum nam murmura sentit)
et ridens gavisus ait: 'pirata decore,
quid metuis, quem fata manent, cum vita superstes
restat adhuc, quem regna petunt, cui pellis inaurata
imminet et coniux dabitur Medea sacerdos?
sed memor esto mei, ne te fortuna superbum

---

179 trahebatur centaurus *N, corr. Bücheler* 180 ministras *N, corr. Bücheler ex* 261 182 sed *Bücheler,* sic *N,* hic *Bährens* 183 tecta pharetris *Bücheler ante* 185 *in eadem linea scriptus est* 187 *sed suppunctus: n* strepitu *Schenkl* 189 Confidit ĕo perstans *N, corr. Duhn* mundi (u *ex* o) *N* 192 *nolui incidere post* distribuens cursibus acta *n* 204 infaustae sed *N, corr. Bährens,* i. si *Rossberg* sed sunt tantum *Bücheler* 206 contente *Bährens* 207 me *om. n* ergo uictima *n* 208 servar *N, corr. Duhn* iaceoŗ (o *ex* t) *n* 211 cum *N,* cui *Bücheler* 212 pellis aurata *Nn (in N facile pro* amata *accipi potest, est tamen* aurata *nec ullam passum est rasuram) in utroque apographo signum ∴ ante versum pictum est* amata *Duhn,* amato *Rossberg scripsi* inaurata, *ut sit versus hypermeter (cf. hypermetrum Verg. Aen. 6, 603 ante* imminet) 213 coniuṇx *N,* coniux *n*

---

179 *Verg. Aen. 2, 403* ecce trahebatur . . . Cassandra 182 *Verg. Aen. 9, 371* iamque propinquabant *(11, 621)* 187 *Stat. Theb. 5, 157* ante preces venere deae 207 *ad 3, 626* 209 *Verg. Aen. 4, 220* audiit omnipotens

reddat et incipias iterum ceu nauta venire.'
dum loquitur pinnatus Amor, iam virgo levabat
destricto mucrone manum. captivus Iason
exclamat: 'succurre Venus, succurre Cupido:
iam ferior, Medea ferit.' sic fatus. at ille
ignea sidereo componit spicula nervo,
misit arundineum per flammea cornua ferrum,
stridula tela volant: rapiunt praecordia flammas,
corda calent oculique labant, suspiria rumpunt,
marcida funereum laxavit dextera ferrum.
sed nutrix mirata moras 'dic, virgo, quid haeres?'
increpat, 'ecce feri. fibrae rapiantur et exta,
consultum det fata iecur. Medea moraris?
occidimus: torpescit iners antistita Phoebes
permixto pallore rubens, non lumina vibrat,
non furit aut tremuli strident in murmure dentes.
cur homicida vacas et stas rea? sed rea non es,
si fueris homicida magis. cur explicat artus
aut tangit cur saepe caput, quid spirat hiatus
oris et ad zonam digiti mittuntur inermes?
an magus est pirata iacens et sacra Dianae
murmure sollicito prohibet solvitque profanus?'
dixerat et gladium dextrae revocabat inerti
impia turpis anus. rursus conclamat Iason:
'victima sum, pereo: iugulis male mucro minatur.'
pinnatus subrisit Amor rursusque sagittas
iecit et ardentis nutantia corda fatigat.
aestuat interea sacris repetita sacerdos
ignibus. effatur: 'non est haec victima digna:
non torta cervice iacet, male palpitat, artus
erigit impatiens et saucius ante dolorem:
sanguine membra carent; iam non erit hostia grata,
quae sicco mucrone cadet.' conversa sacerdos
ad iuvenem: 'dic, nauta fugax, pirata nefande:
est consors matrona decens an caelibe vita
degis adhuc nullumque domi ⟨tibi⟩ pignus habetur?'
'solus' ait captivus 'ego: mihi pignora nulla
coniugis aut sobolis.' dictis gavisa virago
blanda refert: 'vis ergo meus nunc esse maritus?'

---

215 Reddet et incipies *N, corr. Bücheler* 226 rapiuntur *N, corr. Bücheler* ęxsta *N,* exsta *n* 227 Consultrun *N, recte n* 228 topescit *N,* tepescit *n, corr. Bücheler* Antistia *Nn* 230 tremulis *N, corr. Duhn* 231 sed stas *N, corr. Bücheler* 232 fueris (s *ex* t) *N* 235 Iacens (Ia *ex* no) *N* 244 Contorta *Peiper* 245 dolonem *Bährens* 248 dignata fugax *N, corr. Duhn* 250 tibi *add. Duhn, om. Nn lacuna trium fere litterarum capaci relicta,* iam *Bährens* 251 Solus (S *ex* C) *n* ago *Rossberg*

---

220 *Coripp. Joh. 8, 512* compellit spicula nervis 222 *Ov. met. 9, 172* sorbent . . . praecordia flammae 232 *II 113* tendunt membra simul, cunctis respirat hiatus oris et ad crines digiti mittuntur amantum 241 *Iuvenc. 4, 752* corda fatigat 243 *cf. Orest. 880 sqq.* 246 *Orest. 881* sanguine corda carent, non est haec hostia grata 249 *Hor. epist. 1, 1, 88* caelibe vita

'servus', Iason ait 'tantum ne vita negetur
te precor et dominam fateor.' sic fatus. at illa
rumpi vincla iubet; virgo suspendit ab aris,
ut facinus purget proprium; vocat ipsa maritum
vestibus indutum Tyriis, quas sericus ambit
mollis et in medio fulvum distinxerat aurum,
blattea puniceo radiabant stamina filo.
expavit nutrix, omnes stupuere ministri;
at puer ignipotens victor per templa triumphat,
nudus ludit Hymen, mollis Lascivia saltat,
blanda Libido coit, simplex Affectus inhaeret,
ludicra puniceis resonabant Oscula labris,
dant faciles plausus Concordia Gratia Lusus:
sponsus Iason erat gaudens et sponsa sacerdos
ad thalamos post templa. duci tunc pronuba Iuno
adfuit et grates Veneri facunda canebat.
ecce triumphantes Ingratia dura iugales
consequitur, gressus consors Oblivio iungit.
marcidus interea domitis rediebat ab Indis
Liber, anhelantes residens post proelia tigres;
quem sequitur iucunda manus saltare parata
ebria pampineis miscens vestigia thyrsis.
sensit amoriferum Scythicam fixisse sagittis
et volucrem puerum populatum templa Dianae:
'illo iam gressus' dixit 'convertite, tigres:
estis opus, mea turba, deo. properate, ministri:
pinniger Idalius minor est sine munere nostro'.
dixerat et Scythiam vacuus iam sponte petebat:
iam venit ad Colchos, iam se Semeleia iungunt
agmina, Bybliades saltant Bacchaeque rotantur.
venatu interea rediens delubra petebat
plectriferi germana dei mirata, repente
quod sileat templum, subito quod sparsus ubique
ambrosius sic fraglet odor; sonuere per aures
fescennina deae: 'pulchrorum vota geruntur,
iungitur Aesonidi fulgens Medea marito'.
erubuit doluitque simul: 'non omine fausto
coniungatur' ait 'nec prospera flammea sumat:

---

256 ∴ Rumpit vincla iuueniq̄ virgo suspendit *Nn*, *correxi*, Rumpit vincla iubetque viro suspendat *Bücheler* 258 quam̃ *N*, quas *n* 260 Bl⁻atea *(nulla in margine nota) Nn* radiabat *n* 266 Risus *(ex VI 60 X 163) Rossberg* 267 saceo sacerdos *N* 268 duci tunc *ego*, ducit et hunc *Nn*, ruit. tunc *Bücheler*, fugit. tunc *Leo* 269 Veneris *N*, *corr. Duhn* 271 concors *n* iungit (iu *ex* nu) *n* 280 murmure nostro *n* 281 Bacchus iam *Bücheler* 284 petebaṇ *N*, petebat *n* 288 pulchro dum *Rossberg*, Colchorum *Peiper* 291 Coniugatur *N*, *recte n*

---

258 *Ov. met. 5, 51* indutus chlamydem Tyriam, quam limbus obibat aureus *(v. ind. s. v.* Tyrius*)* 268 *Ov. epist. 6, 43 Iasoni* pronuba Iuno adfuit et . . . *(Verg. Aen. 4, 166 Ov. met. 6, 428)* 272 *Lucan. 5, 237* interea domitis Caesar rediebat Hiberis *(cf. Ov. met. 15, 569). Stat. Theb. 4, 652* marcidus edomito bellum referebat ab Haemo Liber 275 *Claud. 33, 19* ebria . . . firmat vestigia thyrsus

displiceat quandoque viro, cui turpiter audax
sacrilegus processit amor; sed iustius opto:
perfidus egregiam contemnat nauta iugalem,
dulcior affectus vel amara repudia mittat;
funera tot videat, fuerint quot pignora, mater,
orba parens natos plangat, viduata marito
lugeat et sterilem ducat per saecula noctem.
advena semper eat, se tanti causa doloris
auctorem confessa gemat.' sic fata Diana
tristis abit; delubra tacent, sacraria maerent,
sanguine templa carent, nutrix tamen atria tantum
templorum servabat anus, haec anxia crimen
virginis et raptum deflebat maesta pudorem:
qualis in exustis per sordida tecta ruinis
strix nocturna sonat rostro stridente per umbras;
qualis et horrendus funesto carmine bubo
conqueritur deflenda gemens, dum tristia maestus
funerea sub nocte canit, sic anxia nutrix
ingemit et tremulas diffundit maesta querellas. —
nuntius interea maesto volat ore satelles
ad regem subvectus equo natamque tyranno
indicat ignoto passim nupsisse marito.
expavit genitor: sic quondam tristis Agenor
concidit Europae senior fraudatus amore,
cum nesciret adhuc generum meruisse Tonantem.
⟨ira dolor⟩ numen pietas iniuria regnum
⟨concuti⟩unt franguntque virum, iubet arma ministris
⟨expediant⟩, nam fama ducem rapiebat in enses.
cum poenas mortesque parat, venit Indus ad aulam
Liber et egregia compressit voce furentem:
'sic tibi, rector,' ait 'mentem possedit inanis
relligio? sic pignus amas ut tela parentur?
qui furis, exspecta dulces de prole nepotes.
virginitatis onus melior tolerare sacerdos
non potuit: fervescit amans et casta Diana
pastorem confessa virum.' haec Liber aiebat.

---

294 nata *N, corr. Duhn* 298 per saecla senectam *Rossberg*, per saecula sortem *Ribbeck* sacraria maerent
299 se *Duhn*, sit *N* 301 Tristis abijt delubra tacent nutrix tamen atria tantum *sic N, in quo ∴ ante versum pictum et deletum cernitur; recte versum habet (tamen hic quoque* abiit*) n, in quo item ∴ pictum et deletum ante versum extat* 302 tamen] vacua *Bährens* 305 exhaustis *N, corr. Rossberg* 307 bufo *N, corr. Bücheler* 309 *ante* nutrix *scriptum erat* nutrrx *fere pictum secundum ductus archetypi non intellectos, statim deletum et recte scriptum* nutrix *N, recte n* 316 nescisset *n* 317 *in versuum* 317—19 *initiis spatia undenarum fere litterarum vacua sunt relicta Nn*; 317 *et* 318 *explevit Bücheler*, 319 *ego, ubi* Coniugii *Bücheler*, Dedecoris *Bährens* 319 rapiebant *N, recte n* 320 Dum *Peiper* 324 Quid *Bücheler* 326 *post* amans *distinxit Duhn, rectius docuit Traube* 327 agebat *dubitanter Bücheler*, aibat *Bährens*

---

296 *Claud. c. m. 53, 57* ergo quot dederit natos, tot funera matri reddamus. *cf. Orest. 477 cum nota*
301 *Iuv. 6, 128* tristis abit. *cf. ad X 527 et Orest. 649* 307 *Verg. Aen. 4, 462* ferali carmine bubo . . . queri *(Ov. met. 10, 453 Lucan. 6, 689)* 313 *Stat. Theb. 3, 705* misero nupsisse marito

mulcentur iam corda ducis natamque tyrannus
purgat et extemplo Medeae laudat amorem:
sic meruit veniam generum confessus Achilles,
sic pater ignovit Lycomedes, pectore natae
et Pyrrhum suscepit avus gremioque nepotem
fovit et ad Troiam post crimina misit Achillis.
ut Scytha mollitus blanda pietate mitescit,
mox iubet ut generum vel pignus regis ad aulam
eiecto terrore rogent. tunc regia lauro
cingitur et postes soceri pia serta coronant.
mox thalamos subiere pares: laetatur Iason
sponsus et in castris Veneris Medea triumphat.
quattuor interea Phoebus transegerat annos,
sed natos Medea duos fecunda marito
ediderat, cum nocte iacens suspirat Iason
nec gemitus latuere magam: 'quam, callide, fraudem
quodve nefas moliris?' ait 'non fallis amantem.
dulcia saepe vigil contrectans pectora coniux
agnovi, quia furta paras, quia mente fugaci
infaustum quodcumque cupis. secreta polorum
cognosco, si morbus erit, si bella parentur,
si pluet aut flamma caelum rutilante coruscet:
et tu Medeam credis quia fallis, Iason?'
tunc sic Aesonides stimulet quae forma medullas
indicat et pellis causas vel tempore tanto
quod lateat socios, quia iam sic regnat amicus,
consumptum quem morte putant planguntque parentes:
'optarem revidere meos iterumque reverti
ad thalamos, regina, tuos, monstrare Pelasgis,
quid coniux, quid fata valent.' Medea marito
'iam pariter pergamus' ait; 'sic aurea pellis
tollatur, lateant vastum ut mea facta draconem.'
dixerat et stratis rapitur sub nocte silenti.
astra vocans et signa ciens iubet illa Soporem
in nemus ad pellem vel templum Martis abire.
dormierat serpens: pellis subtracta marito
traditur, et pariter fugerunt fratre necato.
accipiunt natos et singula pignora portant.

---

328 nant natamqꝫ *sic N*, nautamque *Duhn non recte* 331 ignouit *Duhn*, innotuit *N* 333 Achillis *N*, Achillem *Rossberg* 334 tepescit *Bücheler* 336 vocent *Bücheler* l'lauro *et in margine* l'electro *Nn* 338 laetatus *N*, *corr. Bücheler* 341 Et *Bährens* 343 Ne gemitus *N*, *corr. Duhn* 349 caelum *Bücheler*, caelo *N* 351 Tunc huic *Bährens* forma *N*, cura *Bücheler* 354 Consumptumqꝫ morte *N*, *corr. Duhn* 355 Optarem *Nn* 357 fata] vota *Bücheler*, pacta *Ribbeck*, facta *Leo* 359 Tollatur ut l. v. mea *N*, *correxi* Tollitur ut *Duhn* fata *N*, *corr. Duhn* 361 sopore̊m *N* 362 Ad nemus *N*, *corr. Bährens* Ad nemus ac pellem *Bücheler* 365 Arripiunt *Bährens*

---

330 *Claud. 35, 230* confessus socerum 333 *Verg. buc. 4, 36* ad Troiam ... mittetur Achilles *(Stat. Ach. 1, 894); licet Achilles se deceperit, tamen postea Pyrrhum ad eum ulciscendum misit* 340 sqq. *ex Stat. Theb. 2, 306 sqq., hic ex Verg. Aen. 4, 296 sqq.* 343 *Stat. Theb. 2, 334* 'quos, callide, motus quamve fugam moliris', ait, 'nil transit amantem'

ventum erat ad Thebas, pellis datur aurea regi.
miratur rex ipse Creon, laudatur Iason,
quod freta quod terras sic felix praedo vagetur.
regis nata decens fuerat pulcherrima Glauce,
iam cui virginitas annis matura tumebat;
haec ubi conspexit iuvenem, flammata nitore
aestuat et laudans alieni membra mariti
optat habere virum. sonuit genitoris ad aures.
tunc rector Thebanus ait: 'si Iuppiter auctor,
si Lachesis, si fata iubent, nil ipse morabor.
progenies mea turpe cupit: Fortuna favorem
praestet et innumeri laudent per saecla nepotes.
virgineo dabitur pellis cum dote pudori.'
finierat senior. votum cognovit Iason
et grates electus agit. praecepta tyrannus
diffundit per regna nocens, invitat iniquus,
ut veniant ad vota duces. dum festa parantur,
cognovit Medea nefas nec tardius illud
credidit; ingratum nam senserat ipsa maritum.
ante diem tamen illa dolens, cum cerneret aulam
et regis fervere domum, cum magna parantur
prandia (venturi mittebant praemia reges),
signorum cursus et plenae cornua lunae
captabat Medea furens: iam clauserat orbem
Cynthia sidereis transcendens saltibus astra.
mox Colchis se spargit aquis et sulphure puro
cum taedis fumans purgabat membra sacerdos
et campum secreta petens, ubi mille sepulchra,
astabat deiecta oculos, confessa reatum,
et Lunam manibus tensis cum voce precatur:
'astrorum princeps, signorum gratia fulgens
et caeli stellantis honos, caliginis hostis
ac nocturnorum triplex regina polorum
atque tenebrarum splendens patrona mearum,
cui cancer domus ⟨est⟩, ora clarissima mundi,
brachia contorquens stellis, quae mense peragras

---

370 timebat *n* 372 ∴ Aestum et *Nn, corr. Duhn* 376 *puto* turpe iacet *vel simile ut de Haemone occaso fiant verba* 377 Praestet ut *Bührens* 380 elatus *N*, electus *n* agit *ex* ait *corr. N*, agit *n* 382 festa *Duhn*, sesta *N*, sexta *n* 384 nam *Bücheler*, nec *N* ipsa *N*, ipse *n* 387 Prandia *Bücheler*, Premia *N* 391 sulphure puro (largo *Leo*) *ego*, sulphura lauro *N*; *hoc servato* fumant *Bücheler; fortasse stare potest* sulphure, lauro 394 Astabat *Bücheler*, Stabat *N* 400 est *sine lacuna om. N, add. Duhn* 401 stellisq; mense *N, corr. Duhn*

---

366 *Stat. Theb. 2, 65* ventum erat ad Thebas 368 *v. ind. s. voce* caelum *Lucan. 10, 21* felix praedo 370 *Stat. Ach. 1, 292* virginitas matura toris annique tumentes *(Verg. Aen. 7, 53 Claud. 31, 125. 33, 130 similia passim)* 380 *Stat. Ach. 1, 366* et grates electus agit 391 *Tibull. 1, 5, 11* sulphure puro. *Verg. Aen. 2, 698* late circum loca sulpure fumant 394 *Verg. Aen. 11, 480* oculos deiecta decoros 395 *Verg. Aen. 9, 403* suspiciens altam Lunam sic voce precatur. *3, 176* tendoque supinas ad caelum cum voce manus *(10, 667 Stat. Theb. 8, 146). cf. Orest. 686 cum nota* 396 *Verg. Aen. 9, 405* astrorum decus 400 *v. ind. s. v.* cancer

quod Phoebus radians toto vix explicat anno,
corporis et dominam verax quam turba fatetur,
tu nemorum custos, tu mors pinnata ferarum
(ursus cervus aper pantherae damma leones,
retia cum veniunt aut cum venabula vibrant,
ante necem tua praeda iacent); te tertius heres
participem regni, consortem iuris amari
optavit mundumque dedit tibi dona secundum
(sub tua terribilis rapiuntur sceptra tyranni,
dives pauper inops raptor pirata sacerdos
advenient sub lege pari, non sorte sub una:
tu punis post fata reos et viscera saevo,
Persephone, das nostra cani), post regna barathri
quae vultum mutare soles visura Tonantem:
da veniam, Medea precor: cum clade suorum
non decet ira deos. mereor pro crimine poenam,
te feriente tamen, non ut mendicus Iason
sit vindex, regina, tuus, qui criminis auctor
ipse fuit: miseram solus non puniat, oro,
qui mecum feriendus erat; cuicumque iubebis,
colla paro feriat: tantum ne virgo Creontis
discidium pariat nautam ductura maritum.
exaudi famulam: dolor est, non zelus Iason.
quinque dabo inferias (sat erunt pro crimine nostro
inlustres animae): niveam cum Iasone Glaucen,
mortibus amborum regem superaddo Creonta
et natos miseranda duos, mea pignora, supplex
offero, sacrilegos nostro de corpore fructus,
ne prosit pecasse mihi.' sic fata sacerdos
suspexit non ire polos nec Luna videtur
sic tauros urguere suos, sed cursibus astra
ignitis responsa dabant. gavisa sacerdos
vertit ad infernum gemitus regemque barathri
secura iam voce ciet Furiasque precatur:
'impie rex Erebi, qui formidabile regnum
Mortis habes, quem terra premit, qui funera mundi
excipis et tantis non exples luctibus aulam;
anguicomae vos quoque deae, quibus impius horror
turpia vipereae funduntur membra cerastae
(plurimus ora tegit pendens de vertice serpens

---

414 post fata regna *n* 418 mentitus *Duhn* 421 erit *Bährens* 423 parat *N*, *corr. Duhn* 425 dabos *N*, dabo *n* erint *Nn* 426 animas *Duhn* Glaucem *Nn* 431 non iure polos *N*, *corr. Rossberg* 432 crinibus *Bährens* 436 Iam pie *N*, *corr. Duhn* 440 fundu̇ntur *n*

---

404 *Verg. Aen. 9, 405* et nemorum Latonia custos *(Hor. carm. 3, 22, 1)* 407 *Claud. 35, 167* tertius heres Saturni 413 *Lucan. 6, 702* qui viscera saevo spargis nostra cani 415 *cf. Lucan. 6, 736* 426 *Verg. Aen. 6, 778* inlustris animas *(Iuv. 4, 152)* 431 *Lucan. 6, 465* Iuppiter . . . miratur non ire polos. *cf. Val. Fl. 5, 371* 432 *Claud. c. min. 28, 60* nitidos stupefacta iuvencos Luna premit pigrosque polus non concitat axes 436 *Stat. Theb. 4, 473* formidabile regnum Mortis 441 *Stat. Theb. 4, 555* de vertice serpens

et sinuant orbes per pallida colla dracones):
si manibus laniata meis mala victima vestros
ad manes pervenit homo, si viscera matris
vos propter scindens homines in ventre necavi,
nunc nostras audite preces. regnator Averni,
crastina cum Glauce veniet nuptura marito,
mox Furias admitte tuas; properate, sorores
Tartareae: Thebis iterum iam vota geruntur,
currite, per thalamos Iocastae frater et heres
coniungit natam. gens ⟨haec⟩ est vestra: dicavit
mortibus impietas, affectus funera praestant.
cur mora? nam nihil est quod non me exaudiat umquam.
virginitas si casta placet, retinere pudorem
si libet et numquam contagia blanda mariti
quaeritis, innuptae nuptam exhorrete sorores.
si Furias saevire precor nec sponte nocetis,
non estis Furiae: nomen mutate domosque,
ponite serpentes, alienas reddite flammas
et puerum Veneris, quem iam tempsistis, amate.'
dixerat et terra spatium tremibunda ciebat:
quo steterat Medea loco, telluris hiatus
finditur. attonitas inclinat cautior aures
et surgens 'audimur' ait, 'nam terra tremescit,
verbera plaudentum resonant per inane sororum,
sibila vipereis vibrant sub dentibus angues.
res melior tempusque monet redeatur ad urbem.
ante tamen fluvio corpus mergatur et undis.'
quod maga digrediens mox perficit et petit urbem.
exilit interea tecturus Lucifer astra
puniceo praevectus equo rutilusque micansque
concusso de crine iubar diffundit in orbem
flammigeri roseas praecedens solis habenas:
coeperat aula ducis strepitu resonare clientum.
iam Phoebus scandebat equos et luce rubebat
post noctem ventura dies, iam tecta Creontis
regibus implentur, iam proxima virgo marito
sederat et tabulas calamo sulcabat Iason;
'conventum pactumque', sonat 'signate tabellas'.

---

451 genus est vestra *N nulla lacuna, corr. Bücheler* dicabit *N, corr. Bährens* 453 est quod me non *N (item omisso* quod *n), corr. Duhn* 457 nocebis *n* 460 tempsistis aetate *Nn, corr. Duhn* 461 spatium] strepitum *Bücheler* 463 aures (e *ex* a) *n* 464 adimur (u *superaddita*) *n* 469 magna *n* 475 ruebat *N, corr. Bücheler* 479 Conuectum *n* sonant signat† tabellas *crux repetita ante versum Nn, corr. Bücheler*

---

445 *Iuv. 6, 596* homines in ventre necandos 446 *Verg. Aen. 4, 612* et nostras audite preces 448 *Verg. Aen. 7, 327* sorores Tartareae 449 *cf. Orest. 491* 462 *v. ind. s. v.* hiatus 471 *Verg. Aen. 7, 166* praevectus equo. *Claud. 35, 122* Lucifer . . . roranti praevectus equo 475 *Verg. Aen. 10, 256* revoluta ruebat (rubebat P^2) matura iam luce dies. *Lucan. 4, 125* noctes ventura luce rubebant. *Claud. c. m. 28, 5* unde rubet ventura dies 479 *Iuv. 6, 200* pactam iunctamque tabellis *coniugem*

horrida Tartareo veniens de gurgite virgo
Tesiphone signumque premit gavisa Megaera,
Allecto testis ceras adamante notavit:
anguibus horrendis per regia tecta flagellant.
    interea Medea novam formare coronam
coeperat et niveis miscebat sulphura ceris,
pix et stuppa ligat, species dat quattuor artis
mascula tura cremans, sterili suffire cypresso
cura fuit cyproque ligat, quod naufraga puppis
perdiderat; cristata manus sancire iubetur:
lambere caeruleis permisit serta cerastis.
exitiale repit mox praemia taetra venenum,
atque aurum mentita nocens radiare corona
creditur et gemmas flores imitantur iniqui.
dum funus Medea parat haec munera Glaucae,
processit roseis sol mundum amplexus habenis.
at maga sulphuream ponens ad busta coronam
haec ait: 'o mundi facies pulcherrima, Titan,
naturam fervore tenens, elementa coartans,
ne dispersa fluant aut mundi machina mergat,
stelligeri iubar omne poli, quem sphaera polorum
sustinet et prohibet rutilam plus ire per aethram,
dum contra rapis axe rotas et colligis ignes;
ipse pias animas mittis et claudis in aevum
orbe tuo: miserere tuae, deus optime, nepti.
insidant haec serta comis et virginis ora
digna corona premat: sint, inquam, regis in aula
munera nostra rogi, dent praemia tanta sepulchrum,
ignea mors rapiat sponsum cum paelice busta.'
sic effata minax Solis mox numen adorat.
'tempus ⟨ad⟩est, pergamus' ait. sic fata coronam
tollit et insontem fingens ad tecta Creontis
venerat, oblata sponsae dat serta puellae:
'accipe, virgo, libens auratam in fronte coronam,
quam captiva dabo, qualem mea pignora sumant.'
dixerat et capiti, quod iam diademate regni
splendebat, fera serta locat. laudata recedit
Colchis, et infaustas vomuerunt munera flammas:

---

482 Allectos *Nn* 484 formare ῃ coronam *N* 486 aris *Bährens* 487 cremat *Bücheler* 488 cypus puppis *N* 491 rapit *Bücheler*, replet *Rossberg* 494 funus *Bährens*, munus *Nn* (munus ... funera *Bücheler*) munus ... nec munera *Leo* Glauce *Nn* 495 *ante* amplexus *scribi coepta* p *et deleta N* 499 vergat *Bücheler* 501 prohibes *N*, *corr. Duhn* 503 mi^{t}tis *N*, mites *Bücheler*, mulces *Peiper* 507 dant *N*, *corr. Bücheler* tacta *Leo* 508 paelice adusta *Rossberg* 510 Tempus̊ est *nulla lacuna Nn* 511 et] ut *Duhn* pingens *sic N*, *corr. Duhn* 513 in *del. Bücheler* 516 Splede-bat *N*, *corr. n*

---

482 *Claud. 15, 202* voces adamante notabat Atropos 484 sqq. *cf. Val. Fl. 5, 446 sqq.* 487 *Verg. buc. 8, 65* mascula tura *(Ov. med. 94)* 490 *Stat. Theb. 1, 91* lambere sulpureas permiserat anguibus undas 495 *Claud. 1, 1* sol ... flammigeris mundum complexus habenis 500 *Stat. Theb. 12, 565* stelligeri iubar omne poli 504 *Claud. 15, 35* miserere tuae, pater optime, gentis

has radians nam Phoebus alit. iam creverat ignis:
uritur ingratus usta cum virgine nauta;
cum genero nataeque parat succurrere rector,
uritur ipse Creon; rogus est mox aula tyranni.
diffugiunt omnes, populi conviva ministri,
saltantum fugere chori, nam festa canentes
ambusti lamenta sonant nec tympana plausu
percutiunt, sed turba gemens hinc inde lacertos
verberat et flentes sed non sua funera plangunt.
stabat sola nocens necdum satiata sacerdos
nec secura tamen: numquam sic posse venena
credidit aut precibus tantum servire furores.
sed postquam solos quos iusserat ignis adussit,
tunc natos furibunda premit. nam Mermerus insons
et Pheretes matrem blanda pietate vocabant.
ut flammas vitare queat, infantia simplex
affectu petit ipsa necem vel sponte pericla
quaerit inops, passura necem mucrone parentis,
ignari, quae mater erat quid saeva pararet.
tunc genetrix furibunda manum suspendit et ensem
ac fatur: 'Sol testis avus Sol Persice Mithra
Luna, decus noctis, Furiae, Proserpina, Pluton:
accipe, Sol radians, animas, tu corpora, Luna,
nutrimenta animae; fundit quem mucro cruorem
sumite vos, Furiae; noctis rex exigat umbras;
spiritus in ventos . . . . . .
. . . . . satis est punisse nocentes
insontesque simul. miseros hoc ense necabo,
quo genitor feriendus erat: nihil ipsa dolebo,
si ingrata maneat nullus de gente superstes.'
haec ait et geminos uno simul ense noverca
transegit pueros. quos sic portabat ad arcem
(ut proceres videre nefas, timuere cruentam
et doluere simul), ceu quondam baccha Lyaei
saeva caput iuvenis mater gestabat Agaue.
'his' inquit Medea 'rogis, ubi pulchra noverca
et pater ipse Creon vel perfidus arsit Iason,
vos, miseri, commendo, meis'. sic fata minorum

---

529 *vix* saevire 530 adusit *Nn* 531 Mermerus *Nn* 532 + Et ferentes *Nn, corr. Bährens,* Et Feretus *Duhn* 533 queant *Bücheler*
534 Affectu petit ipsa necem mucrone parentis uel sponte pericla
Quęrit inops passura necem uel sponte pericla mucrone parentis *sic N*
538 ∴ Af Ac fatur *sic N,* Ac fatur *n* sol persce mi^tra *N,* perste ministra *n, corr. Duhn* *in* 543/4 *lacunam statuit Duhn* 546 ingrata meneat *(sic, ut tamen* meurat *facile legas) N,* meurat *n, corr. Duhn* 551 testabat *N, corr. Bücheler* 554 mei *Duhn*

---

522 *Ov. met. 8, 298* diffugiunt populi 526 *Homer. 1002* plangunt sua funera Troes 527 *Iuv. 6, 130* necdum satiata recessit. *cf. ad X 301* 532 *secundum Ov. met. 6, 624 sqq.* 543 *3, 648* poenasque nocentum insontumque simul

corpora saeva parens funestos mittit in ignes
et currus metuenda petit. venere dracones
viperea cervice iubas et colla levantes
squamea, cristato radiabant vertice flammae.
currus taeda fuit, sulphur iuga, temo bitumen
et rota cupressus, solidarat frena venenum,
plumbeus axis erat raptus de quinque sepulchris.
occupat illa gravem funesto corpore currum,
ire Furor residens taetros simul imperat angues.
tolluntur celeres, mox se tellure levabant,
iam nutant per inane rotae hinc inde labantes,
aera saeva petit volitans quadriga venena
et poterat fuscare diem, corrumpere ventos,
ni Phoebus rubuisset avus de crimine neptis
et totum meliore coma perfunderet orbem.
saeve Furor, crudele Nefas, infausta Libido,
Impietas, Furiae, Luctus, Mors, Funera, Livor,
linquite mortales miseroque ignoscite mundo,
parcite iam Thebis, diros cohibete furores.
inde venit quodcumque nefas: sic Cadmus ⟨aratro⟩
obruit infaustis crudelia semina sulcis,
inde seges ferrata micat vel Martis anheli
heu male conceptis praegnatur terra venenis:
emicuit galeata cohors aciesque nefanda,
rumperet ensiferis cum ferrea messis aristis,
insurgunt clipeis, rapiunt simul arma phalanges
mortibus alternis et mutua fata minantur
fraternumque nefas qui gessit vindicat ensis;
inde Athamas miserandus erat, miser inde Palaemon,
inde Iocasta fuit, turpis fuit Oedipus inde,
inde Eteocles erat frater Polynicis et hostis,
et Polynices inops germani morte peremptus.
blanda Venus, lascive puer, Semeleie Bacche,
parcite vos saltim, Thebis quibus auctor origo

---

560 cupressus *sic N*, cipressus *n* solidabat *n* 563 Ire furore sidens *(ultima* s *ex* t*) N, item n, in quo* ∴ *ante versum (non in N)* 564 mox e tu tellure *N, corr. Duhn* 565 lauantes *Nn* 566 veneni *Bücheler; si mutandum est, praefero* venenis *i. serpentibus* 569 profunderet *Nn, corr. Bücheler* 571 Impietas fur furię *N* 572 Lquite *Nn, corr. Duhn* 574 aratro *supplementum docti lectoris ex archetypo margini adscripsit N, item n* advena Cadmus *Leo* 576 ferrâ *N*, ferri *n, corr. Duhn* ferri nutat *Rossberg* anheli *Nn* 578 Emicuit galat galeata *N* 583 + Inde talamas *N*, + Inde thalamus *n, corr. Duhn* 585 Inde Thocles *Nn (videtur] hocles in archetypo fuisse)* 586 Poliniceps *n* morte terentus *sic Nn, corr. Bücheler* 587 Semeleiae Bacchae *Nn* 588 saltis *Nn, corr. Duhn*

---

557 *Claud. 33, 12* squamea . . . colla levant 561 *Ov. met. 2, 107* aureus axis erat. *Sen. Med. 798* de medio rapta sepulcro fax *Medeae* 562 *Ov. met. 2, 150* occupat ille levem iuvenali corpore currum 569 *Claud. 1, 3* meliore coma *Solis* 572 *cf. Orest. 973* 574 *nonnulla secundum Ov. met. 3, 104 sqq. Ov. met. 1, 123* semina . . . sulcis obruta sunt 575 *Stat. Theb. 1, 8 Cadmum* agricolam infandis condentem proelia sulcis 576 *Verg. Aen. 12, 790* Martis anheli 587 *Claud. c. min. app. 6, 1* Semeleie Bacche

aut soboles praeclara fuit: tibi mater, Iacche,
Thebana de stirpe, † Tartara tibi Diones,
Harmoniam nupsisse ferunt: pro munere Thebae
et pro tot meritis sic funera tanta merentur?
crimen erit genuisse deos! iam Creta Tonantem
depositum nutrisse neget, iam Delos in undas
fluctuet et paveat partus meruisse deorum,
te Venerem freta vestra negent, abiuret Amores
Cyprus et Idalium pigeat coluisse Dionen,
Vulcanus Lemno, Iuno spernatur ab Argis,
Gorgone terribilis Pallas damnetur Athenis,
sitque nefas coluisse deos, quia crimen habetur
relligionis honos, cum dat pro laude pericla.

589 mater iacet *Nn, corr. Duhn,* Iacche est *Bährens* 590 stirpe Tartara tibi Diones *sic Nn;* stirpe, tuam Thebisque, Dione, *temptavit Bücheler; idem:* stirpe, gener, tibi, Cadme, Diones; *Leo:* stirpe, tibi, spartarcha, Diones 591 Armonia *Nn, corr. Duhn* 596 adiures *Nn, corr. Duhn* 597 Cypris *Nn* dionem *Nn* 600 Sit nefas *Nn, corr. Bücheler* *in fine* τέλος *Nn*

601 *Arator 2, 180* impius olim religionis honos

INCIPIT ORESTIS TRAGOEDIA.

Gaudia maesta canam detestandosque triumphos:
victoris pro laude necem, festiva cruenta,
funeris affectus et lamentabile votum
coniugis Iliacae, non quae iugularet Atridem,
laurea regali rutilantia serta cruore
et diadema ducis foedatum tabe cerebri;
matris in exitium memorem oblitumque parentis,
inpietate pium, reprobae probitatis Orestem,
iniustos, sed iure, deos ratione feroci
insontemque reum, purgantia templa sororum
Thraecia, virginitas qua dat de clade salutem,
fraude pia mendax melior germana sacerdos. —
te rogo, Melpomene, tragicis descende cothurnis
et pede dactylico resonante quiescat iambus:
da valeam memorare nefas laudabile nati
et purgare foro quem damna⟨vere sorores⟩,
quem dolor accendit, pudor excitat, erigit ira,
mens levat, attollunt animi, bonus impetus urguet
(dat furor arma pius, pietas dat noxia ferrum)
et medicinales quatiunt sanare furores
extinctos titulos victriciaque arma sepulta:
criminis ultorem dum criminis amputat auctor
et thalami vindex thalamo spectante necatur,
ante toros iacet ille tori genialis amator.

VARIA LECTIO *titulus ut dedi in B*, Horestis fabula ab enoch asculano reperta Incipit *A* 3 *post* funeris *non recte incidit Haase* 4 nã quę *B* iugularat *A* 5 Aurea *BA, corr. Schwabe* regalia *B* seria *B* 6 fẽdatum *sic B* cerebrum *B* 7 patentis *B* 8 reprobae *A*, prebe *B*, pravae *L. Müller* Oresten *B*, horestem *A* 9 feroci *B*, moueri *(in marg.* al' feroci*) A* 10 puergantia *B* sororum *BA*, furorum *margo A* 11 Tertia *B*, Tracia *A*, Taurica *Rossberg* qua *Schwabe*, q; *B*, cui *A*, *an* cum? 12 *om. A* melior mendax *B, corr. Mähly* 13 melponmen *B* 15 Da balẽ *B* 16 *om. A* quem damna *nil amplius B, explevit Haase* 18 lebata tollunt *B*, labat attollunt *A* 21 uitriciaq; *B* 23 thalamis *B* thalamo spectante *Rossberg;* talamos rectante *B*, thalamo sectante *A* 24 genialis *A*, gẽlis *(sic) B*, regalis *C. G. Müller*

NOTAE 6 *Stat. Theb. 8, 760* perfusum tabe cerebri 8 *V 257 cum nota* 12 *Ov. met. 8, 475* melior germana parente. *cf. X 325* 13 *Hor. sat. 1, 5, 64* tragicis ... cothurnis. *cf. X 21 cum nota* 15 *Sil. 1, 3* da ... memorare 21 *Verg. Aen. 3, 54* res Agamemnonias victriciaque arma

ductorum ductor, regum rex dux Agamemnon
post duo lustra redux et post duo bella triumphans
Martia bellipotens referebat classica princeps,
puppibus Argolicis rex Pergama victa reportans
Iliacasque nurus et Troica germina matrum.
divitias Asiae rex censens corde silenti
maxima fulmineo dictabat dona Tonanti,
optima Iunoni scribebat munera magnae
atque Minervales donis addebat Athenas
omnibus et superis, Danais quicumque favebant.
nescius uxoris scelerumque ignarus Egisti
dona Clytaemestrae non dignae multa parabat;
plurima subridens genitor disponit Oresti,
quae aptabat pietatis amor vel origo paterna,
non tamen aequa simul meritis animisque futuris;
dona verecundae servabat pulcra puellae.
interea findebat iter per caerula ponti.
irato tranquilla deo recidentibus euris
candida fluctivagi tendebant carbasa venti:
quo non cursus erat, sed quo dux inpulit auster,
Taurica perducunt ad litora castra Pelasga.
imperat indomitus praedam praeire Mycenis
ipse secuturus post vota soluta Dianae.
ingreditur templum supplex, veneranter adorat
numina casta deae. dum ferret munus ad aram
(stamina purpureum pingebant serica velum,
pepla coruscabant variis gemmata lapillis),
vidit Iphigeniam turibula sera ferentem.
haeret et attonitos oculos in virgine figit:
obstipuit pietas et mens sibi conscia pravi.
agmine pro Danaum cultro feriente litatam
noverat et similem nasci potuisse putabat.

---

25 dux rex *B* Agamemnõ *(virgula supra* o *deleta) B* 26 relux *B* et post dua uella *B*, post ardua bella *Peiper, at cf. Apollod. epit. 3, 18. 19* 29 Iliagasq; *B* 31 flumineo *B* 32 iunonis *A*, tunonis *B*, *corr. C. G. Müller* 33 adolebat *Peiper* 34 *ante* 33 *posuit Haase* 35 Nestius *B* 36 dicne *B* 38 patena *B*, parenti *A*, *corr. Haase* 39 simul *B*, suis *A* 43 caruasa penti (e *radendo in* o *mutari coepta*) *B* 44 lux *B* auster *Schwabe*, ester *B*, aether *A*, aestus *Bährens* 45 transtra *L. Müller* pelasca *B*, pelasgi *A* 47 posuota *B* 49 casta dae *B* ferre *B*, feret *A* 50 pigne-bant B^1, *corr.* B^3 seriga uelu *B*, serica uellum *A* 52 ifigeniam *B*, ephigeniam *A* turabula *(coll. Alc. Av. p. 38, 23) Peiper* sero *A*, sacra *C. G. Müller* 54 Obstupuit *A* siui constia prabi *B* 55 cultor *B* litata *B*

---

25 *Cic. ad Att. 14, 17*[a], 2 Agamemnoni regum regi. *Ov. epist. 8, 44* dux erat ille *(Agam.)* ducum. *Sen. Ag. 39* rex ille regum, ductor Agamemnon ducum. *Homer. 983 Hector* dux ille ducum. *Coripp. Ioh. 1, 50* ductorem... ducum 27 *Tib. 1, 1, 4* Martia... classica 28 *cf. Hor. epist. 2, 1, 193* 29 *Sil. 3, 151* Iliacaeque nurus 43 *Lucan. 9, 77* tendunt mihi carbasa venti. *Val. Fl. 4, 422* placidi tendebant carbasa venti 47 *Ov. met. 5, 289* ipse secuturo 52 sera *quae olim ipse erat oblitus* 53 *Verg. Aen. 11, 507* oculos... in virgine fixus *(cf. 12, 70. Ov. met. 4, 196)* 54 *Verg. Aen. 1, 604* et mens sibi conscia recti *(cf. Stat. Theb. 1, 466). Anth. 21, 240* et mens est conscia pravi 56 *Ov. met. 7, 370* miraturus erat nasci potuisse. *15, 388* nasci potuisse putaret

candida virgo tamen plus iam cognoscere patrem
coeperat, officium citius dedit ipsa ministrae.
mystica continuo sumptum vas igne replevit;
regia virgo cito per patria colla pependit,
oscula pura petens et dans, conmercia mundi;
mox imber rigat ora pius nataeque patrique.
conticuit genitor, dum vultus gaudia plorant
et gemitus crebris singultibus oscula rumpunt;
tandem vocis iter pietas reseravit et infit:
'filia, noster amor et noster, nata, reatus,
vivis an effigies et imago volatilis extas?
sic l⟨eto n⟩on es sacrata morte dicata?
(gaudeo, da veniam) sic corruis ense deorum?
nam vivam te membra docent actusque fatentur.
dic igitur, qua sorte manes a matre dirempta,
ad delubra deae postremum tempora vincta
et, quod plus miror, per ..... sacra Dianae?'
dixerat haec genitor, cui sic est virgo locuta:
'cum, pater, Hectoreos peteretis classibus agros,
fraudis Vlixeae formatur epistola mendax,
nomina vestra tenens, quasi iusseris ipsa venirem
ocius ad thalamos coniux sponsantis Achillis.
credula mater erat, quae me commisit Vlixi;
nec vocor ad thalamos, sed victima trador ad aras.
at mitis pia templa deae: miserante Diana
pro me cerva datur lugenda vicaria nullis.
sic rapior cultris et servio turis alumna.'
casibus auditis doluit gavisus Atrides,
qui numen veneratus ait prece pectore ture:
'plectriferi germana dei, Letoia Phoebe,

---

59 esũtum uas *B*, summum uas *A* 60 prĩa colla *A*, pauca colla *B* 61 das conmertia *B* 62 Nox inber *B* ore *B* 63 cenitor *B* 64 gemitu crebro *A* sincultus *B*, singultus *A*, *corr. C. G. Müller* 65 itu *B* reserabit *B* 66 Iulia noster ramor set noster nota reatus *B* *in* 67 *et* 68 *initiis aliquot litterae macula deletae ita ut nunc non legantur nisi* Viu ..... ffigies *et* Sic l .... on es *B*, Viuis an effigies *et* Si uiuis et non es *A* 67 isolatilis exta *B* 68 *explevi;* Si Diti non es *Bährens*, Si cultro non es *Hagen* 69—71 *bis scripti* (*B*^{a} *B*^{b}) *B* 69 sic *A*, si *B* 70 uiuantẽ *B*^{b} docen tactusq. *B*, docent tactusq; *A* 71 Dicitur qua *B*^{a}, *recte* *B*^{b} direpta *A* 72 deae posterarũ tempora uita (t *in* tempora *ex* p *ut videtur*) *B*, deae post tergum brachia uincta *A*, *correxi*, deae posita per tempora vitta *Schenkl*, prostrata in tempora vitae *Bücheler* 73 miror p..... sacra *(lacuna 7 fere litterarum capax) B*, miror nemorali (n *ex* m *corr.*) sacra *A* Taurica *suppl. Schwabe*, iniquae *Bährens*, *melius Peiper* horrida per⟨solvens⟩ *Bücheler* 75 classib; sacros *B* 76 ulixeueor firmatur *B*, ulixeę formatur *A* 77 uestra *B*, nr̃a *A* ipse *L. Müller* uenire *B* 78 achilli *A*, a^{cil}·lis *B* 79 quẽ me *B* uliati *B* 80 tradoradoras *B* 81 Et mitis at (at *om. A*) pia *BA*, *correxi*, Et trucis ad pia *Peiper*, Artemidis. pia *Rossberg*, *alii alia* deae *A*, de *B* dianae *B* 82 Promcerua *B* datus lucenda *B*, datur ducendo *A* nullus *B* 83 cultrix *B* Tauris alumna *L. Müller* 84 Cas · bus *(una littera casu deleta) B* 85 agit *B*, ait *corr. in* adit *A*^{1} preceptoreture *(non* -rę*) B*, precepta repertae *A*, *correxi (sic Eug. hexam. 132* ptora *pro* pectora *F*^{1}*)*, prece caespite ture *Rossberg* 86 Peletriiuri *B*, Plectrigeri *A*, *corr. Peiper* lectuia *B*, letima *A*, *corr. C. G. Müller*

---

60 *v. ind. s. v.* pendeo 61 *cf. ind. s. v.* osculum *et* conmercium 62 *Verg. Aen. 10, 125* gnatoque patrique *(11, 178, cf. Lucan. 6, 785)* 64 *Lucan. 4, 180* singultibus oscula rumpunt 81 *V 139* Taurica crudelis mitis tamen ara Dianae

nomine tu quocumque dea praeclara vocaris,
numine mox ipso praestas quodcumque rogaris,
mitior existens, sacrum largita cruorem,
luctibus omissis donans lamenta parentum;
mucro sacerdotum fervet ieiunus et expers
sanguinis humani, contentus sanguine vili;
tu rapis ex aris animas et morte parata:
pignora redde precor regi post funera patri,
ut prosit dempsisse neci: tibi, Delia, supplex
mille dabo pecudes, cervos hircosque suesque,
cornibus armatas lunata fronte iuvencas.
nil actum Troiae est, si non comitante Mycenas
virgine pergo redux plangenti reddere matri,
quam putat extinctam: vestra pietate redemptam
sentiat et vertat proprios in gaudia planctos.'
his precibus commota dea crudescit in iras:
avertit vultus oculos mentemque rogata.
sensit ut armipotens flammari corda Dianae,
terretur retroque pedem cum voce coercet,
tristis ad aequoreos celerat vestigia fluctus,
puppibus inpositus proscindens cursibus aequor.
interea dum carpit iter spumantibus undis
fama Mycenaeas volitans repleverat oras,
advenisse ducem ditatum sorte duelli.
nec mora: praeda venit palmatis puppibus omnis,
occurrunt oculi Danaae de turribus urbis,
moenia femineis replentur cuncta catervis.
captivos visura Phryges Agamemnonis uxor
affuit, adventus metuens inpura mariti.
qua visa cessere loco matresque nurusque:
constitit insipiens ut adultera regia coniux,
publica planctigeris execrans gaudia votis
(anxia sollicito quatiuntur corda pavore),
supplicium expectans scelerum veniente marito,

---

87 deae preclara *BA, corr. Rothmaler* 88 prestas *B*, tribuis *A*, praestans *Bücheler* quodq· *B*, quocunq; *A, corr. C. G. Müller* 90 et missis *L. Müller*, amissis *Schwabe, vix* o missis donas *Peiper* 91 febret *BA, corr. Rothmaler* expres *B* 93 Iurapis *B* 94 regi *BA*, reduci *Bährens, potius* segni past *B* patri // (s *videtur fuisse erasa*) *B* 95 dēsis senec tiui *B* 97 armata *B* armata lunatas *Schwabe* 98 altum *B* troies si *B*, troes si *A*, *corr. C. G. Müller* cōmitante licenas *B* 100 extigtam *corr. in* extinctam B^1 uestrã *B*, ũra *corr. in* ũra *A*, nostra *L. Müller* 101 planctos *sic B*, uultus *et in marg.* luctus *A* 102 non mota *Haase* dea crudea crudescit in iras *B* 103 Abertit B^1, Abent a *(sic)* B^2 rogatam *BA, corr. Haase* 104 ramipotens *B* 106 aethereos *A* 107 proscind///s *(duae vel tres litterae casu deletae) B*, proscindit *A* 108 Pręterea *BA, corr. Mähly* 109 moeceneas *B* replerat *B*, impleuerat *A* 112 dane *B* 113 implentur *A* 114 Capturos *A* fri//ges (n *erasa) B*, reges (phryges *margo*) *A* 116 uisaccessere lom matresq· *B* 117 incipiens *A* 118 plantigeneris *B*, plantigeris *A*

---

98 *Lucan. V 287* nil actum est bellis, si nondum ... *(cf. Stat. Theb. 12, 422 Iuv. 10, 155)* 102 *Ov. met. 5, 41* ardescit volgus in iras 105 *Verg. Aen. 2, 378* obstipuit retroque pedem cum voce repressit 109 *cf. Verg. Aen. 4, 173 sqq. 7, 104* volitans ... Fama *(9, 473). Drac. VIII 442* fama ... repleverat urbem, advenisse Parim, *cf. VIII 116* 116 *Ov. met. 3, 529* matresque nurusque *(4, 9 Val. Fl. 8, 141)*

atque oculos per cuncta iacit mandante timore
et pallor premit ipse genas fervore recenti,
attamen infelix animo versatur adulter.
ast ubi non vidit descendere puppe tyrannum,
inpunita putans sua crimina posse manere
gaudet et internae mentis secreta fatetur
permixtus candore rubor pallore fugato,
et lasciva reos pulcrescunt gaudia vultus.
credidit aequoreas quod rex sit mersus in undas,
nec vult scire moras, tantum contenta quod absit,
et celeri cupit ire gradu dictura maritum
non reducem moecho; sed spes ibi fallitur audax.
propter eam sors regis erat Cassandra sacerdos,
inter Dardanias clades Danaumque triumphos
non habita indigne, licet esset portio praedae.
ipsa Clytaemestrae sacro correpta furore
longius exclamat: 'salve regina Pelasgum,
ultio Dardanidum, captae solacia Troiae,
tuque triumphalis domitor bone pastor Egiste,
plumea cui praestant post pelles stramina lectum,
quem post tecta casae regalis suscipit aula:
quid dubitatis adhuc vestros relevare timores?
perdite, ne pereat vestri cito fructus amoris
(tempus adest et fata iubent et culpa perurguet):
iam amputet eripiens victricia colla bipennis!
vos licet et similis maneat censura polorum,
sit saltem mora longa reis, dum crescit Orestes.
victima carnificis nati post funera patris
mater eris, tecumque ferox ferietur adulter
Pyladis fodiente manu (mihi credite) cari.
vae miserum furor alter habet: purgandus Orestes.'
dixit et elisam retinent per transtra rudentes.
provida terruerant reginam dicta nefandam:
it pallor super ora redux facinusque parare
disponit sub corde truci, furor urget amoris
sollicitusque timor grassatur mente paventi.

---

121 mandata timori *A* 122 ipsos *radendo corr. in* ipse *B* terrore *Schwabe* 123 Attamen (At *a* B^2 *additae*) *B* 125 Inpuni·tans (ta pu) *B* 127 ruuor *B*, pudor *A* 129 equoreis q. r. s. m. i. undis *A* rexit merus *B* 130 concepta *A* 131 gradū *B* 132 moecos sed (d *ex* t) *B* ubi *A; an* sibi ? fallitir *B* 133 Preterea *BA, correxi* 135 licet es se *B* 137 regna pelagū *B* 138 dardardanedū (e *corr. in* i) capte solucia (u *corr. in* a) troie *B* 139 Tuqui *B* 140 lectum *om. B, habet A* 143 Pergite *Mai* frutus *B* 144 adestefata iubant *B*, *unde* iuvant *Peiper* 145 Iamputet *B*, Amputat *A*, *corr. Peiper* uitricia *B*, ultricia *Rossberg* collo pupenis *B* 146 licet (c *radendo ex* g) *B* pulorū *B*, malorum *A* 147 fit *L. Müller* 148 inctima B^1, Victima B^2 150 credite Grai *Peiper* 151 Me *BA, corr. Schwabe* miseram *A* purgandis *B* horestem *A* 152 D etelisam *B* transta *B*

---

121 *1, 348 cum nota* 127 *Ov. met. 3, 423* mixtum candore ruborem *(3, 491 Sen. Med. 859)* 140 *Claud. 26, 352* nec mollia fesso strata dedere torum 143 *Lucan. 5, 794* perit tam longi fructus amoris 151 *Orest. 945* purgandus Orestes 153 *Orest. 825 cum nota*

maesta domo quasi laeta redit terrente pavore,
ingrediens thalamos suspiria longa trahebat
corde premens gemitus et gaudia vultibus aptans.
quid rumor, quid fama ferat, quid nuntia portent,
auribus adtonitis lascivus quaerit Egistus.
quae sexus armata dolis sub fraude latenti
incipit effari: ʿiuvenis, dic, quid sit agendum.
occidimus: redit ille meus post bella maritus
victor et armatus zelo mordente minatus
moribus Argolicis leges inducere castas
tristibus imperiis. alieni criminis ultor
quid faciat pro iure suo? moriemur inulti
et periet iam noster amor: mactabit utrumque
turbidus ante diem, solitus punire nocentes
letifero mucrone ferus. spes nulla salutis
est, nisi vitalem contemnimus ambo salutem.
gloria belligeri feriantur et arma tyranni,
et prior occumbat quam nostros sentiat ignes,
prospera bellorum quem sic fecere superbum
et Priami fortuna nocens, ut sanguinis usu
humani generis vilem putet esse cruorem.
per te casta negor, per te fero damna pudoris,
nec volo tam multi sceleris reperdere fructum.
an verbis inimica loquens extorqueo? factis!
communis nos casus habet vitaeque necisque,
est nobis commune bonum, commune periclum,
sors pariter nos una manet: iubeoque rogoque
pastorem regina monens; formidine mortis
territa sollicitor miserandi femina sexus,
conveniens tamen hortor opus, dum congrua vitae

---

159 aptans *B*, addens *A* 160 nuntia *B*, numina *A* 161 attonitus *A* 164 post uela *B* 165 zelo *B*, telo *A* 173 armara *B* 175 uellorũ quę *B* 176 usu *Rothmaler*, usti *B*, ulti *A* 178 gasta *B* 179 multis *B* deperdere *Mai* 180 *post* extorqueo *distinxi*, extorpeo factis *Mähly* 181 nos causa habet uiteq· nescisq· *B* 182 per..... *(in macula ultimae periere) B* 184 formidine morus *B* 186 hortor tam̃ *B*

---

157 *Sil. 5, 80* terrente pavore 159 *Verg. Aen. 10, 465* sub imo corde premit gemitum *(1, 209. Homer. 975)* 162 *Claud. 33, 223* tuis armata dolis 163 *Verg. Aen. 4, 76* incipit effari 164 *Stat. Ach. 1, 532* occidimus 165 *Arator 1, 515* zelo mordente 168 *Verg. Aen. 2, 670* moriemur inulti *4, 659 Hor. sat. 2, 8, 34 Ov. met. 9, 131 fast. 2, 233)* 171 *Verg. Aen. 2, 354* una salus victis nullam sperare salutem. *cf. Octavia 331. 906. ad Drac. 2, 610* 175 *Lucan. 7, 683* nec te videre superbum prospera bellorum *cf. Sen. Ag. 250 sqq.* 176 *cf. Lucan. 2, 477. Stat. Theb. 7, 199* 178 *Ov. fast. 4, 321* casta negor *(cf. Verg. Aen. 4, 321). ars 1, 100* casti damna pudoris *(Claud. 8, 86. 15, 188)* 181 *Manil. 4, 23* vitaeque necisque *(4, 549)* 182 *Verg. Aen. 2, 709* unum et commune periclum, una salus ambobus erit *Coripp. Iust. 2, 255* ex quibus est commune bonum, commune levamen. *cf. Ven. Fort. carm. 5, 3, 4 Alc. Av. carm. 6, 282* 183 *Ven. Fort. carm. 4, 12, 1* omnes una manet sors *Stat. Theb. 7, 506* iubeoque rogoque 184 *Ov. met. 15, 153* gelidae formidine mortis *(Manil. 5, 185)*

inpero, ne moriar tecum peritura cruente;
nam mecum miser ipse cades Agamemnone viso,
inpie. funereis nos casibus eripe sollers;
nec labor ullus erit victorem sternere ferro:
semper iners securus erit, qui perculit hostem,
et patet insidiis nullo terrente quietus.
non est quem metuas: brevis est et parvus Orestes,
unaque natarum cinis est per templa Dianae,
altera sexus iners recidens miseranda quid audet?
exulat interea Menelaus alter Atrides.
quidquid agis, inpune geris, scelerisque peracti
sic merces, non poena datur; felicior ibis
atque Agamemnonio regno potieris et aula;
exemplumque recens tibi iam superaddo, Lacaenam
interfectricem tot regum, tot populorum
vivere felicem post funera tanta quiete.
nec metuam Danaos: heredem sterno Thyestis.'
dixerat haec mulier, spes est data maior Egisto.
'tramite, dic, quo' pastor ait 'geminare valebo
hoc tam grande nefas? labor est extinguere regem
atque triumphantem quod plus in principis aula.'
tunc pandens regina viam scelerata profatur:
'bellorum maculis et crasso sanguine vestem
rex ferus inbutus veniet; mutare necesse est
indumenta duci; tunicam dabo vertice clauso.
dum caput indutum cupit exertare tyrannus,
egredere praeventor atrox violentus: Atridis
finde secure caput cervicem colla cerebrum.
ultima res tantum quae restat sola iuvabit.
consilio subcumbe meo: haec una medella est,
luctibus inlatis avertere funera nostra.
dum moror, adveniet nostri modo criminis ultor.'
haec infausta loquens lacrimis simul ora rigabat.
turbidus in ferrum rapitur flammante timore
(audacem faciebat amor terrorque protervum)
et movet armatos ictu quatiente lacertos

---

187 Inplone *B* 188 agamemñe uisu *B* vivo *Mähly* 189 funereos *B* 191 *habent HDX* iners *B*, mars *HDX*, inops *A* egit *B*, erit *AHDX*, agit *Rossberg* hostem *om. D* 193 brbis *(sic)* est *B* 195 retidens *(an* rec- *?) B*, recidens *A*, residens *Schenkl* 196 Exŏlat *B* Menelaus frater *Mähly* 198 felicioribus *B* 199 Adq· gamemnonio *B* 200 regens *BA* 201 Interfectur itemtot *B* 203 metuant *B* 206 lauor ẽ *B*, laborem *A* 209 grasso *B* 210 feris *B*, erit *A*, *corr. C. G. Müller* inbutus *Rossberg*, indutus *BA* 212 cupit hec serta *B*, volet exertare *A* 213 *om. A* 215 q: restat *B* 216 subscribe meo *Hagen* 217 Ictibus *Bährens* 218 nr̃is *B* 219 Non infausta rogans *A* infauta *B* 221 Audacẽ terrorq: proterbum *nil amplius nec indicata lacuna B*, Audacem faciebat amor terrorq; superbum *A* ⟨facit ipse pavor⟩ *Rothmaler, cf. Ov. fast. 3, 644 Coripp. Ioh. 1, 556*

---

188 *VIII 550 cum nota* 189 *Lucan. 6, 597* casibus eripe 196 *Homer. 424* alter Atrides 209 *ad 240 Ov. met. 9, 153* inbutam Nesseo sanguine vestem 219 *Verg. Aen. 6, 699* sic memorans largo fletu simul ora rigabat 221 *Ov. met. 4, 96* audacem faciebat amor, *cf. met. 6, 469 Reposian. 28* 222 *cf. Verg. Aen. 5, 376 sqq.*

absentemque ferit pavidus quem non videt hostem.
sic solet anguis hians obsesso fonte venenum
fauce parare necis fatis mortalibus aptum
pectore sublatus lingua vibrando trisulca.
motibus his mulier melius gavisa resumpsit
turpiter infames animos: redit illa voluptas.
inpete plecti(bili) per rustica colla pependit
dulcia lascivis defigens basia labris;
ille vicem redhibens dabat oscula crebra per artus.
dum commune nefas aequali mente fruuntur,
regia puppis adest variis ornata coronis.
plus magis audaces animos de crimine sumunt:
illa rapit tunicam, pastor rapit inde bipennem.
officio stat quisque suo: celatus adulter
intra claustra latet, mulier progressa parumper
morte maritali tunicam subnixa ferebat.
rex rate descendens tacta tellure triumphat:
bellorum maculis rutilabat, sanguine pulcher,
grandis in aspectu, pugnarum horrore decorus;
qualis erat referens caelo post bella gigantum
Iuppiter astriferam stellata fronte coronam
atque coruscales fundebat vertice flammas.
pignora naturae concurrunt dulcia patri;
itur in amplexus et reddunt oscula danti.
lumina volvebat genitor visura iugalem,
pergit et ad thalamos post publica limina portae.
inpia quae reducem fallaci voce salutat:
'belliger armipotens, cultus depone minaces
atque habitus dignare pios vix pacis amator.
en tibi vestis adest nostro contexta labore,
aurea purpureo radiantur fila colore.'
dixit et exutum tutanti tegmine regem

---

223 rabidus *falsissime Rothmaler* 226 trisulcat *B* linguas v. trisulcas *Rossberg* 227 resumit *A* 229 Inplete plecti ////// rustica *(rasura 7 fere litterarum) B*, Implentem amplecti per rustica *A, corr. Rossberg* 231 retibens *B*, reddens *A* 233 uarios *B* 234 Hinc magis *A*, Post magis *Haase* discrimine *A* suniunt *corr. in* sumunt *B* 235 rupit *B* uipennẽ *B*, securim *A* 237 Inter *A* 239 ratę *B* tracta tellurẽ *B* 242 caelo referens *A* post uela *B* 244 findebat *A* 246 danti *Rothmaler*, panti *B*, nati *A* 248 Pergit et ad *A*, Pertinget ad *B* 249 qua *Bährens, at cf. 383* 251 uix *B*, uir *A*, dux *Peiper* 252 contesta *B* 254 D et exutũ *B*

---

223 *Stat. Theb. 6, 379 (401)* absentemque ferit gravis ungula campum *(cf. Varius frg. 4, 3). Ov. met. 13, 548* quem non videt hostem *(trist. 3, 10, 69).* 226 *Verg. Aen. 2, 474* coluber ... lubrica convolvit sublato pectore terga arduus ad solem et linguis micat ore trisulcis. *Drac. 2, 239* lingua vibrante trisulca 228 *Stat. Theb. 6, 465 (487)* redit illa fames 233 *Ov. met. 7, 492* Attica puppis adest 234 *3, 474 cum nota* 239 *VIII 434 cum nota* 240 *Stat. Ach. 1, 853* rubebat bellorum maculis. *(Orest. 209). Theb. 7, 69* Hyrcano in sanguine pulcher 242 *Lucan. 1, 36* post bella gigantum. *cf. Claud. 27, 19 sqq.* 246 *Stat. silv. 1, 1, 97* ibit in amplexus 250 *Sen. Troad. 883* depone cultus squalidos. *Stat. Ach. 1, 259* animos submitte viriles atque habitus dignare meos 252 *Sen. Ag. 881* detrahere cultus uxor hostiles iubet, induere potius coniugis fidae manu textos amictus 253 *Nemes. cyn. 84* aurea purpureo longe radiantia velo signa

callida funereo perfundit corpus amictu.
sed capiti dum quaerit iter tunicaeque fenestram,
illa manum retinens armatum accivit Egistum.
erigit ille trucem dextra vibrante bipennem
et ferit incautum caput inpius inpete mortis
ac diademalem frangit cum vertice frontem
in partes hinc inde duas; geminantur et ictus,
terque quaterque ferit, diffundit testa cerebrum.
regina laudante manu rex concidit insons,
saucius et tremulo quatiebat corpore terram;
sic aper inplicitus venantum cassibus ingens,
dum cupit exiliens evadere retia torvus,
concutit ora ferox spumantia dentis aduncI
et perdit vacuos conlisis morsibus ictus:
sic Asiae domitor consumptus fine cruenta.
heu, pastoralis populavit membra securis.
aspera sors hominum vel mens ignara futuri!
credere quis posset, si centum flatibus acta
Delphica fatidicos quateret cortina recessus
antra movens tripodasque ciens et plectra fatigans,
eversorem Asiae foderet quod cultor agelli
aut desertor iners, ovium pecorumque magister,
et caret igne rogi, dederat qui Pergama flammis!
discite felices non umquam credere fatis:
sunt faciles dare summa dei, tamen ante relinquunt
et miseros in fine nocent aut forte repente
destituunt poenasque petunt de sorte secunda.
credere qui non vult, Priameia fata revolvat
atque Agamemnoniam videat male credulus aulam.

---

257 accipit *B*, accepit *A*, *corr. Rothmaler* 258 dextram *A* uib//ante upennem *(quae littera fuerit erasa non liquet) B* 260 uertice faucem *A* 261 seminantur *B* 262 testa *Bährens*, exta *B*, in exta *A*, dextra *Haase* 263 laudate *B* manum *Haase* plaudente manu *Hagen* condidit *B* 264 corpor& *B* 266 exiliens (iens *in rasura*) euader et retia torbus *B* 268 collisis dentibus *A* 269 cruento *A* 270 populabit *B* 273 Delficatidicos *B* 275 Desertorẽ asiae *BA*, *corr. Rothmaler* 276 pecudumq; *A* 278—81 *sunt in HDX* 278 numquam *HDX* 279 Felices dare *(om.* Sunt*) HD* (v. 279 *om. X*) dare summa *ALHD*, dare ... ma *relicto interstitio B* reliquit *H* 280 miseros *B*, miseris *(corr. ex* -ros*) A*, miseris *HDX* sine fine *HDX* aut *BX*, at *A*, as *HD* forte (r *ex* n) *B* 281 Destituit *X* sorte *HDX*, morte *BA* 283 Adque agam̃noniã *B*

---

255 *Stat. Ach. 2, 35* callida femineo ... violavit amictu. *Sen. Oed. 551* funesto integit ... amictu corpus 257 *Ov. met. 6, 35* vixque manum retinens 262 *Ov. met. 12, 288* terque quaterque gravi iuncturas verticis ictu rupit et in liquido sederunt ossa cerebro 265 *cf. Sen. Ag. 893 sqq.* 271 *Verg. Aen. 4, 508* haud ignara futuri *(Ov. met. 15, 815) cf. Lucan. 2, 14 Stat. Theb. 5, 718 Coripp. Iust. 4, 267* 271 sqq. *cf. Sen. Troad. 1 sqq.* 273 *Lucan. 5, 70* Delphica fatidici reserat penetralia Phoebi. *Claud. carm. min. 3, 2* quidquid fatidico mugit cortina recessu 275 *Stat. Ach. 1, 530* eversorem Asiae *(Orest. 899) Ov. fast. 5, 499* cultor agelli *(cf. Hor. ars 117)* 276 *Verg. Aen. 12, 15* desertorem Asiae *Aenean. Sil. 2, 690* stabuli gregisque magister 277 *VIII 144 cum nota* 278 *Reposian. 1* discite securos non umquam credere amores 279 *Lucan. 1, 510* o faciles dare summa deos eademque tueri difficiles 282 *Lucan. 8, 316* cuncta revolvens vitae fata meae

clade repentina premitur Pelopeia virgo,
sed tamen ultorem patris servavit Orestem:
faucibus eripiens germanum Electra parentis
inposuit puppi secumque adduxit Athenis
et bene sollicita studiis sapientibus addit
(quae ratis advexit regem, haec pignora regis,
spesque Agamemnonias et Troica gaza reportat).
cuius erat nimium fidus Pylades amicus;
iunxerat hos studium sollers et gloria linguae.
velle fuit commune viris et nolle duobus:
exercebat opus iuvenes si forte palaestrae,
pacatum luctamen erat; per lustra ferarum
venandum fuerat: socios venatus habebat;
cornipedem si quisque levem frenabat habenis,
hoc similis faciebat amor; producere telis
si fuerant animi, iuvenis iaciebat uterque;
par bene lusus erat pueris, si calculus esset:
nec vinci ⟨est⟩ quisquam metuens nec vincere fervens.
sic amat atque fovet germanum Castora Pollux
et paribus votis Pollucem Castor amavit,
mortibus alternis et vitae damna repensant.
vestibus induitur Tyriis homicida et adulter
et poenale caput cingit diadema coruscum.
tamquam legitimus heres Agamemnonis aulae
(et magis heredem convenerat esse Thyestis)
intrat et orbatum per singula quaerit Orestem.
. . . . . .
ast ubi res Danaum defossas sensit Egistus,
Troianas raptaret opes spes una manebat:
has quoque cognovit regis cum pignore captas.
aestuat inpatiens, quod regni nomen inane
offendit, quia perdit opes, quibus esse tyrannus
posset et armari ferroque auroque valeret.

---

285 sere abitoresten *B* 286—88 *post* 290 *ponunt Bährens Rossberg* 287 athenas *A* 288 sollicitum *BA*, *corr. Rothmaler* sapientis *B* 289 abexit regẽ heque pignora *B*, aduexit regem haec quoque pignora *A* 290 Spesque *sic BA* agamemnias *B* *ante* gaza *rasura unius litterae B* 291 erã *B* pilades amoris *A* 292 Iuncxerat//hos *(rasura unius litterae) B* 295 Paȩcatũ *B*, Paccatum *A* ferar *nil amplius B* 297 si quis celerem *Mähly* 298 Hunc *A*, Hos *Rossberg* proludere *Mähly, at cf. ind. s. v.* producere te//lis *(fuit fortasse* tellis*) B* 299 iubalenis *B*, iubilans *A*, *corr. Mähly* 300 *om. A* Par uene insus *B*, *corr. Rothmaler* nisus *Peiper* sic acullus es *nil amplius B, corr. Rothmaler, qui tamen* ibat (esset *Mähly*, exit *Rossberg*) 301 ec unerquicquã B^1, Nec̊ uinecquisquã B^2; est *add. Bährens* uincere serens *B* 302 amataq; fouet *B* pastor apollux *B* 303 post lucẽ pastor amabit *B* 304 Ventibus *B (ex 305)* 305 *in contextu a* B^1 *omissum in margine inferiore addidit* B^2 307 aulẽ *B* 308 At *L. Müller*, Ah *Peiper* tietis *B* *post* 309 *hiare historiam vidit Bährens* 310 defossa *B*, defessas *A* 312 reges *B* castas *B*, raptas *A*, *correxi* 313 Extuat *B* 314 Ostendit *A* 315 auraq; *A*

---

284 *Ov. trist. 4, 4, 67* virgo Pelopeia *Iphigenia* 290 *Verg. Aen. 3, 54* res Agamemnonias. *Aen. 1, 119* Troia gaza *(2, 763)* 293 *Sil. 9, 406* velle ac nolle ambobus idem. *cf. Drac. 1, 367 cum nota* 294 *Ov. met. 6, 241* ad opus nitidae iuvenale palaestrae 304 *Verg. Aen. 6, 121* si fratrem Pollux alterna morte redemit *(cf. Sil. 9, 295. 13, 805. Claud. 33, 58)*

callida participem sceleris solatur et arte
fraudis et ancipitem confirmat in arte manere:
femineas ostentat opes quas sexus habebat
et diademales, profert quas garrula, capsas,
turpibus inducens pretiosa monilia membris.
'his' ait 'Argolicos emimus per regna favores
muneribus proceresque novos veteresque trahemus
in nostram transire fidem; nam principis uxor
cuiuscumque libet, licet extet pulcra pudica,
censibus his ornata nitens placare maritum
adgreditur: praesumpta suae dulcedine linguae,
divitiis armata meis haec dulce venenum
auribus adtonitis fundet blandita peritet,
mollibus artifices iungens amplexibus artus,
et faciet nobis sublimes sexus amicos.
pulcrius est aurum, sed femina pulcrior auro:
auro foeda placent, auro decorantur honesta,
emollit Cytherea trucem per proelia Martem.
crede mihi, iuvenis, de sexu femina tracto.'
artibus his sollers animos reparavit amantis
et gratis gavisus agit muliebribus ausis:
sordida mens regnare cupit, dux sceptra tenere.
extinctum sub fraude ducem nil tale timentem
coniugis insidiis, ausu pastoris iniqui —
haec tacito sub corde premunt de principe cives;
murmure sollicito flentes haec dicta loquuntur:
'inpia sic Lachesis Parcarum lege bipennis
censuerat regem tam turpi morte periret?
atque utinam iuvenem per bella feriret Amazo
Penthesilea fremens, quam vix evasit Atrides,
et non infami prostratus morte periret
crimine cum gentis, Danaum cum clade suorum

---

316 particẽ *B* solaturearte *B*, solatur et altę *A; an* solatur et artae? 317 anticipitẽ *B* in arce *Bährens* 318 quos *A* 319 quassarrula gapsas *B*, quas scrinia capsas *A, corr. Rothmaler* 320 preciosa munilia *B* 321 pauores *BA, corr. C. G. Müller* 322 trahemus *A*, tręm^{v}////s *B* 324 exte *B* 327 Diuitias *B* haec *ego*, et *BA*, en *Schenkl* 328 peritę *B* 331 *et* 332 *habent LHDX* 331 *post* 332 *ponit L. Müller contra BA et florilegia* 331 Est aurum pulcrum *LHDX* feminea pulchrior *B* 332 decoratur *(sed* n *super* a *a* B^{1}*)* onesta *B* 333 citereatricẽ *B*, cythara *(in mary.* cytherea*)* trucem *A* 335 repabit *B* 336 agit (gi *in rasura*) *B* mulieribus *A* 337 Sordida — cupit *habent HX* 338 timente· *(sic, puncto post* e *posito) B, cf. 898* 339 Conugıis *B* 340 Haec *ego*, ẠE t *(sic) B*, Sed *A* *ante* 340 *lacunam voluit esse Mähly*, 341 *et* 340 *locum inter se mutare iussit Bährens (hic* 340 Dum *et* fremunt *novando)* 341 loquantur *B* 342 Inpia sillacessis *B*, Inpia si lachesis *A*, *corr. Haase* 343 Censuuera *B* perir& *B*, perire *A, cf. 1, 570* 344 Adque utinã miualenẽ per uella periret amazo *B*, Illum bellatrix utinam strauisset amazon *A, corr. Rothmaler* 345 quauis *B*, qua uix *A, corr. Haase* Achilles *Mähly, at cf. Dares 36* 346 infami *B*, infanda *A* perisset *A* 347 clade *A*, clamide *B*

---

318 *Verg. Aen. 4, 75* Sidoniasque ostentat opes. *cf. Val. Fl. 6, 61* 329 *Val. Fl. 3, 310* miscere amplexibus artus 331 *cf. Hor. epist. 1, 1, 52* 344 *cf. Ov. met. 12, 610 sq. Sen. Herc. O. 1184 sq.* 345 *Verg. Aen. 1, 491* Penthesilea furens

et pede tractus humo iacuisset ab arce remotus,
cuius honore carens tumulatur nocte cadaver.'
dic mihi, Musa, precor, qua re materna noverca
quaerere neglexit pueros et tradere captos
patris in occasus? Dorylas libertus Atridis
et pueri nutritor erat fugientis Orestis.
consilium mendax sollerti pectore sumpsit
fingere, quod pelagus rabidum demersit Atridas
fluctibus aequoreis. qui stans in litore dixit:
'di maris et terrae, pietas et origo polorum,
naturae caelestis amor, mendacibus ausis
vos, precor, annuite ⟨et⟩ fallacia vota iuvate:
credar et advertar mendax adsertor honestus.
tollere nam insontes cupio de sorte paterna,
quam mater pl⟨ect⟩enda parat vel vitricus hostis.'
dixit et undivagis vestitus fluctibus intrat
in mare caeruleum, tumide spumantibus undis
mersus ad usque caput; tunc litore sicca petivit.
turbidus haec plangens funestam currit ad urbem
et querula sic voce boat: 'pro Iuppiter, hostis
sic placet ulcisci Troes et perdere Graios?
pro Phrygibus pelagus saevit, mare vindice Troiae.
quod pueri gessere nefas? quid mollior aetas
gessit in Iliacos bellorum tempore campos,
ne fuga sit miseris optata per aequora vectis?
vidi ego mergentes fluctu sorbente carinam,
in qua vectus eram comes et nutritor Atridum,
de qua solus inops evasi remige planta.
iusta Clytaemestre, mitis crudelis Egistus:
saevior unda maris, quae nec post bella pepercit
pignoribus Danaum! felix iam Troia vocanda!'
diceret haec cum voce pia, raptatus ad aulam
muneribus cumulatur opum, quod gaudia ferret

---

348 Nec *Rothmaler* perdetractus *B*, detractus *A*, *corr. Rothmaler* 349 cadens *B* 350 quã spe *B*, qua spe *A*, *corr. C. G. Müller* 352 occasu *A* dodilas *B*, dorilas *A* atridae *A* 355 Finge *B* rauidus *B*, rapidum *A* demserit atridis *B* 356 littore d *B* 357 Dii *BA* populorum *B*, *cf.* 146, bonorum *A* 359 annũ fallacia *B*, annuite fallatia *A*, annuite et f. *Haase* 360 auertar *A* honestis *B*, horestis *A*, *corr. Hagen* 361 insortes *B* 362 plectenda *Mähly*, plenda *B*, non flenda *A* biticus *B* 363 D et̨ tundiuagis *B* 364 *om. A* In *Mähly*, Et *B* Et mare caeruleo *Rothmaler* 365 littore *B*, littora *A* petębit *B* 366 *om. A* adirbem *B* 367 uoat *B*, uocat *A* hostis *B* *et marg. A*, estis A^1 368 vel perdere *Peiper* 369 saeuit pelagus *A* 370 pueri *B*, *om. in lacuna trium litterarum A* 371 Gessit in liacos *B* Iliacis b. t. campis *A* 372 Nec *BA*, *corr. Rothmaler* Nec fuga fit *Rossberg* 373 u uidi B^1, Dũ udi B^2 mergentem *Rothmaler* carinas *A* 374 com////&oratridũ B^1, *corr.* B^2 atridas *A* 376 clitemmes atremitis B^1, clitemestra remitis B^2, clitemestra mitis *A* Iussa Clytaemestrae tremitis? crudelis Egistus *Peiper* 377 bella *C. G. Müller*, uela *BA*

---

350 *Hor. ars 141* dic mihi Musa 354 *Homer. 176* sollerti pectore *(705)* 357 *Verg. Aen. 3, 528* di maris et terrae *(Ov. Ibis 67)* 358 *Ov. met. 7, 178* adiuvet et . . . ingentibus adnuat ausis 372 *Verg. Aen. 6, 335* per aequora vectos *(1, 376. 3, 325 passim)* 373 *Prop. 1, 13, 14 et 15* vidi ego *(Ov. met. 12, 327. 15, 262 passim)* 377 *Stat. Theb. 9, 379* mitior unda maris, quae 380 *Verg. Aen. 5, 532* muneribus cumulat

mentibus incestis. nam mox regina proterva
inperat acciri populos, venere coacti.
aedibus in mediis quae sic est orsa profari:
'eximii proceres Danaum populique pusilli,
quos Agamemnonii per ferrea lustra triumphi
non mersere neci, sed adhuc superatis inanes
visceribus vacuis, exhausti sanguine fuso:
quod vos sic minuit saevis Bellona duellis,
regis culpa fuit, qui exhausit civibus urbem,
conisus viduare nurus, orbare parentes
et natos spoliare rudes pietate paterna.
inde ferox percussus obit sub morte securis
⟨at⟩que sua proles iacuit modo vindice fluctu.
spondeo iam requiem, placidam sperate quietem:
otia pacis erunt, nullum nocturna cubantem
classica sollicitent, nullas tuba verberet aures:
temporibus licitis blandos recerpite somnos.
aspera tela vacant: curventur falcibus enses,
ossibus et nervis deflexos cornibus arcus
ad solas aptate feras celeresque volucres.
deliciis epulisque bonis refovete senectam,
pignora natorum dulces nutrite nepotes.
unica mors restat morbis finire salutem:
tramite naturae finem labentibus annis
iam sperare licet et praeter vulnera ferri
corporis exitium; fas est sperare sepulchra
ordine legitimo, flammas sperare rogales,
et tumulum sibi quisque paret post busta perennem.
germinis ille sui crudelis et impius hostis
rex Agamemnon erat, patriae dominator amarus:
civis Egistus erit me profitente maritum.'
dixerat et cunctos discedere iussit ab aula

---

381 incertis *Peiper* 382 Inperat . . citu populos *(duae litterae non scriptae) B* acciri *A* 383 extorsa *B*, exorsa *A*, *corr. Peiper cf.* 809 profatur *A* 385 agamẽmonin perferre *B* 386 necis *B* supertis *B*, superatis *A*, superestis *Haase* 388 Quod sic minuit uos *A* duellis (i *paenultima ex* o ?) *B* 389 quę exausit cibus (ui *super* ci B^2) *B* 390 To nisus *B*, Tot nixus *A*, *corr. Rothmaler* 391 rudes *A*, ciues *B* 393 Atque *L. Müller*, Quae *B* Quo sua cum prole iacuit *A* fluctum *B* 395 cubante *B* 396 sollicitant nulla stipulauerat aures *B* 397 decerpite *A*, praecerpite *Peiper* 398 uacent *A* ensens *B* 399 deflexis *A*, et flexis *Haase*, et flexos *Peiper* 400 agitate *A* scelerisque *B* 402 nutritȩ *B* 403 finire (i *altera in rasura*) *B* senectam *A (ex* 401, *cf. tamen Lucan.)* 405 et *BA*, vel *L. Müller* 407 O//rdine *(erasa* o*) B* 409 impius heres *A* 410 patri *B* 411 me profitente *B*, me proficiente *A* meme *Rothmaler*, me iam *Peiper* 412 descendere *A*

---

382 *Stat. Theb. 1, 532* imperat acciri (*Claud. 33, 77)* 387 *3, 152 cum nota* 389 *Lucret. 6, 1138* exhausit civibus urbem *(Stat. silv. 3, 5, 73 Sidon. carm. 5, 581) cf. Verg. Aen. 8, 571* 395 *Sil. 9, 7* tubas nocturnaque classica. *Lucan. 7, 24* ne rumpite somnos castrorum vigiles, nullas tuba verberet aures 398 *Claud. 21, 223* in falcem curvet gladios 399 ossibus et nervis *(v. ind. sub* os*) pro hominibus. deflectite arcus ab hominibus et ad solas feras aptate* 403 *171 cum nota. Lucan. 5, 282* liceat morbis finire senectam 404 *Ov. trist. 4, 10, 27* labentibus annis *(Stat. silv. 4, 1, 31)* 407 *Ov. am. 3, 9, 41* flammae . . . rogales

ac domibus remeare suis. sed vilis adulter
nescius atque rudis regnorum frena tenere
ipse sibi genium fastu facit: ore minaci
asper erat famulis regalibus, advena servis;
imperium non mite dabat, quibus ipse profecto
si famularetur, crimen sibi turpe putarent.
sceptra triumphorum data sub pastore tyranno
pro pretio scelerum, mercedem sanguinis ostrum,
matronale nefas, uxorem dedecus aulae
quis, rogo, non gemeret? tamen hos formido iubebat
infami parere novo: timuere bubulcum
acrius, Hectoreos qui non timuere furores.
ius Agamemnonium fuerat; post Pergama capta
verbero plectibilis comes armipotentis Achillis.
dum regnaret iners, Parcarum crimina, pastor
et simul inliciti sese fruerentur amores
annorum septem spatiis et mensibus octo,
ibat alumna manus tumulis regalibus omnis
noctibus in mediis flens per haec tempora regem,
anxia quae gemitum tremulis ululatibus usa
temperie moderante premit terrente pavore.
tunc ibi libertus sollers nutritor Orestis
evomit in gemitus voces et verba doloris:
'optime rex quondam, sed nunc miserabilis umbra,
prosperitas cui saeva fuit, victoria crimen
intulit et mortem peperit post bella triumphus,
cuius adoratus constat per templa precantis
iratos audisse deos, placata negabant
numina proventus: Danaos si vincere rectum est,
si gremio Paridis remanens est rapta Lacaena
(nonne laborastis, Helenam ne pastor haberet?
ecce, tuam nunc pastor habet!), si transitus est mors,
si sensus post fata manent, post membra solutae
si remanent animae, si stat post fata superstes
spiritus, exaudi lacrimas fletusque tuorum!

---

415 Ipsa *A* 416 aduenas erbis B^1, *corr.* B^2 *recte primus distinxit Leo* 417 Imperi//um *(erasa* t *ut videtur) B* 418 sibi uile *A*, siue turpe *B* 420 mercede *BA*, *corr. Rothmaler* sanguinis hostem *A* 423 novo *ego*, bono B^2A, uono B^1, bonos *Rothmaler* parere: bova *Bücheler* subulcum *B* 426 achilli *A*, Atridis *Bährens* v. 427—52 *post* 540 *ponendos esse conieci (post* 271 *voluit L. Müller) remque ita se habere didici ex ordine versuum in florilegiis servatorum* 453 iners *A*, inher& *B* crimine *C. G. Müller* 454 inlicitis ẽe (illiciti sese *A*) fruerentur amores *BA*, inliciti scelere fr. amoris *Rossberg*, inlicito sese fr. amore *Mähly* 457 fluens *B* flens tempora perdita regum *A* 458 Anxiaq; *B* gemitũ et *B*, gemitu et *A*, *corr. Rothmaler*, gemitum ei *Peiper* 459 tremit *BA*, *corr. Rothmaler*, fremit (458 gemitu et) *Rossberg* pauorem *B* 463 scaeua *Bährens* 464 post uela triumphis *B* 465 presantis *B* 467 uincere tecta *B* 468 paiudis *B* remanes *B* et rapta *B*, erepta *A*, *corr. Peiper* 469 laboratis elenam *B* pastorali haberet *B* 471 census *B* solutae *Barwinsky*, soluta *A*, salutem *B* 473 fluctusq; *B*, luctusque *C. G. Müller*

---

458 *Verg. Aen. 7, 395* tremulis ululatibus *(Coripp. Ioh. 2, 172)* 470 *Sen. epist. 65, 24* mors quid est? aut finis aut transitus 471 *Stat. Theb. 12, 265* si manibus ulla effigies errantque animae post membra solutae. *cf. Lucan. 3, 39. 7, 471* *Ov. Pont. 1, 2, 111* si superest aliquis post funera sensus. *Lucan. 8, 749* si quid sensus post fata relictum est. *Stat. Theb. 12, 214 et passim similia*

rumpe solum, findatur humus telluris hiatus,
nixus et armatus subito furialibus umbris
surge, velut quondam tumulo surrexit Achilles:
exige subplicium de coniuge, solvat adulter
tot poenas quot membra gerit. morieris inultus,
et pastor tua regna tenet? post busta severe
exegit mortem de virgine Thessalus heros
moribus innocuis: tu dux inpune relinques
tot scelerum auctores victricia regna tenere?
di, regitis quicumque chaos crudele barathri,
rumpite tartareas proscisso gutture fauces,
mittite virgineas funesta in tecta cerastas!
ne dubitate: truces venient ad regna Thyestis,
notum iter invenient, sua per vestigia current.
(non estis Furiae, si quaeritis ante rogari
ad quodcumque nefas, si non et sponte nocetis;
sed dubito quia iusta peto, tamen oro cruenta.)
spes mihi maior adest: Thebis vicina petuntur
moenia tartareis quondam sacrata tenebris
et claro privata die sub luce diurna.
ergo precor, cum iusta truces sententia mortis
participes scelerum percusserit ense severo,
vos Acheronteis tortoribus addite flammas
et Furiis augete malum mortale venenum,
torqueat auctores scelerum crudelis Enyo:
non sat erunt quaecumque reis tormenta paratis.'
dixit; et ex imo gemuit vox missa sepulchro:
'parcite funesto mentem vexare dolore
meque piis onerare malis (relevare sepulchrum
debuerat famularis amor), quem pessima coniunx
criminibus succensa suis et amore pudendo
vel fama prostante sua muliebribus armis
extinxit, cui victor eram regressus ab hoste
praedo decennalis fraternique ultor amoris,

---

474 iatur *B*, hiatu *A*, *cf. X 462* 475 furalibus *B* 476 achilles *A*, acillis *B* 478 qd membra *B* 480 eros *B*, heres *A* 481 relinquens *B* 482 actores *A* teneret *B*, *an* tenerent? *cf. 343* 483 Dii geritis *BA*, *corr. Mähly* 484 upite B^1, Rũpite B^2 prosciso *B*, prociso *A*, perscisso *L. Müller* 485 vipereas *C. G. Müller* 486 duuitatet B^1, *corr.* B^2 trucis *Peiper* testis *B*, thuestis *A* 488 fu//rię *(erasa videtur* e*) B* 489 non licet sponte potestis *B*, non nisi sponte venitis *A* et *Peiper*, vel *Rossberg* nocetis *(ex X 457) Bährens* nefas, non hic et sp. potestis *Bücheler* 490 oro cruen *B* 488—90 *post* 493 *locum habere vult Rossberg* 491 petantur *Peiper* 495 percusserit tense *B* 497 furis (-iis B^2) *B* 498 actores *A* crudeli senio *B*, crudelis enio *A* Erictho *Rossberg ex V 130* 499 erũ *B* parentis *B* 500 ge̥muit (n *delevit* B^2) *B*, gemitu *A* 501 lalore (do *super* la) *A* 502 sepultum *Rothmaler* 505 prostrante *BA*, *corr. Mähly* 507 Credo *BA*, *corr. Rossberg*

---

476 *cf. Sen. Troad. 176 sqq.* 477 *Prud. perist. 10, 880* quot membra gestat, tot modis pereat volo. *Orest. 907* aequentur vulnera membris. *X 296* 478 *ad 168* 480 *ad VIII 47* 483 *Stat. Theb. 1, 56* di, sontes animas ... qui regitis. *Theb. 1, 85* tartarei barathri 487 *Stat. Theb. 1, 101 Tesiphone* arripit ... notum iter ad Thebas 491 *cf. X 449* 500 *cf. Verg. Aen. 3, 39 sqq.* 507 *Lucan. 3, 286* fraternique ultor amoris *Agamemno*

ultor adulterii, quem fudit adultera coniunx
nec timuit foedare domum, maculare penates
impete mortifero subita cum fraude profana.
nam nec inultus ero, veniet his poena cruenta.
sed ne plura loquar, verum est Cassandra locuta:
credite Cassandrae, verax Cassandra sacerdos.'
dixit, et abscedunt omnes linquendo sepulchrum.
illa nocte tamen volitans Agamemnonis umbra
venit Athenaeis mox sedibus (altus Orestes
illic quippe fuit, cum quo Pylades amicus:
flatibus alternis perflans conmercia somni
lassus uterque fuit, concussus amore palaestrae)
et stetit ante toros ambobus visus Atrides
in somnis, non qualis erat post bella triumphans,
sed qualis cecidit percussa fronte bipenni;
tristis iners tremulus, gemitu suspiria rumpens;
pallida puniceo perfuderat ora cruore
et tremulas languore manus; cervice vacanti
ac pede vincla trahens quibus est abstractus ab aula,
'non pudet, o iuvenes', dixit, 'pubentibus annis
vestitos sub flore genas lanugine crispa,
grandibus instructos studiis et fortibus armis,
ut pastor mea regna notet promotus in arce
sanguinea mercede, cluat sub crimine multo
laetus et indomitus, tumida cervice supinus,
plaudat et infamis vos iam (non fama?) perisse?
sic peto Cecropidas vindictam sospite nato,
incolumi Pylade suo? Patroclus Achillen,
Thesea Pirithous non sic expertus amavit.
armati gladios in bella domestica ferte
atque adfine nefas cognato abscindite ferro:
nullum crimen erit matrem punisse nocentem;
morte maritali sceleratam iure necabis.

---

508 adulteri *B* adulter coniux *B* 509 macula repente *B* 510 cum *A*, tunc *B* 511 *om. A* 512 loquar *ex* -or B^1 514 absedunt *A* liquendo *B* 516 alter horestes *A* 518 conmerca *B* 519 palestre *B* 520 thoros ambibus *B* 521 post uela *B* 523 tremulo *Peiper* 524 Pallea *B* perfunderat (n *del.* B^2) *B* 525 *post* 526 *habet A* vaganti *BA*, *correxi* 526 abstactus *B* 527 pudentibus *B* 528 Vestita *BA*, *corr. Rothmaler* gena *A* 529 Gradibus *B* 530 Quod p. m. v. tenet *L. Müller* arcem *Rothmaler* 531 luat *A* 533 Plaudat et *Mai*, Plaudeat *B*, Plaudat *A*, Gaudeat *Bährens* non fama *BA*, (nam fama) *Bährens* perissem *B* tumida cervice supinus Prodeat infamis? vos iam non fama peruret, Si peto *eqs. Rossberg* 534 Si peto *B*, Spero *A*, *correxi* cicropidas *B* 535 acillen *B*, achillem *A* 536 Tesera piritous *B* pẹrithous *A* amabit *B* 537 gladio *A* 538 cognoto *A* ascendite *BA*, *corr. L. Müller*, excindite *Rothmaler* 539 *habent LHDX atque eum ante* 452 punire *LHDX*

---

518 *1, 591 cum nota* 520 *Verg. Aen. 2, 270* in somnis... Hector visus adesse mihi. *cf. Sen. Troad. 443 sqq.* 522 *Coripp. Ioh. 6, 152* percussus fronte bipenni taurus 524 *ad 792* 525 *Lucan. 9, 261* quaerisque iugum cervice vacanti 527 *Verg. Aen. 12, 229* non pudet, o Rutuli 528 *Verg. Aen. 8, 160* genas vestibat flore iuventus 532 *Lucan. 9, 701* tumida cervice. *9, 589* cervice supinus 536 *Stat. Theb. 1, 476* Thesea Pirithoo. *cf. Verg. Aen. 6, 393* 538 *Stat. Theb. 4, 392* cognatumque nefas

praecidit regnum Tamyris regina Getarum,
sed nil turpe gerens vindex fuit illa suorum;
si fecit Medea nefas, flammata dolore
dulcis amoris erat, cum regia tecta cremabat
incolumi viduata viro de paelice Glauce;
inpia Lemniades sumpserunt arma puellae
atque maritali foedarunt sanguine lectos,
sed Veneris furor acer erat facinusque nefandum.
quod Scythicae gessere nurus, in crimine tanto
barbara turba fuit. nam tu, regina Pelasgum,
Graecia quam genuit legum fecunda creatrix,
clara Mycenaei coniunx et vindicis uxor
crimen adulterii geminasti caede mariti.
Alcestis meminisse fuit, quae morte maritum
manibus eripuit, pia coniugis, inpia de se.
quid loquar Euadnen Thebanis ignibus ustam
et post fata viro flamma crepitante sodalem,
inpia cum pietas, affectus dulcis amaram
iussit habere necem, quae contra vulnera luctus
fortior igne fuit, crudelibus usa medellis,
et simul ad manes in pulvere coniugis ivit?
pertulit urna duos, funus quos iunxit, amantes.
conubium felix! exemplum grande pudoris!
inpia sacrilego nupsit post fata marito:
pronuba flamma fuit, thalami rogus et pyra lectus.
quid sit honestus amor, multae docuere puellae.
natus amore pio flammatus morte paterna
vindicet ut patrem qui matrem straverit ictam,
crimina purgabit matris de tempore prisco;
nam patrem docet esse suum quem vindicat armis,
dignus adulterii vindex, pius ultor et heres.
noster amor Danais, sunt odia saeva duorum.
ite pares animis: vobiscum vernula turba
sentiet; irati potius quod tardius istis,
ore fremunt famuli, qui carpere dentibus optant
corpus Egisteum vel vivum, tradere flammis

---

427 Praecidit *ego*, Possedit *BA* Occidit regem *Mähly* tamiris *BA* 428 suor *(sed* r *ita formata ut solet in nota* rum*) B, cf. 573* 429 Sic *A* 430 cremaret *A* 431 glaucę *B* 433 lectus *A* 435 Q uosquitice *B*, Quid scythicae *A* 436 nã tum regina pelascum *B* 437 facunda *puto* ceatrix *B* 439 adulteri seminasti *B* 442 euuaden tebanis *B* 443 uiror *B*, uiri *A* crepidante redalem *B*, crepitante nealcen *A ex Stat. Theb. 12, 122*, cr. sodalem *Rothmaler* 444 cum *BA*, quam *C. G. Müller* amara *B* 445 avere *Rossberg* necẽq; *B* 446 F ortıoruor *B* crudelib; a medellis *B* 447 ibit *B* 449 Conubium *L. Müller*, C onuıum (ui *super* n B^2) *B*, Coniugium *A* 452 *habent HDX* didicere *HDX* 541 paterne *B* 542 qui *om. A* quo ... ictu *L. Müller* 544 *habent LHDX* Nam *BA*, Hic *LDX*, Hunc *H* decet *H* suum *ALHDX*, sicũ *B* qui *L* uendicat *H* 545 ultores theres *B* 546 danaum *A* taedia *Peiper* deorum *BA*, *corr. Peiper*, reorum *Rossberg* 548 Sentient *B*, Saeuiet *A* quo *A* itis *A* 550 vivae *Duhn*

---

427 *ad 3, 501* 430 *Ov. met. 6, 614* regalia tecta cremaro 431 *Anth. 102, 3* mater vivo viduata marito *Medea* 440 *cf. Ov. ars. 3, 17 sqq.* fuit *i. poterat Clytaemestra* 442 *ad 3, 507* 443 *Lucret. 6, 155* flamma crepitante *(Verg. Aen. 7, 74)* 452 *cf. 916 et notam ad II 64* 547 *ad VIII 648* 548 *Hor. sat. 2, 3, 101* quia tardius irent

coniugis infandae crudelia membra cremanda.'
dixerat haec, gemitus somni rupere quietem.
mox Agamemnonia proles instructa sodali
dum narrare parat sua somnia noscit ab ipso
ac stupet adtonitus, quae tanta potentia patris
tempore sidereo mentes monuisse duorum.
'dic mihi, frater', ait, 'dic iam modo, quid sit agendum.
pectora cor sensus animum praecordia mentem
conturbat pietas dolor anxia maeror origo
affectus natura pudor reverentia fama.
transigo funereum materna in viscera ferrum?
quae (perpendo diu) bis quino mense peregit
conceptus portare meos stimulante dolore,
semina naturae, blandae primordia vitae,
viscera lucis iter vel magni ianua mundi.
ast ubi sortitus nascendi iura peregi,
flumine pectoreo dedit ubera lactea labris,
dulcia nectareum fundentia mella saporem:
fit nutrix quae mater erat, regina ministra,
exhibet affectus patrios ignara soporis.
haec pater, haec mihi mater erat pugnante parente,
donec ab undecimis me aetas eximeret annis.
inmemor existam tantorum in matre bonorum?
an pater extinctus per me remanebit inultus?
facta luat pastor solusque superstite matre
conruat, et patrios manes satiabo cruore.
poena sit haec matri, ut prostrato vivat Egisto,
ante oculos recidente suos; muliercula tristis
aspiciat moechum, quae garrula vidit Atriden.'
dixerat haec dubius, sed non cunctator amicus
dentibus infrendens suspiria traxit ab imo
pectore longa ferox et sic aggressus Orestem
increpitat: 'sic sensus iners tua corda tepescit,
ut facienda putes quae nec dicenda fuissent?
dicere grande nefas, scelus est audire nefandum:
imus ad Argolicas veniam donare Mycenas?

---

551 infande *B*, infraude *A* cremanda *A*, oremanca *B* 554 ab illo *A* 555 adtonib: q: *B*, attonitus quod *A* potenta *B* 559 anxia *BA*, angor *Mähly* 562 Que B^1 perpendo *A*, perpenda *B*, perpessa *Bährens* bis] uie *B*, uix *A* primo *A* peregit *Bücheler*, pericia *B*, periclo *A*, pericli *Rossberg*, peracto *L. Müller* 563 portasse *A* stumulante *B* 567 Flumina ... ubere *Rossberg* perpetuo *A* 568 neciareum *B* nectareum *et* saporis *A* 569 q: *B* 571 parentẽ *B* 572 mea etas eximeret *B*, aetas me duceret *A* exemerat *Haase*, exemerit *Rossberg* 573 uonor (r *ut in* 428 *formata*) *B* 575 que *om. A* matrem *B* 576 et *BA*, hoc *Bährens* saciabor *B* 579 mecũ *B* qui gaudens vidit atridem *A* 580 diuius *B* cunctatur *A* 582 aggressos *B* 583 si *A* 585 est *om. A* audi bene fandum *B*, audiri nefandum *A*

---

551 *Verg. Aen. 11, 267* coniugis infandae 558 *2, 42* pectora cor sensus animam praecordia mentem 563 *Sil. 6, 256* stimulante dolore *(7, 316)* 567 *Verg. georg. 2, 525* ubera ... lactea. *Aen. 11, 572* teneris inmulgens ubera labris 572 *Verg. buc. 8, 39* alter ab undecimo tum me iam acceperat annus 581 *Verg. Aen. 3, 664* dentibus infrendens *(10, 718). Ov. met. 10, 402* suspiria duxit ab imo pectore

criminibus matris magis est quae dignior, horum
(a scelus indignum) poenis ferienda duorum?
quaeso cave, iuvenis, Danaum praescripta dolentum,
ne, iugulatricem patris dum vivere censes,
credaris non esse suus. non iure parentis
umbra, soporatum quae te convenit Athenis,
occurret per mille vias? per limina portae
obsidet et tremulis haec vocibus astra lacessens
invehitur: "sic, nate, paras defendere patrem,
sic decet extincti genitoris fata dolere,
sic dabis inferias nostris tu manibus ultor?
vitricus optabit tali se morte perire,
ut sit quae post membra rei crudelibus umbris
ingerat inferias animam parcentis Orestis:
victima servaris, fuerit nisi victima mater."
quid facias genitore tuo tibi maesta loquente?
parcitur infaustis: pius an pietate repulsa —
ad tumulum patris fundantur membra reorum!
surge iuventutis melior spes indole regni,
excitet ingenium virtus et gloria mentem,
armentur pietate manus, crudelior ensis
truncet in extremo gemitu fera colla duorum.
ibo libens comes ipse tuus per tela, per ignes
nec metuam quemquam, vestri sunt patris alumni.
sed dabo consilium sollers inmune salubre:
explorator eam; tacita quos voce monebo
adventus sperare tuos. quae turba ministra
credula dum fuerit, nobis mox corde favebunt
ac pro te rapiant gladios: sic tutius itur.'
talibus adloquiis accensus felle doloris
erigitur iuvenale fremens, mortale minatus,
(dentibus inlisis frangebat murmura morsus)
et, quasi adulterium caperet pastoris Egisti

---

587 mageitq: dignior ora *B*, magis est quae dignior hora *A*, mage sit q. d. oro *Schenkl* horum *Bücheler* 588 Ad *A* 590 uidere *B* 592 soporat *B*, soporati *A*, *corr. Mähly* 594 Obsid ete tremulis *B*, Obsidet tremulis *B*, *corr. Rothmaler* haec] te *C. G. Müller* lacessent *B*, lacescens (s *supra* c) *A* 595 Inuenitur *B*, Immeritum *A*, *corr. Rothmaler* 596 extincti fata genitoris adempti *A* 598 Victricus *B* 601 Victima set uaris *B* 602 loquentẽ *B* 603 pius est *A*, pius es *C. G. Müller* 604 fundentur *B* 608 gemitus feracula *B*, semifera colla *A*, *corr. Rothmaler* 609 Idbohdbens (d *bis expunxit* B^2) *B* 610 Hanec *B*, Nec *A*, Haut *Rothmaler* nostri *A* 611 inmane *BA*, *corr. Bücheler et Leo* 612 tacitã quos *B*, tacitaque hos *Mähly* 613 quę turba minis *nil amplius B* 614 favebunt *Rothmaler*, fruerunt *B*, ferentur *A* 615 rapiunt *B*, *correxi*, rapient *A* totius *B*, ocius *A*, *corr. C. G. Müller* 616 adloquis *B* 617 morte minatus *B*, mortemque minatus *A*, *corr. Bährens* 618 inlesis *B*, illesis *A*, *corr. Mähly* murmure *A*

---

588 *cf. Anth. 672, 4* at scelus hoc dignum? 597 *Verg. Aen. 4, 625* nostris ex ossibus ultor 603 *Prud. c. Symm. 1, 522* pietate repulsa. *sensus brevitate quaesita obscuratus: soli infausti parcunt, scil. ipsi sibi infortunium parcendo parant; tu — nihil refert utrum pius sis an pietatem repellas — cura necentur rei* 606 *Prud. psych. 387* excitet ... mentes ... gloria 609 *Stat. Theb. 3, 378* ibo libens. *Verg. Aen. 2, 664* per tela, per ignis. *cf. nota ad* 813 616 *Verg. Aen. 8, 219* Alcidae ... exarserat atro felle dolor 618 *Stat. Theb. 11, 337* obnixi frangunt mala murmura dentes

matris in amplexus infamia membra ligare,
percutit absentes nullo moriente reorum:
qualiter infremuit post somnia Pyrrhus Achillis,
quae sensus monuere suos cum nocte sopora
Aeacide stimulante truci, cum posceret heros
virginis inferias in Pergama saevior umbra.
ergo ubi consilium placuit Pyladis Oresti,
mentibus armantur, solis mucronibus usi.
callibus occultis, qua semita ducit euntes,
ibant obscuri quaerentes ausa latere,
donec in infames iugulos vindicta veniret.
sic Diomedeos gressus comitatus Ulixes
Dardana nocturnus peteret cum castra viator,
sollicitum carpebat iter (non indice cornu
classica bellisonis quatient clangoribus auras:
sic pede suspenso tacitus sine flatibus oris
ibat ab Argolicis progressus puppibus audax
fortior Oenides, sollers Laertius heros):
sic et Athenaei iuvenes petiere Mycenas.
qui dum iter inceptum peragunt, nutritor Orestis
apparet Dorylas subito trepidantibus illis:
'unde venitis', ait, 'iuvenes, quive estis, amici,
quove tenetis iter?' qui nullis vocibus usi
dum transire parant, Dorylas cognovit Orestem,
cuius in amplexum per dulcia colla ruebat
'vivis alumne?' sonans 'quia vivis, vivimus omnes.
cessimus insidiis, dum luxuriatur adulter;
deliciis fruitur polluta matre potitus,
templa triumphorum, regalia tecta potentum,
et delubra ducum vel pulvinaria regum
crimine prostituens gaudet fecisse lupanar.
nos tamen ad tumulum magni genitoris euntes
plangimus adsidue; cuius promissa tenemus,
quamvis Cassandrae fuerint responsa priora,

---

620 ligaret *BA, correxi* cum infamia m. ligaret *Schenkl* 621 eorum *B* 623 sub nocte *Rossberg* 624 truci deposceret *A* 625 inferia *B* 626 Sic ubi *A* 627 Protinus *conieceram*, Tenvibus *Bährens* 629 oscuri *B* ausa *A*, causa *B* 630 D//onec *(erasa* d*) B* 634 quatiens *BA, correxi*, quatiunt *Rothmaler* quatiens cl. audax *Leo* (aeris *L. Müller*) 635 Sic *A*, Si *B*, Sed *C. G. Müller* 637 inides sollers lęrtius *B* 638 Sicaetatene iuuenes *B*, Sic tacite iuvenes ambo *A, corr. Rothmaler* 639 iter coeptum *B* 640 doloiras sibi trepidantib· *B*, dorilas subito tr. *A* 643 dorilas *BA* 644 amplexu *B* 649 ducum *B*, deum *A* 653 fuerit *B*

---

623 *Stat. Theb. 1, 403* sub nocte sopora 628 *Verg. Aen. 11, 524* tenuis quo (qua *Serv.*) semita ducit. *Arator 1, 939* cuius via ducit euntes 629 *Verg. Aen. 6, 268* ibant obscuri 631 sqq. *cf. Homer. 703 sqq.* 634 *cf. ad VII 75* 635 *Phaedr. 2, 4, 18 felis* inde evagata noctu suspenso pede 637 *Stat. Ach 2, 30* Laertius heros 638 *Verg. Aen. 2, 180* petiere Mycenas 639 *Verg. Aen. 6, 384* ergo iter inceptum peragunt *cf. 8, 90 et Beda mirac. Cuthb. 10, 12* dumque iter inceptum peragunt 641 *Verg. Aen. 9, 376* quive estis in armis quove tenetis iter *(1, 370)* 643 *Stat. Theb. 7, 818* transire parantes... equos 649 *Iuv. 6, 132* lupanaris tulit ad pulvinar odorem

quod superest cito poena reis. properate, sodales
indole Cecropia: vobis divina favebunt;
regia familia scelus hoc punire precantur.
ne dubitate, viri, vestras accendere mentes
et capulis armare manus, astringere ferrum:
hunc stimulet pietatis amor, te foedus amici,
hinc dolor exurgat, hinc famae pulchra cupido.
nec labor ullus erit mulierem sternere turpem;
rustica praeterea quae sit mora frangere membra?'
dixerat haec senior. spes haec accendit amicos
accelerare gradus: prope iam non esse Mycenas
quisque dolent iuvenes; sed 'pergimus' inquit Orestes,
'adceleramus iter' subicit Pylades et inquit
'ito prior, senior; nos festinare necesse est
audiat haec servilis amor secretus in aurem
et subito speret nos quarta luce venire.'
dixit; et abscedens senior praecessit ad urbem:
gaudia dant gressus celeres, quos denegat aetas.
iamque iter emensum: fessus pervenit ad arces,
indicat occulte paucis, quia vivit Orestes
et venturus erit vindex sub luce futura
sanguinis auctoris, monitis urgentibus omnes,
ut taceant furtimque ferant cuicumque ministro.
cunctis nosse licet, solis hoc scire negatur
conplicibus scelerum, ne se subducere possent
aut armis conferre manum, defendere vitam.
adventum ad domini retinet pars vernula portas:
altera pars aedes, pars obsidet altera muros.
reddidit interea rutilum post astra refundens
depositum natura diem stridentibus undis;
sol micat et melior conpensat damna Thyestis.
viderat Atrides muros, quos liquerat infans,
sed memor illorum dextram cum voce tetendit:

---

654 cita *C. G. Müller* 655 fauebant *A* 656 Regales famuli *A* 658 et stringere *A* 661 nec multus labor est *exempla Vaticana v. 63 (recte 178)* 663 spes hinc *Bährens* amicus *B* 664 *et* 665 *om. A* 665 Quidq: dolenti ualenes *B*, *corr. Rothmaler* *nolui* iuvenes et 666 Accelere-mus *A* subiecit *A* 'at' inquit *Haase* 667 nos *supra lineam scriptum, sed a* B^1 671 *habent LHDX* dent *B*, dat *L* celeris *B*, sceleres *LX* 672 peruenit uterque *A* 675 moniti surgentibus *B* 676 circumque ministro *A* 677 hoc scire *A*, hoc nescire *B* 678 possint *A* 679 Aut (Au *a* B^2) *B* 680 ad *om. A* pars retinet pars *A* portus *BA*, *corr. Rothmaler* 682 rustilum *B* 684 ol migans & B^1, Sol *(at* l *expuncta)* micans & B^2 685 arides *B* linquerat *B* 686 Et *A* dextrum *B*

---

661 *habent exempla Vaticana Keilii v. 63 et 178 s. v.* muliērem *non indicato nomine poetae nec carminis* 666 *Verg. Aen. 6, 630* adceleremus ait *(9, 221)* 670 *Stat. Theb. 2, 120* dixit et abscedens 671 *VIII 110* dat celeres pietas gressus quos denegat aetas 672 *Verg. Aen. 11, 244* atque iter emensi 675 *Verg. Aen. 7, 49* sanguinis . . . auctor *(et passim)* 677 *cf. Lucan. 1, 452. Drac. VIII 594 X 15* 683 *Lucan. 7, 201* egit Thessalicum natura diem. *Drac. 1, 680* redditque diurne depositum natura suum *i. diem* *VIII 371 cum nota* 686 *Verg. Aen. 2, 688* palmas cum voce tetendit. *cf. Stat. Theb. 8, 146 et Drac. X 395 cum nota*

'salve, prisca domus, patriae salvete Mycenae,
execranda prius, sed post veneranda manebis,
sanguine si matris cineres satiabo paternos.
sentiet umbra potens ultam se vindice nato,
quando Eriphylaei percussam vulneris ictu
viderit uxorem velut auguris Amphiarai.'
dixerat et trepidus muros circum inspicit hospes;
qua meminit, carpebat iter comitatus amico.
postquam introgressus, cognoscit turba ministra
os Agamemnonium, gressus oculosque manusque
et planctu gaudente fremunt sine vocibus oris.
'iam portae claudantur', ait Pylades Oresti.
claustra ligant aditus, crepuerunt classica mortis.
securi stipuere rei, terretur Egistus:
'non ego promisi Danais per saecla quietem?
nullus ad Argolicos moveat qui bella remansit
Hectore consumpto, Troia pereunte sub armis.'
dicebat regina furens irata ministris:
'vindico, sic vivam mecumque senescat Egistus.'
talia dum loquitur (quasi vindex saeva minatur),
una puellarum male concita currit anhelans;
'venit Orestes', ait, sed statim credita non est.
dum dubitant somnumque putant et vana locutam,
apparet violentus atrox Pylades in aula,
qualis in hoste fuit trux inrevocabilis Aiax,
Hectora cum peteret clipeo septemplice tectus;
ore fremens et fronte minax, mucrone coruscus
intonat auctores scelerum: 'crudelibus ausis
regnantes nunc usque truces evadere iustas
sperastis vos posse manus? modo saeva luetis
supplicia scelerum non una morte perempti.'
dixit et ad famulos ultricia verba retorsit:
'praecipitate nefas solio de principis ictum

---

687 salue micenę *B* 689 satiaro *Bährens haud male* 691 Eriphylaei *('i. necis a filio inlatae') Bücheler*, erifile *B*, eriphilem *A*; *nomen ut glossam ad* 692 uxorem *eiecerant editores* 692 agurus anfiarat *B* 693 circumspicit *A* ospes *B*, hostes *A* 695 introgressu cognosci *B*, introgressum cognoscit *A*, *correxi* 696 Hos agāmemnonium *B* manusque *B*, minaces *A* 697 gaudentes *B* 700 stupuere *A* 702 Ullus *A* qui duella *B*, quid bella *A*, *corr. Rothmaler* 704 Dicebā *B* 705 si *A* 706 minata *Rothmaler* 707 puellarumale *B* 709 locuta *B* 712 septemplici *B* 713 coruscis *B* 714 AIntonat *(sed* A *deleta) B* autores *B*, actores *A* 715 Regnantis *B*, Regnastis *A* 716 suos B^1 717 Suplia *B* perenti *B* 718 famulos suos ultricia *B* 719 actum *Bährens*

---

687 *Verg. Aen. 2, 180* patrias... Mycenas *(2, 577)* 694 *Stat. Theb. 9, 755* sequitur... qua meminit 695 *Verg. Aen. 1, 520* postquam introgressi *(11, 428. Stat. Theb. 3, 345)* 698 *Sil. 10, 281* claudantur portae 707 *Sil. 10, 494* una puellarum 708 *cf. Verg. Aen. 2, 247* 711 *Verg. Aen. 2, 541* talis in hoste fuit Priamo *(Drac. IX 104)* 712 *Homer. 611* Aiax... clipeo septemplice *(Verg. Aen. 12, 925 similia passim)* 713 *VI 58* ore micans et fronte minax et crine coruscans 715 *Verg. Aen. 9, 560* nostrasne evadere demens sperasti te posse manus? 717 *cf. ad VIII 298 et Verg. Aen. 11, 258* supplicia et scelerum poenas expendimus omnes

et pede tractus eat fera victima regis Atridis.
carnifices frangant durissima membra secures
et pereat pastor qua regem morte peremit;
ante tamen nostram perfundat sanguine dextram.'
dixit et exertum costis inmerserat ensem.
saucia membra trahunt famuli pede vincla ligantes
postque fores portae, quibus est prostratus Atrides,
ossibus effractis minuunt per mille secures,
et male partitos per vulnera palpitat artus.
at genetrix dilata putat sibi parcere natum
et secura sui iam pro pastore dolebat,
cum subito truculentus adest inmanior hoste
matris in exitium famulorum nixus Orestes
agmine terribilis, qui captam crine trahebat
increpitans: 'inpune tuum post funera patris
sperasti regnare nefas tumuloque parentis
iungere natorum voluisti fata duorum?
vivo (vides), scelerata parens, moriere cruente
sed manibus iugulata meis super ossa mariti.'
conturbata parens nudis exerta papillis
orabat natum: 'per haec, puer, ubera, parce!
per superos patremque tuum, per cara sororis
pectora, quae nostro te tunc rapuere furori,
et per Pyladen, quod plus est, testor amicum:
da veniam, miserere, precor, miserere parenti,
si dici sum digna parens.' tum natus 'inanes
perdis' ait 'lacrimas, genitor te expectat ad umbras.
Ilias ingemuit domini Cassandra ruinam
nec ferit Andromache famulans post Hectora Pyrrhum,
cum regina Phrygum fieret captiva Pelasgum:
praelato pastore ducis tu colla cruentas.
haec mihi Pylades meus imperat et soror urget,
ut iaceas mucrone meo, truculenta virago.'
ast ubi nil potuit mulier de prole mereri,
mox redeunt animo Phrygiae praesagia vatis.
'si placet ulcisci genitorem' dixit 'in ambos,
Pyladis me dextra necet, necet ensis et idem,

---

720 atridae *A* 721 securis *B*, securi *A* 722 rege *B* 727 etfractis *B* 729 Ad *B* 730 iam *A*, *apto spatio relicto om. B* 732 nisus *A* 733 crimine traebat *B* 738 Et *Mähly*, Sic *opinor* 739 mamillis *A* 740 pe hec puer ubera *B*, puer ista per ubera *A*, per ego haec p. u. *Peiper* 741 cara *Rothmaler*, clara *BA* 742 Pectoraq: *B* furore *B* 743 piladem *A* estor *B* 744 parente *B*, parentis *A*, *corr. Westhoff* 745 dicis *B* tu natus *B* 746 te expectata *nil amplius B* 748 post hect *nil amplius B* 751 haec soror *non male Rossberg* 752 iactas *B* uirgo *B* 754 vatis *Sinner*, satis *B*, sortis *A* 756 dextra net necet ensis *B*, dextra necet nec ensis *A*, *corr. Sinner*

---

723 *Catull. 64, 230* respergas sanguine dextram 727 *Ov. met. 5, 58* et fractis ... ossibus. *Coripp. Ioh. 4, 755* ossibus et fractis 731 *Lucan. 1, 480* victoque inmanior hoste 741 *Verg. Aen. 11, 215* cara sororum pectora *(Stat. Theb. 7, 495)* 744 *Verg. Aen. 12, 43* miserere parentis *(et passim)* 745 *Stat. Theb. 2, 655* inanes perdis, ait, lacrimas 746 *Stat. Theb. 3, 86* feror exspectatus ad umbras

et super ossa ruam recidens spirantis Egisti,
et, scelerum conplex et nostri criminis auctor,
mixtus uterque cruor testabitur omnibus umbris,
consortes scelerum quia sors manet una malorum.'
'quod super ossa rogas moechi moribunda iacere',
natus ait, 'melius recides super ossa mariti;
nec cruor amborum miscebitur ense minaci,
criminibus nec fructus eat morientis amoris
aut operae pretium capiatis sorte malorum,
supplicio sociante nefas: discreta iacebis.'
dixit et ad patris veniens dat verba sepulchrum:
'sancte parens, quia sensus iners et spiritus extas,
accipito inferias, quas offero. victima iusta est:
macto Clytaemestram matronam regis Egisti
atque (utinam non!) ante tuam. solacia nosce:
nam iacet ille loco, quo tu percussus obisti.
aetatis mora iusta fuit, quod tardius hoc fit;
olim velle fuit.' subicit Danaeia mater:
'sol pietas elementa poli mare flumina tellus
et rerum natura parens tuque atra vorago,
expectate vices nato redhibente parenti
quod genitus fuerit, mercedem cernite lactis.'
dixerat haec genetrix, surdis tamen auribus inquit.
quod potuit pietas, vultus avertit Orestes.
sol negat almus equos iterum de more Mycenis
atque tenebroso subtexitur aere caelum,
et non legitimam timuit mox Graecia noctem,
extimuit natura chaos, elementa tenebras;
laudat Enyo nefas, dextram capulabat Erinys.
pallia purpurea praestricto dente momordit,
concidit et tunicam manibus tendebat ad imos
usque pedes, metuens ne mortua nuda iaceret:
maesta verecundo volvebat lumina visu,
vix semel infelix extrema in morte pudica,

---

757 recedens *B* 758 Qui *Haase* sit nostri *A* *post* 760 *habet A* 766 *inclusum litteris* va- cat, *iterum eundem suo loco* 763 Ne *A* mense *B* 764 ne fructus *A* 768 Sancte pater *A* 769 infecias *B* 770 Mato clitẽmestrã *B* 772 Iam *A* 773 quo tardius *BA, corr. Rothmaler* 774 daneia *A*, danę *B* 776 natura potens *A* 777 Haec spectate *A* vices *Rothmaler*, ciues *B*, truci et *A* nator et hibente *B*, nato perhibete *A* parente *A* 778 Quo fuerit genitus *A* 779 Dixerat et g. *B* 780 potum *A* orestis *B*, horestis *A* 781 regat *A* almus quos *B* 782 aere *ex* -rum *ut videtur corr. B*² 785 Laudatenio (ał emo ł enío *margo A*) *BA* copulabat *Rossberg*, culpabat *Mähly* erinis *B*, herinis *A* 786 purpureo *BA, corr. C. G. Müller* prestricto *B*, constricto *A* 790 ox *B*¹ *corr. in* Vix *B*²

---

768 *Verg. Aen. 5, 80* salve sancte parens 769 *Ov. met. 8, 490* accipite inferias *(Prud. c. Symm. 1, 387)* 776 *Verg. Aen. 9, 105* atraque voragine *(10, 114)* 780 *Ov. fast. 5, 472* quod potuit, lacrimas manibus ille dedit. *cf. epist. 8, 5. rem. 167. met. 4, 684* 783 *Verg. georg. 1, 468* aeternam timuerunt saecula noctem *interfecto Caesare* 784 *Lucan. 5, 634* extimuit natura chaos. *cf. Ven. Fort. carm. 3, 9, 62* 787 *cf. Ov. met. 13, 479 de Polyxena ex Euripide, fast. 2, 833 Suet. Iul. 82* 789 *Ov. met. 14, 840* illa verecundo vix tollens lumina vultu 790 *Verg. Aen. 2, 447* extrema iam in morte *(11, 846)*

quod non ante fuit, metuens in funere famam.
candida puniceo rutilantur membra cruore,
verbere corporeo pressas quatiebat arenas,
tandem iussa mori vitam cum sanguine fudit.
tunc repetunt pariter regalia limina torvi:
sic duo terribiles fulva cervice leones
caede iuvencarum satiati lustra reposcunt.
regia sanguineos susceperat aula sodales;
conveniunt Danai, regis sub honore salutant,
pars dolet Atriden, set pars dolet altera matrem,
nemo tamen facinus verbis culpabat apertis,
nec fuerat quisquam qui non damnaret Egistum.
transierat funesta dies, sol merserat undis
oceano stridente rotas, redeunte sorore
roscida somnigerum revocabat palla soporem,
tempus adhuc medium volvebant sidera noctis:
nuntius Hermione venit de virgine, raptam
stirpis Achilleae Pyrrhi praedante rapina.
mox furit Atrides, qui sic est orsus amico:
'nos alius vocat ecce labor, novus ignis amoris.
quid faciam? scelus est, passim rapiatur adulta
sponsa toris promissa meis. tu regna guberna;
ibo ego per gladios flammas et mille cohortes,
(nam decet ultorem patris sibi quippe mereri),
dum tamen eripiam clamantem nomen Orestis.'
dixit et accinctus capulo produxit in hostem.
repperit Aeacidem subientem templa deorum,
adgreditur iuvenem, securum obtruncat ad aram
et redit ad Danaos elatus caede secunda.
dum solio fruitur patrio diademate pulcher,
astitit ante oculos genetrix sua non ut inermis,

---

791 fune B^1, *corr. in* funere B^2 793 Verbe B^1, *corr. in* Verbere B^2 arena *B* 794 Tamdẽ B^1, *corr. in* Tandẽ B^2 795 lumina *A* 796 Tunc B^1, *corr. in* Sic B^2 797 saciati *A*, saciari *B* 800 atridens et *B*, atridem et *A* mater *B* 804 sororem *B* 805 Rosida *A* 806 noluerant *B* 807 ermione *B*, hermionae *A* rapta *A*, pacta *Bährens* 808 Achillę piriti predante *B* 809 sic extorsus *B*, sic exorsus *A*, *corr. Bährens* amicum *BA*, *corr. Rothmaler* 810 *et* 811 *in unum versum coartavit iungens* labor raptatur *(sic)* adulta *A* novus *Bährens*, notus *B*, vocat *Rossberg* amoris *Peiper*, laboris *B* nova signa laboris *Hagen* 811 est passim ẽ rapiatur *B*, *corr. Peiper* 814 *puto* sibi quoque 817 subeuntem *A* 818 obtrunccata dara *B* aras *Bährens ex Verg.* 820 pulcher *B*, frangit *A*

---

792 *Ov. met. 2, 607* candida puniceo perfudit membra cruore. *cf. Orest. 524* 794 *Verg. Aen. 3, 323* iussa mori. *Aen. 2, 532* vitam cum sanguine fudit *(Ov. met. 2, 610 Homer. 515 Anth. 1, 4, 10)* 795 *Stat. Theb. 11, 756* limen ... regale petebat 796 *Verg. georg. 4, 408* fulva cervice leaena 797 *Ov. met. 10, 541* armenti saturatos caede leones 799 *ad VIII 379* 808 *Verg. Aen. 3, 326* stirpis Achilleae fastus *Pyrrhus* 810 *Stat. Ach. 1, 539* nos vocat iste labor 813 *Ov. met. 8, 76* ire per ignes et gladios ausim. *cf. Verg. Aen. 6, 110. Ov. epist. 16, 246* ibit per gladios ... noster amor. *cf. nota ad* 609 815 *Ov. epist. 8, 9* clamantem nomen Orestis *(cf. Stat. Ach. 2, 83)* 818 *Verg. Aen. 3, 332 Pyrrhum* incantum ... obtruncat ad aras *(2, 663). Drac. VIII 151* 820 *Ven. Fort. Mart. 2, 289* diademate pulcher 821 *Verg. Aen. 3, 150* visi ante oculos adstare iacentis

sed faculis armata rogi, subcincta cerastis.
ignibus admotis resolutos orbibus angues
ingerit in faciem iuvenis, mortale minatur.
terruerant haec monstra virum, fugit atria lustrans,
sed sequitur metuenda parens; petit ille recessus
per secreta domus, illic magis invenit hostem.
obice postposito mox ianua cluditur omnis:
repperit interius matrem in penetralibus aulae.
infremuit conata loqui: 'crudelior', inquit,
'inpie, non sat erat pietatis vulnus acerbum,
ut scelerata manus macularet sacra deorum?
claude adamanteas ferrato cardine portas,
obstrue per chalybem, si sunt tibi mille fenestrae:
omnibus ipsa locis adero tibi saevior umbra
per freta per campos per silvas flumina montes.'
dixit et angue rogi crepitanti pectora turbat.
ast ubi pernicem non est fas vincere matrem,
it manus ad capulum, sed crebris ictibus auras
dividit et vacuam revocat sine vulnere dextram
ac miser increpitat: 'meus est hic mucro cruentus;
quo, meretrix, percussa iaces, feriere secundo.'
dixit, et agnoscens gladium gravis umbra fugatur
aera per tenerum, tamen heu remanente furore
perfurit Inachius vindex Agamemnonis heres,
ut furit ex Baccho male sobrius ille Lycurgus,
ut furit Alcides saeva terrente Megaera,
ut quondam furuit Danaum fortissimus Aiax,
infremit inpatiens, tota discurrit in aula.
qui famulos matrem, matrem putat esse sodales:
mater erat quicumque fuit, vicinus ubique
aspis et ignis erat; fugit hos, simul adpetit illos,

---

822 faculis *B*, facibus *A* rogis *B* 823. 824 *ordinat B (hunc ordinem servat legendo* minata *Rothmaler)*, 824. 823 *A* 824 resoluto sortibus anges *B*, resolutos crinibus angues *A*, *corr. Rothmaler* 823 in faciem iualenis *B* 825 fuit *B*, furit *A*, *corr. Rothmaler* 826 recensus *B* 828 cladítur *B*, clauditur *A* 829 inferius *BA*, *corr. Mähly* 831 Inpię nons aterant *B* aceruum *B* 832 Vt *B*, Ni *A* maculare *B* 833 adamanteos f. c. postes *A* 834 Estrue p calliũ est si s̀ tibi mille funestrę *B*, Obstrue per calcem si sunt tibi mille fenestrae *A* per clatros *Rossberg*, per claues *Bährens*, per chalybem *ego* 836 campos *B*, terras *A* silua *B* 837 angue *B*, igne *A* 838 perniciem *BA*, *corr. Schenkl*, pernici *Rothmaler* matr *B*, matris *A*, *corr. Rothmaler* 839 It manus ad *A*, In manib; ad *B* et crebris *BA*, *corr. Rothmaler* 843 agnosces *B* fugatur *B*, grauatur *A* 844 eu r. furorem *B* 846 ex uaco *B* licirgus *B*, ligurgus *A* 847 alcides (l *fenestra paene absorpta, at certa*) *B*, egides *A* seua terrentem egebat *B* 848 quandam *B* 849 totam *A* aulã *B*, aulam *A* 850 matrem *semel B* putant *B* 852 fugit os *B*, furit hos *A*

---

822 *Verg. Aen. 4, 471* Orestes armatam facibus matrem et serpentibus atris cum fugit 823 *Prud. psych. 43* pinum ingerit in faciem 824 *Verg. Aen. 2, 204* inmensis orbibus angues 825 *Lucan. 1, 673* terruerant satis haec pavidam praesagia plebem. *cf. Orest. 153* *Verg. Aen. 2, 528* fugit et vacua atria lustrat ... illum ... Pyrrhus insequitur. *cf. 12, 474* 835 *Verg. Aen. 4, 386* omnibus umbra locis adero 839 *Stat. Ach. 2, 84* illius ad capulum rediit manus 844 *Lucret. 2, 146* aera per tenerum *(Verg. Aen. 9, 699)* 847 *cf. Lucan. 1, 575 sqq.* 848 *Verg. Aen. 1, 96* o Danaum fortissime gentis Tydide 850 *Coripp. Ioh. 1, 201* matrem putat esse Creusam

Pyladis tantum facies non terret amicum.
inter delicias epulis regalibus aptas
esurit et facibus prohibetur tangere mensas.
sic inferna fames animo torquetur inane:
prandia conspiciens dapibus conferta potentum
ingemit, ac nullus cibus est, sed imago ciborum,
quos nec ut adtingat furia cohibente vetatur.
quid faciat? quos ille deos, quae numina poscens
eliciat supplex? vel tertia regna fatiget?
dum deflent omnes et tota plangitur aula,
alter adest gemitus, tristis dolor et metus ingens.
venerat Andromachae soboles Pyrrhique Molossus
ultorem genitoris agens. Pylades Orestem
tollit et externas subtractum mittit ad oras.
litora contigerat, fuerant ubi templa Dianae —
mos ubi saevus erat: miser advena victima ferri
ducitur — erectus mox stat vittatus ad aras.
vidit ut, armatur quod ferro ⟨ex⟩ more sacerdos,
expulsus terrore furor: mors proxima mentem
reddidit et partem tribuere adversa salutis;
nam miser ingeminans Agamemnona saepe vocavit.
audierat sollers Iphigenia nomen Atridis:
'hostia, dic, quis eras, aut cur Agamemnona clamas?'
saucius ille refert: 'ego sum miserandus Orestes
matre Clytaemestra genitus, regnator Atrides
noster erat genitor.' non ultra passa loquentem
proiecit cultrum percussa fronte sacerdos:
'solvite, carnifices, trepidantia membra ligati:
sanguine corda carent, non est haec hostia grata.'
dixit et exutum vittis summovit ab ara,
omnibus exclusis non se negat esse sororem;

---

855 Esuriret faucibus *B* 856 Sic *an* Sit *incertum* *B* interna *Mähly* fame somno *Rossberg* inani *Mähly* 857 Grandia conspiens *B* conserta *A* 859 Quos noc& adtinguat furiaccibente uetatur *B*, Quos nec ut attingat furia accumbente uetatur *A* ne contingat *Bährens* furia cohibente *Hagen* 860 deos quae *A*, deos quo *B* poscent *B* 861 ut *B*, an *A*, vel *Rossberg*, aut *Schenkl* 862 deflent *A*, deplectent *B* 863 Alter *B*, Ultor *A* 865 piladis *A* 866 Tollit et *A*, Tollite *B* externas *B*, extremas *A* 867 Litera conticera *B*, Littore constiterant *A* ubi *B*, ibi *A* 868 ubi saevus *A*, serbus ubi *B*, ibi saevus *Rothmaler* 869 erectas *Rothmaler* mox statuitatus *B*, mox ipse staturus *A* 870 Vuidit (u *del.* B^2) *B* armatur B^1, armetur B^3A quod ferro *A*, *om. lacuna novem fere litteris apta B* ex *addidi* armatur ferro de more *Rossberg* 871 mors *B*, mox *A* 872 tribuere *A*, triuere *B* 873 uocant *B* 874 sifigenia *B*, ephigenia *A* atridae *A* 875 clamans *B* 876 refr& *B*, *cf. 900* 880 ligatis *BA*, *corr. Rothmaler* 881 carent *B*, micant *A* 882 uittis sūmouit *A*, uitis sūmobitā *B*

---

854 *Ov. met. 6, 488* regales epulae. *Coripp. Iust. 3, 128* inter delicias. *3, 87* regales epulas. *cf. 3, 217* 856 *comparantur Lapithae v. Verg. Aen. 6, 603 sqq.;* ingemit *et* vetatur *coniungenda cum* inferna fames 860 *Homer. 970* quid agat? quae numina supplex invocet? 861 *Ov. am. 3, 8, 50* tertia regna *(fast. 4, 584 Lygd. 5, 22). cf. ind. s. v.* tertius 867 *Lucan. 8, 33* litora contigerat 870 *Stat. Theb. 7, 568 tigridas* ex more sacerdos . . . curat 873 *Verg. Aen. 2, 769* Creusam . . . ingeminans iterumque iterumque vocavi 881 *X 246* sanguine membra carent. iam non erit hostia grata

sed videt interdum vitiata mente furentem
nil sano sermone loqui. quem nocte precatu
purgat et ablata migrat cum fratre Diana.
ut patriam rediere suam, mox Fama Molossum
instruit: accusat gemino de crimine Orestem:
legibus exhibitum mediis induxit Athenis.
conscendere patres templum praebente Minerva;
surgit Achilleus stimulatus amore paterno
et sic orsus ait: 'proceres, legalis origo,
arguo mortiferum sceleratae mentis Orestem,
sanguinis oblitum, humani iuris egenum,
sacrilegum superum, perfusum sanguine matris
et dextra fundente sua. sed adultera forsan
mater erat. Pyrrhus numquid fuit alter Egistus,
quem necat in templo caelestia dona ferentem
eversorem Asiae, natum armipotentis Achillis?
forte refert, quia mater erat scelerata profana,
crimen adulterii cumulat quae morte mariti.
percutienda fuit rea maxima iudice iusto,
non tamen ense suo. quid iam peccasse pudebit,
cui prius est in matre nefas? censete severa,
Cecropidae proceres: decet ultio talis Athenas.
cuius in exitium sat erit non culleus unus;
talibus hic opus est: aequentur vulnera membris,
partibus abscisis sibi sit de morte superstes,
tempore sed modico vivax laniando cadaver.'
haec ait et tacuit. cui sic respondit Orestes:
'summates Danaum, sapientes, lumina cordis,
culmen Athenaeum, censores iuris honesti,
gaudeo securus quod apud vos causa movetur,
sunt quibus uxores, quibus est affectus amandus,
et meminisse reor primaevi temporis annos,
quid sit amor sponsae, thalami quae vota futuri.
dis superis grates, quod post tot funera mentis
arguor adsistens inter subsellia sospes.
incolomis veneror sanctum per iura tribunal,

---

884 uitia *in* uitiata *corr.* B^1 885 q̃ẽ nocte pręcatum *B* 887 patria rediere sua *B*, patriae r. suae *Haase* 888 discrimine horestem *A* 889 inducit *A* 890 Consedere *A* praesente *Rossberg* 891 atihilleus *B* 896 adultera *L. Müller*, altera *B*, et altera *A* 898 ferente *B, cf. 338* 899 Auersorem *B* achilli *A* 900 ref//& (r *erasa, sed super & iterata*) *B, cf. 876* 901 q; *B* 902 fuittrea *B* 903/4 Quid — nefas *habent LHDX* 903 pigebit *HX* 904 Cum *LHDX* pius *L* mente *H* cens & hec reuera *B* 905 recopide B^1, Cecropide B^2 907 hic *C. G. Müller*, hoc *BA*, huic *Rossberg* 908 superestes *B* 909 sed *B*, sit *A*, *an* sub? 911 lumine *A* 914 amandi *C. G. Müller* 915 annis *Schenkl* 916 Quod *B* 917 Diis *A* 918 adsistiens *B* subselias opes *B* 919 per iara *B*

---

894 *Stat. Theb. 7, 569* sanguinis oblitas *(alia vi)* 905 *cf. Stat. Theb. 12, 569 sqq.* 906 *Ov. met. 7, 406* huius in exitium. *Iuv. 8, 213* cuius supplicio non debuit una parari simia nec serpens unus nec culleus unus 907 *Lucan. 2, 177* aequataque vulnera membris. *ad Orest. 477* 908 *Prud. perist. 4, 115* morti propriae superstes 909 *Coripp. Ioh. 6, 44* tempore sub modico 915 *cf. Sil. 10, 493 Maxim. eleg. 2, 35* 916 *ad II 64*

a licito discerno nefas. tractate, verendi.
non de lite mea sententia vestra ferenda est,
sed de iure deum, qui me purgasse probantur,
dum medicinalem tribuunt per corda salutem;
nemo poli servare deum, puto, vellet iniquum.
iustior invenior, dum matrem vindicat ultor:
si ulciscenda rea genetrix, quid iam pater insons?
quis, rogo, sacrilegus, quis demens audeat almos
accusare deos, quibus est perfecta potestas?
scilicet accuset, vocet in certamina divos,
obiciat facinus: praesumat bella gigantum.
forsitan obiciat: fuerant cur ergo furores?
cura doloris erat, proceres, nec poena reatus:
taedia sollicitant animos mentemque fatigant.
Pyrrhus erat raptor, vindex post bella rapinae:
arguit unus iners quem conprobat ordo deorum.
quaeso, duces legum, sententia vestra resolvat
purgatum sub iure deum, sub sorte benigna.'
dixit et inposuit moderata silentia linguae.
consilium petitur, facta tractantur Orestis.
mos erat arbitrii quod dispar calculus iret:
albus adest vitae, nam mortem russeus urguet.
iudicii certamen erat, sententia duplex
discrepat et numerus par est utrique coloris.
calculus albus erat, habuit quem dextra Minervae:
is datur ad vitae numerum, 'purgandus Orestes'
dicitur et procerum talis sententia fertur:
'si decreta deum homini tractare liceret,
posset Orestis opus legali tramite quaeri;
sed quia praescripto capimur, clementia caeli
non sinit audiri, iuris censura quiescat.
quis temerator erit caelestia iura movere?

---

920 disterno *B* tractante uerendi *A*, tractate uenendi *B* 921 ferenda *(om.* est*)* *A* 923 salutes *B* 924 servare reum *Bährens* 925 *et* 926 *non recte loco moverunt: post* 920 *posuit Mähly, post* 933 *Rossberg, alii alibi* 926 rea est *L. Müller* 927 *om. A* 927 quis demens — 928 potestas *habent LHDX* sacrilegos *B, corr. Mähly* quis prudens *LH* 928 *om. L* Incusare *HDX* perfecta *BAX*, permissa *HD ex Lucano 1, 595* 929 aucuset *B* duos *B* 930 Ouiciat *B*, Quid faciat *A* 931 furores *B*, nocentes *A* 932 ne *B*, nec *Peiper*, non *A* 935 deorum *A*, deo *nil amplius B* 936 sententia *A*, sentia *B* 939 facta *A*, fata *B* 940 arbitrii quod *A*, arbitri quos *B* arbitris *Bährens* 942 dupplex *A*, suplex *B* 943 numerus paris utrique (paris est utrinque *A*) coloris *BA* par est *C. G. Müller*, parilis *Haase* 945 His *B* orestis *B*, horestis *A* 946 ucitur B^1, *corr. in* Dicitur B^2 pocerum *B* fertur *Rothmaler*, perra *B*, uera *A* 947 deum deum *B* 950 Nec sinit *Mähly* tensura *B* 951 Qui temerator — 952 inpunis *habent HDX* 951 *et* 952 *post* 952 *repetiti sunt in B* (B^a B^b) 951 Qui *AHDX* iura $B^a AHX$, iussa B^b, iure *D*

---

920 *Stat. Theb. 12, 569* properate verendi Cecropidae 929 *Verg. Aen. 6, 172* cantu vocat in certamina divos 933 *Coripp. Ioh. 2, 311* animum corpusque fatigans 938 *Coripp. Ioh. 4, 338* silentia linguis inposuere suis 940 *Ov. met. 15, 41* mos erat antiquus niveis atrisque lapillis his damnare reos, illis absolvere culpa. *Anth. 192, 1* discolor . . . cauculus astat. *193, 3* discordans cauculus exit 942 *Hor. ars 219* sortilegis non discrepuit sententia Delphis 945 *Orest. 151* purgandus Orestes

non erat inpunis Paris arbiter ille dearum,
Teresias nec erat iudex inpune Tonanti.
raptor obit Pyrrhus, iusto mucrone peremptus.
quod per templa ruit, fuit et perfecta potestas,
si vellent, punire deis. securus Orestes
sitque redux patriae nullo damnante reatu.'
actum erat. excipiunt populi clamore faventes,
suscipit egressum Pylades laetus amicum
amplexaeque tenent laeva dextraque sorores,
quattuor et reduces laeti petiere Mycenas;
regia divitiis reputantur tecta relatis.
di, quibus imperio est facilis concessa Tonantis
aeris et pelagi terrae caelique potestas,
vos pietas miseranda rogat, vos mitis honestas,
vos bona simplicitas, affectus sanguinis orat,
vos genus humanum, consortia sancta cruoris,
stemmata vos generis, cognatio iuncta precatur:
crimina Lemniadum sat erant, Danaeia festa,
quae thalamos fecere rogos, et facta Thyestis
innumerumque nefas, quod sit narrare pudoris;
ecce Mycenaea triplex iam scaena profanat
Graiugenum famam: vestro iam parcite mundo
atque usum scelerum miseris arcete Pelasgis.

---

952 N//on *(erasa* n*)* *B* erat B^b, erit $B^a AHDX$ inpuuis *X* 953 Necterestas erat *B*, Non praestatus erat *A*, *corr. L. Müller* inpone *B* 954 pirrus iuxto *B* 955 fuit et *C. G. Müller*, fuit est *BA* 957 damnantes *B* 958 Actum erat *A*, A//ttuerant *(erasa* c*)* *B* 959 egressus *BA*, *corr. C. G. Müller* 960 Amplexeq· tent leua *B*, Amplexuque tenent laeva *A* 962 Regia diuitis reputuntur *B*, R. diuiciis implentur *A* repetuntur *Rothmaler*, reparantur *Haase*, replentur *C. G. Müller*, potiuntur *Leo* 963 Dii *BA* 965 honestos *B* 966 bona *A*, una *B* 968 uos *A*, hos *B* iuncta *BA*, cuncta *C. G. Müller* 969 lemniadum *B*, naiadum *A*, Laiadum *L. Müller* erunt *A* daneia *BA* fecta *B*, facta *A*, pacta *L. Müller*, festa *ego* 970 et facta *A*, effacta *B* 971 narrare pudori *A*, narre pudoris *B* 972 miceneas *B*, myceneos *A*, *corr. C. G. Müller* stena *B* 973 Gradumgenum famamq· uestro *B* nostro *corr. in* uestro *A* 974 sceleris *A* Finis *subscribit A*, *nihil B*

---

960 *Verg. Aen. 2, 490* amplexaeque tenent. *Claud. 10, 100* dextra laevaque sorores 963 *Verg. Aen. 5, 235* di quibus imperium pelagi est *(6, 264)* 965 *Claud. 15, 404* te pietas polluta rogat 970 *cf. Orest. 451 X 521* 971 *Ov. met. 7, 687* sed enim narrare pudori est 973 *cf. X 572 et 588* 974 *Lucan. 2, 97* scelerum ... usum

DE MENSIBVS

Ianuarius. Purpura iuridicis sacros largitur honores
et nova fastorum permutat nomina libris.

Februarius. Sol hiemis glacies solvit iam verbere † niues,
cortice turgidulo rumpunt in palmite gemmae.

Martius. Martia iura movet, signis fera bella minatur,
excitet ut turmas et truncet falce novellas.

Aprilis. Post chaos expulsum rident primordia mundi,
tempora pensantur noctis cum luce diei.

Maius. Prata per innumeros vernant gemmata colores,
floribus ambrosiis caespes stellatur odorus.

Iunius. Messibus armatis flavae crispantur aristae
rusticus expensas et fluctus nauta reposcit.

Iulius. Humida dant siccas messes domicilia Lunae;
fontanas exhaurit aquas, ut Nilus inundet.

Augustus. Atria Solis habet, sed nomen Caesaris adfert.
mitia poma dabit, siccas terit area fruges.

September. Aestuat autumnus partim variantibus uvis
agricolis spondens mercedem vina laborum.

October. Promitur agricolis saltantibus ebrius imber
rusticitasque decet gaudens plus sordida musto.

November. Pigra redux torpescit hiems; mitescit oliva,
et frumenta capit quae faenore terra refundat.

December. Algida bruma nivans onerat iuga celsa pruinis
et glaciale gelu nutrit sub matribus agnos.

---

de hoc et insequenti carmine vide praefationem 2 permittit *Bährens* 3 niues *Corio*, mitis *Traube*, vemens *Leo; an* tundens? iam vere nivesque *Bährens* 9 uernat *Corio*, *corr. Bährens* 10 cespes *Corio* 11 crispae flavantur *Corio, corr. Bährens* 17 *an* passim? 19 Euhius imber *Bährens* 22 foenore *Corio*

---

1 *plane gemellum est carmen Anth. 117, nil tamen habet in singulis simile; cf. etiam 394. 395* 4 *Beda de celebr. temp. 69* turgent in palmite gemmae

---

DE ORIGINE ROSARVM.

Icitur alma Venus, dum Martis vitat amores
  et pedibus nudis florea prata premit:
sacrilega placidas irrepsit spina per herbas
  et tenero plantas vulnere mox lacerat.
funditur inde cruor, vestitur spina rubore;
  quae scelus admisit, munus odoris habet.
sanguine cuncta rubent croceos dumeta per agros,
  et sancit vepres astra imitata rosa.
quid prodest, Cypris, Martem fugisse cruentum,
  cum tibi puniceo sanguine planta madet?
sanguineis Cytherea genis, sic crimina punis,
  uracem ut spinam flammea gemma tegat?
sic decuit doluisse deam, sic numen amorum,
  vindicet ut blandis vulnera muneribus.

1 Dicitur *Corio, corr. Traube* 2 praemit *Corio* 7 croceus *Corio, corr. Bährens* 12 uracem *confidenter posui licet nusquam legatur,* Veracem *Corio,* mordacem *Bährens*

6 *sat. 162* quae scelus ammisit, munus honoris habet

FRAGMENTA.

I.

floril. Veron. fol. 1^{r} col. 2 vers. 1 Bloxus in Romulea:
quia numina semper
irasci miseris possunt, felicibus autem
et praestare volunt.

cf. Lucan. 3, 449 et tantum miseris irasci numina possunt

II.

periit carmen in honorem Zenonis imperatoris Byzantini. cf. praef.

III.

de carmine in honorem Thrasamundi regis v. praef. comparandi sunt versus a Florentino in laudem regis *facti Anth. lat. 376. Cassiodor. var. 5, 43. 44. Procop. 1, 8 Fulg. ad Thras. (Migne 65, 223 sqq.) passim, imprimis 1, 2 et 36.*

EVGENII TOLETANI

EPISCOPI

CARMINA

APPENDIX : DVBIA ET SPVRIA

EPISTVLAE

FRAGMENTA

Dracontii libros ab Eugenio recensitos cum epistola et carminibus quae ad hoc opus pertinent iuxta Dracontii versus edidimus supra p. 27 sqq.

LIBRI

CARMINA

M Matritensis bybl. nat. 14, 22 saec. X

M^a conlectio prior fol. 53

M^b conlectio altera fol. 62

A fragmenta Legionensia León Iglesia Catedral fragm. 8 saec. X

de horum foliorum mutilorum lectionibus cave ex silentio meo quidquam concludas

L codex Legionensis León Iglesia Catedral n. 22 (nunc 21) saec. X

F Parisinus (olim Fabri) lat. 8093 saec. IX

P Parisinus lat. 2832 saec. IX

Y florilegium vetus servatum codicibus his:

C Parisinus lat. 7540 (olim Colbertinus) saec. X

R Vaticanus Reg. lat. 2078 saec. IX/X

T Parisinus lat. 8071 (olim Thuani) saec. IX

Lips. Lipsiensis bybl. senat. XLVIII saec. XII

Brux. Bruxellensis 8860—67 saec. X

qui praeterea singula carmina exhibent codices ante haec carmina nominati sunt

APPENDIX

M v. sub CARMINA

C Cantabrigiensis G g 5, 35 (1567) saec. XI

EPISTVLAE I II

L codex Leg. n. 22 v. supra; inde fluxit

E Escurialensis J II 10 saec. XVIII

III

E Escurialensis d I 1 saec. XI.; inde descriptus est

M Matritensis bybl. nat. C 81 saec. XVII

IV

M Matritensis real. acad. hist. S. Aemil. in Cogolla 1 saec. XII/XIII

Baluzius Stephanus Baluze, Miscellaneorum liber IV. Paris. 1683 p. 397

T Toletanus bybl. capit. 27, 24 saec. XVI (apographon Perezii)

numeri carminum in marginibus adiecti sunt editionis Lorenzanae (patrum Toletanorum tom. I Matriti 1782, inde Migne patrol. Lat. 87) atque

romani I—XXXI *respondent parti primae Lorenz. p. 19 sqq. Migne p. 359*

arabici 1—89 *parti alteri Lorenz. p. 57 sqq. Migne p. 389*

graeci α—δ *parti tertiae Migne p. 402 sq. cf. Lorenz. p. 78*

⟨CARMINA.⟩

⟨PRAEFATIO.⟩

Obliquo memet visu qui figis, ocelle,
si mihi rite placet, quae tibi cura manet?
quamvis rancidulum rugata fronte susurres,
non pavet Eugenius, non pavet Eugenius.
nil valet, infelix, nasutas fingere sannas
atque animum coeptis tristificare bonis.
invide, iam cessa, iam cessa, perfide, cessa:
prodest hoc animae, fac mihi crede, tuae.
quod si livor adest et adhuc te concutit, audi:
nec nobis noceas nec tibi proficias.
at tu, qui nostras tranquillo pectore nugas
perlegis et blande rustica verba foves,
sis vita locuples et Christi munere dives
sermone pollens ingenioque vigens
suavibus effinges at . . . . . .
nec vereare libris aemula flabra tuis.
praesens incolomi transcurras tempore saeclum
et faveat iugis pax tibi paxque tuis.

VARIA LECTIO *Totius* libelli diversi carminis *(sic Ildephonsus) titulus non extat in AL (de M v. ante carmen 13) neque in FP,* Incipit opusculum beati Eugenii episcopi *CB,* Incipiunt opuscula beati Eugenii *T,* Incipit opus celebre beati Eugenii episcopi *R*

[PRAEFATIO]: *P (non F) C (ex hoc descriptus B[ern]. 36 saec. X f. 139v B, quem contuli) TR* praefatio *pro titulo non legitur in ullo codice* 1 Obliquū equi uisum figis opelle *T,* Obliquum nostrae vultum qui figis opellae *Sirmond edd.* 6 Neque *R* 8 sat mihi *Sirmond edd.* 9 Et si *R* 10 Nec bonis *T* 12 mistica R^1 14. 15 *om. Sirmond edd.* 14 Permoue *CB* 15 Suauibus (Suauitas *B*) effinge sat (effinges ut *R*) duo pentametris *codd., quod conferruminatum videtur ex hexametro casu in formam pentametri mutilato et glossa marginali ad* 15/16 *spectante* duo pentametri. *ut exemplum ponam versus destructi:* suavibus effingas et florida carmina dictis (sat pulcra poemata metris *Bücheler ingeniose*) 16 uereare *PR,* uereas *CB,* metuas *T* fabra *CB*

NOTAE [PRAEFATIO] 3 *Engelmodi carm. 1, 13* nec non rancidulam resones cum paene querelam *(3, 15)* 5 *Pers. 1, 33* rancidulum quiddam balba de nare locutus. *5, 91* ira cadat naso rugosaque sanna. *Paul. Albar. c. 10, 29* fingere sannas. *4, 22* rancide sannas... pangit 7 *Paul. Albar. c. 10, 28* perfide crede 13 *Ecbasis captivi 805* sit vita locuples et Christi munere dives

(I)

I. ORATIO.

Rex deus inmense, quo constat machina mundi,
quod miser Eugenius posco, tu perfice clemens:
sit mihi recta fides et falsis obvia sectis,
sit mihi praecipue morum correctio praesens,
sim carus, humilis verax, cum tempore prudens,
secreti tacitus et linguae famine cautus.
da fidum socium, da fixum semper amicum,
da blandum sobrium parcum castumque ministrum.
non me pauperies cruciet aut langor obuncet.
sit comes alma salus et sufficientia victus.
absint divitiae fastus et iurgia litis,
invidia luxus et ventris pensio turpis.
crimine nec laedam quemquam nec crimine laedar.

---

[1] *FPCTR Lips. Brux. hoc carmen pervulgatum per medium aevum solum extat scriptum in multis codicibus, partim electo Eugenii nomine e v. 2 aliis quasi auctoribus adaptatum atque etiam aliis locis interpolatum. libros non enumero nisi antiquiores:*

α Cotton. Vespasian A I saec. VII/VIII f. 156 (catalogue of anc. mss II p. 8 sq.; mihi contulit George F. Warner)
β Leidensis Voss. lat. Q. 69 saec. IX f. 19v (mihi contulit P. C. Molhuysen)
γ Berolinensis Phill. 1825 saec. IX f. 45v (mihi contulit P. de Winterfeld)
δ Darmstadensis 3301 saec. IX f. 3r (contuli)
ε Valentinianus (387) 405 saec. IX f. 1r (contuli)
ζ Casinensis 439 saec. IX/X f. 142b (Caravita, i codice e le arte a Monte-Cassino I 180, Reifferscheid bibl. patr. It. II 371; non contuli)
η Paris. lat. 528 saec. IX f. 121
ϑ Paris. lat. 1153 saec. IX f. 66 } *mihi contulit Lebègue*
ι Paris. lat. 13377 saec. IX f. 149b

totum carmen affert Alcvinus off. p. fer. 150 (Duchesne I p. 264 Migne 101, 579), praeterea v. 1—2 et 3—7 duobus alienis interpositis quasi Bedae sint exhibet Giles (Bedae opera I p. 103, neque vero insunt in Bedae codicibus Parisinis 3088. 4887. 8092. 8319), v. 1. 2 repetivit subscriptor codicis Casinensis 23 (173) saec. X/XI f. 121 (Caravita II p. 52) ex codicibus qui hoc carmen solum praestant non delibo nisi graviora

Oratio beati Eugeni iunioris *F*, Oratio *PCT*, Oratio eiusdem *R*, Oratio (sancti *add.* ε) Eugenii Toletani *(om. ζ)* episcopi (e. T. δ) *αδεζϑ Alcvin.*, Oratio Eugenii Toletanae sedis episcopi *Lips.βηι*, *sine titulo γ Brux.*, Oratio ad deum *Sirmond edd.* 1 inmense *FPCR Lips. Brux.* $α^1δζ$, inmensi $Tα^2βηϑι$ *Alcvin. Giles edd.*, inmensus *γ*, inmense et ε qui *ι* 2 Quod miser imploro Eugenius tu δ, Quod miser imploro Egilhart tu ε Quod miser imploro, tu Christe *(om. β,* per Christum $α^2$*)* perfice *αβϑ Alcvin.* Q. m. imploro δd tu perfice c. *η*, Q. m. imploro exposcens tu perfice c. *ι*, Infelix ego quicquid posco perfice clemens *Cas. 23*, Unde ego posco miser supplex clementer adest⟨o⟩ *γ*, Quod miser imploro per Christum (te *add. Giles*) pie clemens Da vigilem sensum rex regum cuncta gubernans, Da precor ingenium, da mentis lumen honestum *Brux. et Giles* 3 *om. PCR* 4 recipue F^1, praecipuae *Cε*, praecipua *ι* 5 *om. Lips.* verax humilis *T Sirmond edd.* uerus R^1 6 Sim crebro *γ* flamine *F*, fulmine *C margo, Lips. Brux. βγεηι Giles*, famine *T margo, R margo, αϑ (in hoc* a *ex correctione) Alcvin. Sirmond edd.*, limine *PCTR Ecb. capt.*, culmine calamine δ 8 ministrum *latet sub tegmine in F* 9 cruciet nec *Brux. αδεϑ Alcvin.* 10 uirtus *P* 11 iurgia lites *Brux. γδϑ Alcvin.* 12 Inuidia ac luxus *F*, Inuidia luxus PTC^1R *(Lips.*[1] *legi non potest) βη*, Inuidiae luxus C^2 *Brux. αγδεϑ Alcvin.*, Inuidia et luxus *Sirmond edd.* tensio C^2 13 ne ledam *R Brux. αγδεϑ Alcvin.* ne crimine *γ*

---

[1] *Dracont. sat. 1* rex inmense deus. *cf. Aldh. laud. virg. 1678 Luitprand antapod. 2, 22 v. 3* imperio Christi quo constat machina mundi. *Vita S. Blasii 4, 20 v. 1 (Acta SS. Febr. I 356)* omnipotens dominus quo constat machina mundi 2 *cf. vers. Petri gramm. (poet. med. aevi IV p. 441) 4* perfice quod posco, per Christum quaeso, benigne 3 sqq. *cf. Paul. Nol. carm. 4* (oratio) *et carm. 5* (oratio) 6 *Ecbasis captivi 571* Secreti tacitus... cautus limine linguae 7 *Ecb. capt. 968* sis nobis fixus amicus 13 *Ecb. capt. 1053* nec lesero quemquam

sic bene velle queam, quo pravum posse recedat.
nil turpe cupiam, faciam vel proloquar umquam.
te mens desideret, lingua canat, actio promat.
da, pater altitonans, undosum fletibus imbrem,
quo valeam lacrimis culparum solvere moles;
da precor auxilium, possim quo vincere mundum,
et vitae stadium placido percurrere passu.
cumque suprema dies mortis patefecerit urnam,
concede veniam, cui tollit culpa coronam.

(II) II. COMMONITIO MORTALITATIS HVMANAE.

O mortalis homo, mortis reminiscere casus:
nil pecude distas, si tantum prospera captas.
omnia quae cernis vanarum gaudia rerum
umbra velut tenuis veloci fine recedunt.
praecave, non felix, ne te, dum nescis et audes,
quassans praecipiti dissolvat turbine finis.
porrige poscenti victum vel contege nudum,
et te post obitum sic talia facta beabunt.
dilige pauperiem, mordaces effuge gazas,
nam reddunt cupidis post carnis dulcia flammas.

---

14 recreat δ 15 Turpe nil *Brux.* ut proloquor *R* 16 desiderat $\beta\eta$ Te mens lingua canat desiderat actio promat *T*, Te mea mens sitiat sermo canat actio promat *Brux.*, Lingua canat te, mens desideret actio promat *Barth* 17 altetonans α^1 18 mores δ 19 Deprecor $\alpha\delta$ quo possim *P*α 20 studium β placidum p. possim γ 21 Dumque α 22 Concedes *T et* (s *erasa*) *Lips.*, Concedet γ Da ueniam clemens cui tollit culpa coronam. Gloria summa tibi caeli terrae (q; *add. man. recens*) creator, Qui deus es trinus regnans super omnia solus *Brux.*

[II] *A (fol. 4*$^{d\,1}$ *v. 9—14 sed maximam partem non iam legibiles) FPCTR Lips. Brux., praeterea:*
α Bernensis 455 saec. IX f. 22 (contuli)
β Parisinus bibl. Mazar. 512 saec. XI f. 134 (mihi contulit Lebègue)
γ Paris. 8319 saec. XI f. 54 (v. ad c. VI)
Rotomag. Prag. Halberst. (v. ad c. VI; non contuli)
δ Bernensis 312 saec. XI[XII f. 1^{b} *(contulit Hagen, carm. med. aevi p. 97) habet vv. 3—5*
Alcvinus vv. 3—6. 13. 14 suum in usum sumpsisse videtur; leguntur in τ cod. Monacensi 19410 saec. IX p. 52 inter Alcvini versus 55, 2 et 3, quem contuli; ex Alcvini codice S. Bertini nunc deperdito (Dümmler N. A. 4, 1879, 138) recepit Duchesne (Alcvini opera, CXC CXCI p. 1721) fortasse tamen P. Daniel hunc ipsum descripsit codicem in ε Bern. 268 saec. XVI p. 42 (contulit Hagen, l. l. p. 97), duas cum fecerit ut ille partes (I vv. 1—8 II vv. 9—14).
ζ Paris. nouv. acqu. lat. 241 saec. IX f. 202^{v} *post Bedae carmen de die iudicii (mihi contulit Lebègue) vv. 1—6, 13. 14 habet*

Precepta salutis *praescriptum in Brux.*, Versus Eugenii *(insuper* Catonis*)* α 2 Ni ε 3 variarum *Duchesne* gloria rerum β 5 *habet Micon 282* nun felix δ, nunc felix $\beta\tau$ *Brux. (hic om.* felix*)*, nunc miser *Micon* felix dum te dum F^1, *corr.* F^2 nec *in* ne *corr. Miconis b* nec te R^1 α, nec C^1 tu *Miconis b* dum cernis $\beta\varepsilon$ nescit *corr. b Miconis* audis $C^2R^1\beta^2\gamma\delta\zeta$ *Duchesne Miconis b corr. in α sic ordinati* 6. 9. 8. 11. *(item γ, qui* 10 *et* 7 *omisit) et* 10 *et* 7 *(hic bis) in margine suppleti; similes turbae in Rδ* 6 tucbine F^1 *ut videtur* 7 et contege *Brux.* mortales ε mendaces α^1 *ut videtur* 8 Ut *Lips.*, Non ε 10 *sic* Ut ualeas felix thesauros prendere caeli *Brux.*

[I] 15 *Ecbasis captivi 804* nil prave cupiat faciat nec proferat umquam 17 *cf. Paul. Albar. 7, 17* 22 *Paul. Albar. 7, 25* misero veniam, cui tollit culpa coronam, ... gratia... tribuat

[II] 1 *affert Iulian. Tol. ars gramm. 1, 21 (Gramm. Suppl. p. CCXXX, 4) exemplum* o *brevis et iterum 1, 28 exemplum* h *non consonae* 4 *Paul. Albar. 8, 20* veloci fine recessi 5 *Micon 282*

quamvis perspicuus auro gemmisque nitescas,
pauper et exiguus ibis et nudus ad umbras.
id solum tecum post mortis facta manebit
quod bene, quod iuste, quod recte feceris ipse.

(III) III. DE MENTIS HVMANAE MVTABILITATE.

Nescia mens nostri fixum servare tenorem;
nolumus et volumus, non unum semper amamus.
displicet ante placens atque olim conplacet horrens,
nunc rectum sequimur, nunc pravum corde tenemus:
nunc sancti castique sumus, nunc scorta fovemus;
nunc pollent sobria, nunc marcent ebria corda.
semper in ambiguo volvuntur pectora cursu.
quid iam plura loquar? quot lucent sidera caeli,
quot punctis horae, quot currunt saecla momentis,
tot nostra faciem mutat sententia formis.

(IV) IV. DE BONO PACIS.

Qui cupis infestum semper vitare chelydrum,
cordis ab affectu pace repelle dolum.
mens pace rutilat, quae Christum pectore gestat:
quae pacem spernit, haec furibunda perit.
pax animae vita, pax virtus paxque medella,
pax ordo rerum, pax bonitatis amor.
pax fessis requies, pax denique certa laboris,
pax blanda sociat, pax bona conciliat.

---

12 ibis sed *T* exibis nudus *γ* 13 At $R^1(C^1?)$ tecum solum *γ* mortes β^1 facta *AFPCTR αεγζ Brux. Duchesne*, fata *Lips. β Sirmond edd.* manebunt $C^1TR^2\alpha$ *Brux.*, beabunt R^1, beabunt *corr. in* meabit *γ*, meabit *ζ* tecum post mortem manet in aeuum *τ* 14 quod recte quod iuste *Sirmond edd.* recte feceris ipse *clare leguntur in A*

[III] *A (fol. 4d1 initia fere evanida) FPCTR Lips., praeterea habent: β Paris. bibl. Mazarine 512 saec. XI f. 134v (mihi contulit Lebègue), Andegavensis (274) 283 saec. XI p. 28 (non contuli), Casinensis 30 saec. X f. 196 (Bibliotheca Casin. I florileg. p. 214), Casinensis 230 saec. X f. 47 (Bibl. Cas. IV p. 241), Berolinenses Phill. 1732 saec. XII f. 126v (habet v. 1—6 tantum, mihi contulit P. de Winterfeld) et Phill. 1694 (Meerm. 471) saec. XII f. 241 (mihi contulit idem) titulo praeponit* Eugenius *Phill.* motabilitate *β* De mutabilitate animorum *Meerm.* 1 Nescit *Meerm. Cas. uterque* nostra *Meerm. Cas. uterque, Sirmond edd.* 3 conplacet *AFT Lips.*, complacet *β*, quod placet *Meerm.*, displicet *PCR* 4 recte *Phill.*[1] 5 casti sanctique *Meerm.*, sancti incestique *Cas. uterque* 6 Sobria nunc pollent *Meerm.* pallent *R* 7 tempora cursu *F* 8 *et* 9 *fere* quod *codd., etiam A* quod lucent quod luant sidera (syd. *Cas. 230) Cas. uterque* celo *(tamen* o *fortasse manus demum tertiae) F*, celis *Meerm.* 9 currunt quod *Cas. uterque* 10 nostra AP^1*Cas. 30*, nostram $(F?)P^2CTR$ *Lips. β Cas. 230* faciem nostram *Meerm.* motat *β*

[IV] *A (fol. 4d1. 2) FPCTR Lips. et: Berol. Phillips 1732 saec. XII f. 126r (mihi contulit P. de Winterfeld), Monacensis 18628 saec. X f. 93r (contuli) in A multa non agnoscuntur post titulum* carmen eroicum elegiacum *A* 1 cupit *Phill.* celidrum *(sic AF) vel* chelidrum *codd.* 2 ab *(certum in A) om.* F^1 pace relinque *Phill.* 3 pacem *T*, parce *Phill. Mon.* rutilans et xp̃o *(corr. in* xpũ *man. alia)* pectore gestans *Phill.*, rutilans et xp̃m p. gestat *Lips.* 5 medellis *Mon.*

[IV] 1 *Samson (PMA III p. 146) 4* infestum virgo mallens vitare celidrum 7 *Verg. Aen. 3, 393* requies ea certa laborum. *cf. Drac. 1, 559*

pax lites reprimit, pax gaudia tota remulcet,
pax pia corda regit, pax mala cuncta fugat.
pax tria summa deus pacatis praemia praestet,
iurgantes perimet pax tria summa deus.

(XIII) V. DE BREVITATE HVIVS VITAE.

Criminum mole gravatus et reatu saucius
carmen insonare nitor luctuosis questibus:
lacrimis ora madescant, verberentur pectora.

mundus ecce nutat aeger et ruinam nuntiat,
tempora grata fugantur, ingeruntur pessima,
omnia mala propinquant et bona praetervolant.

Eugeni miselle plora: langor instat inprobus,
vita transit, finis urguet, ira pendit caelitus,
ianuam pulsat ut intret mortis ecce nuntius.

cur, inique, concupiscis falsa mundi gaudia?
cur caduca non relinquis, curris ad perennia?
dum petis tantilla lucra, dona perdis maxima.

dic, miser, carne soluta quid tibi solacium?
nil boni portabis illic quo recedat ultio,
poena te cremabit ardens, anxiabit spiritus.

nemo te, miselle, crede, nemo consolabitur,
non parentes aut propinqui, non sodales optimi;
cuncta te procul abibunt, quae amasti dulciter.

corrige, crudelis, actus, terge noxam fletibus,
sit tibi pro pane luctus, lacrimae pro gaudio,
pande Christo probra cordis eiulando fletibus.

---

9 gaudia multa *Mon.* 10 reget F^1, gerit *T Mon.* fugit *F Phill. (A non legitur)* 11 placatis *Phill.*, peccatis *Sirmond edd.* 11 *et* 12 pax tria AC^1T *Lips. Mon. Phill.*, pax pia *F*, pax trina PRC^2, pax tua *Phill.*^{2} *in v. 12* praestet *quod conieci, potest fuisse in A*, praestat *cett. codd.* 12 perimet *A Lips. Phill.*, perimit *reliqui*

[V] *A (fol. 4*^{d2} *v. 1—8, in quibus fines iam evanidi) FP Brux.* carmen *titulo praeponit A*, Item eiusdem metro trochayco de brebietate (e *altera erasa*) huius vite *F*, De annuntiatione ruinae *Brux. trinorum versuum strophae in AP Brux. initialibus seu rubris seu maioribus solito, in F notis post tertium quemque versum indicatae sunt* 3 ora ma *scripsit* F^2 *in rasura* madescunt *codd., correxi* uerberentur *A*, uerberantur *reliqui* 4 nutat *AP Brux.*, natus *(F?) edd.* ru//inam *(erasa* g*) A* nuntiet *videtur esse in A* 6 appropinquant *ex correctione manus primae Brux.* 7 Eumenis ille plorans *Brux.* 8 pendit *sic AFP*, pendet *Brux. edd.* 13 solutus quod *Brux.* miser futurum in luctu quod *Sirmond edd.* 14 Nihil boni tecum portabis illic quod recipias ultio *Brux.* 15 anxiabis sp̃u *Brux.* 16 crede *Brux.*, credet *cett.* 18 *inter* Cuncta *et* te *interposuit* a F^2, Cuncta a te *P*, Cuncta tunc *Brux.* abebunt F^1 19 hactu *F*, actum *P* crudeles actus *Brux.* 20 lacrimis F^1, lacrimę F^2P, lacrimas *Brux.* 21 Christo pio corde hieulando *Brux.*

---

11 *Prud. apoth. praef. 1* est tria summa deus. *cf. ad Drac. 1, 563*

[V] 1 *Iuvenc. 2, 786* curarum mole gravatis 7 *exhibet Iulian. Tol. ars gramm. 1, 35 (Gramm. suppl. p. CCXXXII, 14) exemplum* eu *dipthongi*

o deus, bonum perenne, semper exorabilis,
cerne fletum profluentem de medullis intimis,
vincla criminum resolve, pone finem lacrimis.

nolo me, pater, Averni mancipes incendio,
flamma quo iugis adurat membra citra terminum;
hic repende quod meremur, sit quies post transitum.

o genus mortale, mecum lacrimas effundite,
pauperi praebete victum, 'parce' Christo dicite;
forsitan iram refrenat, donat indulgentiam.

(V)

VI. CONTRA EBRIETATEM.

Qui cupis esse bonus et vis dinoscere verum,
ut mortis socium sic mordax effuge vinum.
nulla febris hominum maior quam viteus humor
inmodice sumptus: vincit letale venenum,
sontior est igne, viroso sontior angue.
quantum vina nocent, non tantum vipera laedit.
inde tremor membris, inde est oblivio mentis
et gressus poplite nutans et visio fallax.
surdescunt aures, balbuttit denique lingua,
perdens eloquium profundit semilatratum.
dic mihi, dic, ebrie, vivis an morte gravaris?

---

22 bonus perennis *P*, bone perennem *Brux.* 23 profluendem *F* 25 Nolbo F^1 26 Flammaq: iugis *P*, Flammae quo iugis *Brux.* aduret *(F?)* adurat citra mundi terminum *Brux.* 29 Christe *Brux.* 30 ira refrenans *Brux.* don& *(sic) in versu omissum in marg. add. P* *post* 30 *sic Brux.:* Gloria et honor deo virtus et imperium una patri filioque inclyti paraclyto cui honor et potestas in aeterna saecula

[VI] *M^bFPCTR Brux. Lips. (hic v. 1—10 tantum), praeterea: Trevirensis 1464 saec. X fol. 245 (v. 1—6 tantum, contulit Huemer, Wiener Studien 5, 1883, 169) Rotomagensis 1470. O. 32 saec. X]XI fol. 79 (habet carmina VI II VII hoc ordine non separata) eiusque cognati, si non ex eo ducti: Pragensis bibl. univ. VIII 47 saec. XII fol. 2 (item VI. II. VII, cf. Abh. d. böhm. Ges. d. Wiss. 6te Folge Bd. V Prag 1872 p. 38) et Halberstadensis Domgymn. 71 s. XV (v. Wattenbach, Anzeiger f. Kunde d. d. Vorzeit 25, 1878, 319; hos tres non contuli) Paris. lat. 8319 saec. XI f. 54 (et ipse continet VI II VII non distincta, mihi contulit Lebègue); porro Casinensis 294 (495) saec. IX fol. 1^a (inde expressit Caravita II, p. 18 cf. Bibliotheca Casinensis V 1 p. 61), Sangallensis 899 saec. X p. 11 sq. (contuli), Parisinus lat. 8440 saec. X fol. 37^v (mihi contulit Lebègue) Parisinus lat. 8433 saec. XIII ex. f. 120 (mihi contulit Lebègue) Coloniensis XCI saec. VIII fol. 1 'manu satis antiqua' (habet v. 1. 2 solos; mihi contulit Klinkenberg)*

tit. Canon de diversis causis *Colon.*, Ne uinum inmoderate bibatur *Lips. Sang.*, De aebrietate cauenda *Brux.*, Versus egregii doctoris Sedulii de ebrietate *Paris. 8433, nullo titulo Trevir. Cas. Paris. 8319* 1 Qui cupis esse bonus et vitam queris honestam *(i. versus Catonis 1)* Qui cupis *eqs. Cas.* dignoscere *Paris. 8433*, discernere *Cas.* ueruam *Trev.* 2 mortus *M* uinuum *M*, uenenum *prima man. Paris. 8440* 3 homini *M Paris. 8433*, hominis *T* uiteus humus *Sang.* 5 igne *MFC^2R Trev. Paris. 8319. 8433*, igni *PC^1R^2T Cas. Paris. 8440* Sontias est igne uraso sed sontias angue uenenum R^1, Sentior igne uinum sed sontior uinum et angue *Brux.*, Sontior igne uiroso sontior angueu̯ uenenum *Paris. 8319* 6 *om. Lips. Sang. Paris. 8433* 7 in membris *Cas.* est olibio *M*, et o. *FC* 8. Egressus TC^1 *Cas.* poplitum natans *Paris. 8433* Egressus fallax poplite n. et visio *T* 9 Sordescunt *Sang.* balbuttit *MC Lips. Sang. Brux.*, balbutit *FPR Cas. Paris. 8319. 8433. 8440 Micon*, balbutat *T* 10 Perdes *M*, Perpens *Cas.* perfudit *M*, perfundit *C* semina oratum TC^1R^2 *ante* 11 *novus titulus in Sang.:* Ad ebrium 11 uic bis ac morte *M*, uiuisne an morte *T Sirmond edd.*

[VI] 5 *Hor. epist. 1, 17, 30* cane peius et angui vitabit 9 *Micon 51 praescripto* BALBVTIT; *cf. Eug. c. 14, 45*

pallidus ecce iaces, ecce sine mente quiescis;
aegra quies oculos letali pondere clausit:
non bona, non mala, non dura, non mollia sentis.
hoc tantum distas a fati sorte sepulto,
quod tenuis miseros suppungit anhelitus artus.

---

12 ecce sine *MFPRC*[1] *Sang.*, et nunc sine *T Sirmond edd.*, et sine *C*[2] *Brux.*, estu sine *Paris. 8433* sine] egra *Cas.* quiescit *M*[1] 13 *om. Sang. Paris. 8433* Egre geris oculos l. p. clausos *Cas.* 14 non mala scis non duraue mollia *Paris. 8433* 15 a facti *M*, affati *Sang. Paris. 8433* fati sore *R*, fatis ore *Brux. Paris. 8319* fati morte remotus *Cas.* sepulti *Paris. 8433* 16 Quod genuis *M* misero *Paris. 8319* ane ... *nil amplius Cas.*

ne quis desideret hic addo carmen non Eugenianum, at secundum illius versus VI et VII postea factum:

VERSVS CATONIS CONTRA LVXVRIAM

Qui cupis esse bonus, qui vitam quaeris honestam,
dilige munditiam corporis atque animae.
munda domus mundi dominum retinere valebit,
nam tali semper hospite sospes erit.
cernitur omnipotens a mundo corde beatis,
cernere sordiduli non meruere deum.
luxuriam fugito, si vis conscendere celsa,
nam petit inferna luxuriosus homo.
luxuria proceres multos detraxit ad ignes,
pro dolor, et minimos semper ad ima trahit.
luxuria prorsus sensus detruncat acumen,
inficit et mentem, sauciat atque gravat,
divitias animi pariter detexit ut aurum,
enervat vires, sordidat atque premit.
semper amat miseros piceas demergere flammas,
semper amat socios subdere daemonibus.
ergo cave prudens nocitura libidinis arma,
scilicet ingluviem musticeamque luem.
crapula cum bibuli crassam repleverit alvum,
ad ioca sordidulam luxuriosa trahit.
semper amat risus, semper crispare cachinnos,
semper luxuriam venter obesus amat.
ardua regna petis: ventris moderentur habenae,
ne stomachi currens frena remissa cadas.
si vis ergo poli, frater, conscendere regna,
dilige munditiam corporis atque animae.

praesto sunt codd. P Parisinus 2832 saec. IX fol. 135 (inde Martène et Durand, Thesaurus anecdotorum, Paris 1717, V 399 cum falso nomine Theodulfi; contulit Peiper codicem), Coloniensis CIII saec. XI fol. 192[v] *(inde Jaffé-Wattenbach, catalog. cod. p. 41; mihi iterum contulit Klinkenberg), Bernensis 455 saec. X fol. 21*[a] *(inde Hagen, carmina medii aevi p. 96), Bruxellensis 8860—7 saec. X fol. 32 (contulit Peiper, qui Eugenii esse credebat), Palatinus 243 fol. 66 manu saec. IX/X (cf. Reifferscheid Bibl. patr. Ital. I 268 Stevenson, cod. Palatini I p. 60, descripsit Traube)* Versus Catonis contra luxuriam *Col.*, Item alium *(post* versus Zmaragdi*) Bern.*, De castitate corporis *Brux., sine titulo P* 1 *habet cod. Casinensis 294 (495) ante Eug. carm. VI; in suum usum convertit Theodulfus 42, 1 (Poet. aev. Car. I p. 540), cf. Columban. monosticha 2* vitam qui quaerit honestam quaeris uitam *Hagen ex Bern., errore puto* 2 atque] et *Brux.* 4 tals-semper *Brux.* hospites sospes *Brux.* 5 beati *Brux. Hagen* 7 conscendere caelum *Bern.* 9 *et* 10 *affert Smaragdi ars (gramm. suppl. ed. Hagen p. CCXLVI* luxoriam *Smaragdi cod. Bern.*, luxuriam *Brux.* ignem *P* 13/14 *in unum contraxit omissis verbis* animi — enervat *Palat.* 15 miseras *Brux.* mergere *Bern.* piceis dem. flammis *Col. Palat.*, piceis inmergere flammis *Hagen* 18 inluviem *Palat.* ingluuie · mystice atque lue *Brux.* misticeam *Bern.*[2], mephiticam *Hagen, at* musticeam *est musto, vino factam* lucem *Col.* 19 crassum *P Bern. Brux.* 20 Ad loca *Col.* sordidulum *Col. Palat.* 21 ama *Bern.* risus] miseros *Brux.* 22 *erasus in Palat.* luxoria *Brux.* uentus *Col.* 23 petens v. moderemur *Palat.* 24 cades *Brux.*, credas *Palat.* 25 vis] cupis *Brux.*

---

16 *Verg. Aen. 5, 199* creber anhelitus artus aridaque ora quatit

(VI)

VII. CONTRA CRAPVLAM.

Propense stomachum qui farcit dape ciborum,
viscera crassa vehit, sed macra corda gerit.
decrescit sensu, grandescit corporis auctu,
carnea fit moles membra caduca ferens.
gutturis arvina fauces angustat obesas
et perdit liquidos vox male rauca sonos.
cuncta soporifluo marcescunt ossa tepore;
ambulat et stertit, nec vigilare valet.
qui cupit ergo suam doctrinis crescere mentem,
castiget ventrem, tunc homo doctus erit.

(59)

VIII. ⟨VERSVS IN BIBLIOTHECA.⟩

Regula quos fidei conmendat noscere libros,
hos nostra praesens bibliotheca tenet.
quinque priora gerit veneranda volumina Legis,
hinc Iosue Sopthimque, hinc Ruth Mohabitica gesta;
bis bini Regum nectuntur in ordine libri
atque bis octoni concurrunt inde ⟨Pro⟩phetae;
en Iob, Psalterium, Salomon et Verba dierum.
Esdrae consequitur, Esther, sapientia Iesu,
Tobi et Iudith: concludit haec Maccabeorum.
hic testamenti veteris finisque modusque,
nunc reserare libet carmine scripta ⟨no⟩vi.
quattuor in capite sacrorum dicta librorum,
quos euangelia recte dixere priores.
haec conscripsere clara quos nomina produnt:
Matthaeus, Marcus, Lucas sanctusque Iohannes.
hic Pauli monita doctrinae flore coruscant,
qui bis septena concludens fine volumen
corda pia mulcet et terri⟨ta⟩t inpia corda.

[VII] *A (fol. 4^{b1} v. 10 tantum) M^{b} FPCTR Brux., praeterea Rotomag. Prag. Halberst. (v. ad carm. VI; non contuli), Paris. 8319 saec. XI f. 54 (v. ad carm. VI; mihi descripsit Lebègue)* CRAPULA *F*^{1} 1 Propens est hstomacum *M*, Propens & stomacum *PC*, Prope stomachum *Brux.*, Pre stomachum semper qui *Paris.* quod facit *TC*^{1} 2 *om. M* 3 sens gradescit *M*, sensus grandiscit *Paris.* actum *MT*, actu *PF*^{2}*C*, auctu *F*^{1} *Brux.*, auctus *(deleta s) R*, autus *Paris.* 4 mollis *MCT Paris.* feres *M* 6 mala *CR*^{1} *Paris.* 7 Cuncta *om. R*^{1} *Brux. Paris.* 8 non uigilare *R*^{1} *Paris.*

[VIII] *M*^{b} *sine titulo* 4 Inc iosues optimque inc rhut *M* 5 Bis bini regum *Peiper*, Bisbi regnum *M*, Bisbis regum *Lorenzana* 6 indephete *M*, *explevit Lorenzana* 7 salterium *M* 9 indit *M* 10 Hic testa metu etheris *M* 11 scripta ui *M*, *explevit Lorenzana* 15 matteus *M* 17 conculdens finem *M* 18 territat *ego*, territ *M*, terret *edd.*

[VII] 8 *Theodulf. carm. 1, 30* ambulat et stertit, murmurat atque tacet

[VIII] *ad totum carmen compara Isidori vers. in bibl., Alcvin. carm. 65, 68 et 69 (PMA I p. 287), Theodulfi praef. bibl. (ibid. I p. 532 sqq.), Albari versos in bibl. (ibid. III p. 132), anonymi ad Car. Calvum (ibid. III 244)* 3 *Isidor. 5* hic geminae radiant veneranda volumina legis 5 *Alcvin. 68, 3* Ruth Iob et regum bis bini namque libelli atque prophetarum sancti bis octo libelli *(69, 133)* 7 *Theodulf. 69* quis nomen Verba dierum est. *Albar. 39* 15 *idem versus Theodulf. 87. cf. et Alcvin. 68, 11 (69, 157 anon. 91)* 16 *cf. Albar. 62* *ordo librorum Hispanicus, cf. Berger, hist. de la vulg. p. 26*

Iacubus hic nitido praepollens ore renidet
et Petri gemina resplendet epistola dictis
ac triplex legitur magni doctrina Iohannis
parvaque, sed prudens gestatur pagina Iudae.
hinc et apostolicos percurrens invenis actus,
quos sanctus merito conscripsit nomine Lucas.
hos sequitur plana versis et plena figuris
visio Iohannis consummans omnia legis.
haec sunt sacra dei, iuris haec mystica divi,
haec servare decet, haec temerare nocet.
his lectis animus divino munere crescit,
inlecebras mundi vincit amore dei.
hinc pravum rectumque parat discernere doctus
optima perficiens et male suasa cavens.
hinc turgens ponit perculsa superbia fastus,
frenatur luxus conprimiturque dolus.
turbida clamosos amittit rixa tumultus
adquirirturque fovens pacis amore quies.
quid iam multa loquar? virtus hic proficit omnis,
haec perimit totum lectio sancta malum.
ecce ⟨haec⟩, qui dominum prono vis cernere corde,
haec meditare loquens, haec memorare tacens.
nunc superest fari, quo sint praescripta iubente
vel cuius studio in codice missa simul.
summus et egregius congessit cuncta Iohannes
rite ministerium pontificale gerens.
Caesareae Augustae dum pastor praesidet urbi,
haec veneranda suo nomine dona dedit.
credite iam cuncti post mortem vivere functum,
cuius post obitum magnificatur opus.

(VII) IX. DE BASILICA SANCTORVM DECEM ET OCTO MARTYRVM.

Incolit hoc templum sat felix turba piorum,
quorum promeruit sors benedicta polum.
hic morte sacros, virtutum culmine celsos
unica ter senos continet urna viros.

---

19 Iacubus *sic M* ore renidet *ego*, orr̃e nitet *M*, ordine nitet *Lorenzana* 21 magni *Lorenzana*, magnitudo *M* 23 Hicn et apstli quos *M* inuenis *Lorenzana*, inuenire *M* actus *super lineam M* 24 nomina lucus *M* 27 mistica dei uiui *M Lorenzana*; *correxit et post* dei *distinxit Peiper* 32 male suasa cavens *Lorenzana*, mala suasa cadens *M* 33 perculsa *ego*, perclusa *M* 35 clamosus *M* 38 Ec *M*; Et *Peiper* 39 Ecce haec *(nolui* Ecce o*) ego*, Ecce *M* qui dominum prono *Traube*, quid homnium per nomen *M* scernere *M* 41 quo *Lorenzana*, quod *M* *cave conicias* perscripta 45 Caesareae Augustae *Lorenzana*, Cesaree uaste *M* FINIT *subscripsit M*

[IX] *A (fol. 4^{b1}) M^{b}FP* *tit.*: de uasilica *F*, in basilica *P* 1 felix uerba *A* 3 morte sacros *clare legitur etiam in A*, morte sacro rum *(corr. in* ros*) M*, montes sacros *edd.* uirtute *M*

---

19 sqq. *cf. Albar. 64 sqq.* 23 *cf. Alcvin. 68, 13. 69, 159 Theodulf. 133 anon. 105* 26 *cf. Theodulf. 135 Albar. 68 anon. 112* 27 *cf. Albar. 73 et 45, Alcvin. 65, 5. 69, 173* 41 *cf. Albar. 142*

[IX] 1 *eosdem celebrat martyres Prudentius hymno IV peristephanon*

fumea caenosi liquerunt gaudia mundi
proque fide domini membra dedere neci.
hic etiam conpar meritis Encratia martyr
sorte sepulcrali dissociata iacet;
huius inexhaustum testantur sancta triumphum
palla cruore rubens, secta papilla fibris.
nomina magnorum si mavis nosse virorum,
edicet cursim subdita summa tibi.
sed quia cuncta simul metrum non suscipit unum,
accipe diversis haec variata metris:
Quintilianus adest, Euodius atque Cassianus,
Felix, Lupercus Ianuariusque,
Iulius, Vrbanus, Apodemius, inde Primitivus,
Optatus, Publius, Caecilianus.
hic Successus inest, hic Matutinus habetur,
ecce Faustus, ecce Fronto postque Martialis.
haec tibi turba potens concedat prospera, lector,
et veniam praestet haec tibi turba potens.

(VIII) X. DE BASILICA SANCTI VINCENTI QVAE EST CAESAR-AVGVSTAE, VBI CRVOR EIVS DICITVR EFFLVXISSE.

Macte decus proprium, Vincenti martyr alumne,
unica spes nobis, macte decus proprium.
purpureus niveum meruisti sanguine caelum,
et sequeris agnum purpureus niveum.
passio sacra tuum provexit ad aethera nomen,
conservet populum passio sacra tuum.
hic iacet ille cruor, quem das pro corpore pignus,
nare fluente tuus hic iacet ille cruor.
hic tua nunc tunica quod Christi fimbria praestat,
tactu nam salvat hic tua nunc tunica.
hic veniam culpae mereantur, vota favorem;
gaudia summa ferat, qui petit hic veniam.

---

5 cenosi *AFP*, cenose *M* 6 Pro qui *M* domini *om. M* 7 Hunc *A*, Hicn *M* engratia *AM* 9 Hui inexastum F^1 testatur *M* 10 Pallat *M* febris *M* 11 magnorum *AM*, uirorum F^1, sanctorum F^2P *edd.* 13 metrum nos *F* scuscipit *(sic) A* 14 Accipi *M* 15 Quintilanus *A* eubotius F^1, euotius *A*, euuotius *MPF*^{3}, Eventius *edd.* 18 Obtatus *AMF* Plublius *M* 19 Sucessus *M* 20 postq̃m *M* marcialis *P* 22 uenia *M*

[X] *A (fol. 4*$^{b\,2}$*) M*^{b}*FP titulus:* in basilica *P* *verborum tituli post* uincenti *in A non leguntur nisi* qui est ces que est cesaragusta *M*, in Caesaraugusta *F*, cesaraugustę *P* ubi dicitur cruor *FP* dicit *M* efflussisse *F*, fluxisse *P* 2 macte (e *in ras.*) *M* 5 sacra tum M^1F^1 6 Conserbet (e *altera in ras.*) *M* 9 Hi tua *A (item in* 10*)* frimbria *M* 10 Tat tu *A* 11 fauore F^1

[IX] 5 *Prosp. epigr. 103, 23* mala gaudia mundi. *Alcvin. carm. II, 34, 33* linquens mala gaudia mundi 7 *Prud. perist. 4, 109* hic et, Encrati, recubant tuarum ossa virtutum 10 *Prud. perist. 4, 123* pectus abscissa patuit papilla corde sub ipso 15 *in nomine Euodii variant codd. etiam Prud. perist. 4, 157, cf. et Braulion. Migne 80, 717*^{c} 17 *ut exemplum Archilochii ithyphallici affert Iulian. Tol. ars gramm. 1, 244 p. LIV ed. Rom.*

(IX)

XI. DE BASILICA SANCTI AEMILIANI.

Quem maeror, quem culpa premit, quem denique morbi
  tabida, convexans aut valetudo quatit,
huc festinus agat devoto pectore cursum:
  anxia deponens prospera cuncta geret.
certa salus aegris, spes et tutela misellis,
  et pater et genetrix Aemilianus adest.
huius ad inperium dispulsus pectora daemon
  tenta diu linquit, cum retinere nequit.
hic clodis gressus dantur et lumina caecis,
  reddit et incolumem lepra repulsa cutem.
vita redit functis et langor pellitur omnis,
  servit ad obsequium mox reparata salus.
hic sua signa deus respectans crescere gaudet
  et daemon cernens hic sua damna gemit.
quisque precator ades, fidenter poscere noris,
  inpos namque redit qui dubitanter adit.
cumque precum murmur te propter fuderis intus
  et gemitum toto prompseris ex animo,
Eugenium, quaeso, propriis adiunge querellis:
  sic culpis veniam promereare tuis.

[**XI**] *A (fol. 4c1) MbFP, praeterea α (cod. real. acad. hist. Matrit. S. Millan de la Cogolla 10 [F 181 antea 7] saec. XII/XIII fol. 110r Hartel-Löwe I p. 492) et β (ibid. 13 [F 177 antea 6] saec. X/XI fol. 203v, Hartel-Löwe I p. 488); α et β, qui unum reddunt exemplar, quod α admodum corrupit, mihi contulit H. Plenkers*
In basilica *P* De baselica emeliani *(om.* sancti*) M* iambo metro *titulo addit M* 1 morbida uita *(ordinem mutavit et* Morbida *versui 2 tribuit manus novicia in marg.) β,* morbi *(hoc del.)* uita / Morbida *α* 2 conuexans *AM,* cōnexans *αβ,* conuexat *FP,* conuexant *Peiper,* vis vexat *edd.* aut] ut *M* 3 Hic *F* currum *(F) edd.* 4 *om. A; num in margine suppletus fuerit, iam dici nequit* 5 Certe F^1 tutelam β^1 6 genitris *α* ęmelianus *M* 7 Ad cuius *β,* Cuius ad *α* pectora *FPαβ,* corpora *AM* 8 Temta $F^1\beta$ qum *A ut videtur (vox fere extincta),* qūn *M,* cum *αβ,* quae *F edd.,* que *P* 9 clodis *AMFPβ,* claudis *α* gressis F^1 lumina celis *A* et cecis lumina dantur *α* 10 Redditur incolomem *(hoc et A) β* lebra *M* p(ro)pulsa F^1 11 functis et lingua p. o. *β,* functis reparatur lingua loquelis *α* 12 Seuit M^1 obqueum P^1 14 *sic AMαβ* (huc β^1); *omisit eiusque loco post* 20 *addit:* Gestit et adletam (d *in* t *corr. man. 3*) mirificare suum *F, eundemque versum post* 13 *habent P edd., omisso* 14 15 *ante* Quisque *rasura 4 litterarum in F* precatur *M* adest *αβ* 17 et propter *β* murmur pro te perfuderis *α* 19 Et genium β^1, *idemque videtur habuisse* M^1, *correctum in utroque* proprius *M,* propius *edd.* quelis α^1 20 Si *αβ* promereare (are *in ras.*) *M,* possis (i *corr. in* e) mereri (i *corr. in* e) *β* *post* tuis *addit α*: Amen.

[**XI**] *de Aemiliano cf. Hübner, inscr. Hisp. christ. fals. 65 (p. 100)* 3 *Iuvenc. 1, 609* devoti pectoris altum servitium. *Eug. carm. 99, 3* devoto pectore 4 *Angilbert. carm. 1, 26* prospera cuncta gero. *cf. Drac. sat. 28* 5 *hymn. in S. Felicis (Blume-Dreves XXVII p. 177 n. 123) 9* hic dei virtute pressi lancinantur daemones, verberantur, vinciuntur et cremantur acriter... hic salus optata fessis sede caeli profluit, visio caecis patescit, lingua mutis advenit, surdus aures hic receptat atque claudus exsilit 9 *Sedul. pasch. carm. 4, 41* lumina caecatis dedit et vestigia claudis 20 *cf. Alcuin. 9, 165*

(X) XII. IN BASILICA SANCTI FELICIS QVAE EST IN TATANESIO.

Ecce domus domini, quae ducit ad atria caeli:
  cordibus afflicti huc properate viri.
gaudia pro luctu referet laetusque redibit,
  fuderit hic tristis qui lacrimando preces.
quattuor in titulis constat haec ianua templi,
  sed prima Felix culmina sanctus habet.
hic fessis requies, hic victus manet egenis,
  hic sacrum monachis extat ovile piis.
hoc opus Aetherius cara cum coniuge fecit,
  cui nomen olim Teudesuintha fuit.
quisque precator ades, horum memorare benigne,
  sic pater omnipotens sit memor ipse tui.

(XI) XIII. QVERIMONIA AEGRITVDINIS PROPRIAE.

Vae mihi, vae misero, qui semper fessus anhelo
  et fractus animo languida membra traho.
morbus adest iugis, desunt fomenta salutis:
  hinc dolor ossa terit, cor pavor inde quatit.
omnia quae prosunt validis, sunt noxia nobis,
  dum stomachus tenuis viscera laesa gerit.
frigida me laedunt nec semper fervida prosunt:
  dum male corpus habet, nec mea vita placet.
da, Christe, quaeso, veniam, da, Christe, medellam,
  nam taedet animum tot mala ferre simul.

[**XII**] *A (fol. 4c2) MbFP* Tatanesio *AP*, Tutanesio *(FM?)* 1 quaeque ducit *M(A?)* 2 afflictis *FP edd.* hu//c *P* 4 huc P^2 6 Het *M* primo M^1 culmine *AM* 7 manet *AM*, manat *FP edd.* 9 Ethereus M^1, etherius AM^2F^1, aeterius *P* cara *AFP, om. M* coniunge *M* 10 teudesuintha *A*, teumdesuinta *M*, teudesinta *FP*

[**XIII**] *A (fol. 4c 2. 3) M (bis: Ma fol. 53, Mb fol. 65) FP* Domni Eugeni hepitafios plurimorum *sine alio titulo incipit Ma* egritunis plagęę *Mb* 1 Ei (Hei) *Iulian.* 2 fratus *A* 3 formenta *A* 4 Hicn *Mb* corpabet inde *Ma* 5 ualidi *A* 6 lesa tegit *Mb* 7 ne semper F^1 10 tobt *Mb m. pr.* totlimala F^1

[**XII**] 1—5 *repetiti sunt in titulo reperto prope Massiliam nunc mutilo cf. De Rossi, inscr. christ. Rom. II 1 p. 256*

† ECCE DOmus doMINI QVE DVCIT ad atria celi cordibus afflicti HVC PROPE
RATE VIRI GAudiA PRO LVCTV Referet letusque redibit fuderit HIC TRISTIS
QVI LAGRImando PRECES Quattuor in titulis constat haec IANVA TEMPLI

initium v. 1 *frequentatum in ecclesiarum portis, v. De Rossi II 1 p. 168 n. 21 (Papiae c. a. 730) Hübner, inscr. Hisp. christ. 240 (de Valverde prope Villafrancam a. 986)* 1 *Prosp. epigr. 19, 1* arta via est verae quae ducit ad atria vitae

[**XIII**] 1 *Iulian. Tol. ars gramm. 1, 1, 35 (Gramm. suppl. p. CCXXXII, 16) exemplum* ei *dipthongi testatur* Ei (Hei *cod. Pal.*) mihi vae *eqs.* 2 *Ven. Fort. carm. 7, 12, 44* languida membra fovent 4 *Iuvenc. 4, 710* quatiuntur corda pavore 9 *Hübner inscr. Hisp. christ. 258, 10 (Oveti a. 1039)* da Christe quaeso veniam, parce precor. amen.

(XII) XIV. LAMENTVM DE ADVENTV PROPRIAE SENECTVTIS.

Inpia iam miserum captat curvare senecta,
inde dolore novo carmina maesta cano.
fletibus ecce rigo roranti vertice malas
et lacrimosa petunt murmura nostra polum.
ante tamen nostris ipsa pandetur iambis,
quam noceat morbis intoleranda suis:

Crudelis aetas, o senectus inproba,
quae cuncta pulcra fauce saeva devoras,
rictu voraci nigra pandis guttura,
mortale germen ut noverca saucias
et sauciatum mortis ense perforas.
te proximante robur omne deficit,
salus recedit, aegritudo provenit,
sensus hebescunt, pulcritudo deperit,
tabescit aegrum pectus in suspiriis,
gaudere taedet, eiulare conplacet.
tu frangis ossa, membra rugis asperas,
comas recidis atque canos inseris,
dentes retundis, mucculentos efficis,
tremore foedo corpus omne discutis,
febres minaris et dolores ingeris.
per te podagra dura gignit tubera,
anhela tussis expuit putriflua,
cutem perurit vulnerum profusio,
potus cibique nulla delectatio:
lamenta sola conferunt solacium.
haec taediosa mente dum recogito,
libet, relictis omnibus quae transeunt,
deum timere, sempiterna quaerere,
terrena lucra deputare pulverem,
orare semper atque flendo dicere:
abite pessum vana mundi gaudia,
opes caducae, lutulenta praedia,
fasces, honores, blandimenta noxia:

[**XIV**] *A (fol. 4$^{c\ 3.\ 4}$ 4$^{b\ 3.\ 4}$ v. 1–96) MFP* *in titulo* Lamentatio *legit Beer in A et alteram* t *clare reddit photographon* aduentum propria *M* 1 miserum (mi *supra versum*) *M* *post* miserum *add.* me F^2, miserum me *P* qurba (curua *P*) senecta *FP* me captat curva senectus *edd.* 2 In dolore *A* 3 roranti *AM*, rotanti *FP edd.* 5 pandentur (n *ante* t *deleta*) *A*, patetur *M* 6 Qu////uum *M* 7—36 *strophas trinorum versuum (velut* 7+8. 9+10. 11*) dat A* 8 deforas *A* 10 sq. saucia / Sed sauciatum *M* 12 defecit *M* 14 abescunt *A*, ebescunt *MF*^{1} 16 Gaudet *M* 18 redis *M*^{1} 19 macilentos (a *et* i *in rasura scriptae manu saec. XII*) *M*, macculentos *A* 20 *om. M* discutis *A*, succutis *FP* 23 a/nela *sic A*, Anela *(sed* Ane *manu saec. XII scriptae in rasura) M*, Anela *FP* 24 per//uret *M* 31 Morare *(M a rubricatore) M* 33 luculenta *edd.*

[**XIV**] 8 *Catull. 3, 13* malae tenebrae Orci, quae omnia bella devoratis 23 *Verg. georg. 3, 497* tussis anhela 27 *Braulio hymn. in Aemil. (Migne 80, 713; Blume-Dreves anal. hymn. XXVII p. 125) 31* haec mente rite fixa dum revolvimus, libet dicatum praedicare servulum

iam finis instat et ruina proximat,
iam mors cruenta nostra pulsat limina.

O mors omnivorax, ad te nunc verto querellam:
cur miserum sequeris? cur properata venis?
tu facis ut rapido volvantur tempora cursu
adcelerentque suos fata cruenta gradus.
cum tu deproperas, tunc vitae gaudia cessant,
umbra pavenda venit, lux radiata fugit.
omnia vitali privantur viscera motu,
clauduntur oculi, garrula lingua tacet,
surdescunt patulae trusis anfractibus aures,
naribus obclusis non odor ullus adest,
non spirat pulmo flabris vitalibus auras,
frigida membra rigent nec cruor ipse calet.
tabe fluunt carnes, conrodunt omnia vermes,
sic species hominis fit putrefacta cinis.
multa pavenda quidem cecini multaque tremenda,
sed mage quid verear, nunc lacrimando loquar.
iudicis altithroni iam tristis cerno tribunal,
cuius ad intuitum cuncta creata tremunt.
substernit niveas caelorum turba coronas
et titubante genu proruit ante thronum;
cernere sic ambit dominum, sic semper amare,
ut pulset animum mixtus amore timor.
quid faciet ergo vermis, putredo, favilla,
si Christi faciem corda beata pavent?
oppressi, rapui, nudavi, crimina finxi,
pauperis ad vocem mens mea surda fuit,
corrupi proprium lascivo vulnere corpus:
hinc miser, hinc pavidus, hinc tremulentus eo.
nulla meas umquam venia conpescuit iras
nec sine felle furens nec sine caede fui.
inde pavet animus, similes ne perferat ictus
aut poena laceret, quae sine fine nocet.
nam licet hic modico patrentur tempore probra,
longa tamen animam post male flamma cremat.
talia dum rite paveo, dum corde tremesco,
te te, summe deus, pro pietate peto

---

35 ruina (a *in ras.*) *M* proximac *F*, proxima *edd.* 36 Iam mox *A* 37 querella *P* 38 properando *edd.* 41 tunc uita egaudea *M*, tũ cui gaudia *P* 43 motum *A* 45 trusis *AMFP*, tunsis *edd.* 46 inclusis F^3 48 riget F^1 cbalet *in fine A* 51 cecinit ultaque *A* seu *ante* multa *addidit et* que *delevit* F^2, cecini seu multa tremenda *P edd.* 52 magis *A* 54 introitum *(sed* ro *a manu saec. XII in ras.) M* 55 Susternit uineas *M* 56 prouit *A* 58 Ut *om. M* 61 fixi *AM* 63—68 *initia periere in A* 64 Hic *edd.* 67 nec perferat *A* 68 qui sine *M* 69 paterentur *M* tempora F^1 72 Te te *AFP edd.*, a te *M* proprietate MF^1

---

36 *20, 34* mors ecce dira nostra pulsat pectora. *Hor. carm. 1, 4, 13* pallida mors ... pulsat ... tabernas. *Beda minac. Cuthb. 33, 21* insistens pulsat quia limina letum 38 *Boet. cons. 1, 1, 9 (v. ad app. 51, 1)* 45 *cf. 6, 9* 47 *Sedul. pasch. carm. 5, 52* hausisset placidas flabris vitalibus auras 49 *Drac. de deo 2, 119* tabe fluens ... cutis *(versus Eugenio ignotus)*

(te sine nemo valet peccati tollere labem
aut mentem vitiis emaculare suis):
dimitte culpam misero, dimitte reatum,
effice post lapsum, post mala tanta bonum.
parce, precor, animae pulsanti, parce petenti,
quae flammas metuit, dum sua facta gemit.
gaudia tu sanctis, tu reddis praemia iustis,
Eugenii miseri sit rogo poena levis.

Nosse quicumque cupis aut requiris,
quae mei causa fuerit laboris,
huius ut vitae mala funerarem,
disce benigne.
dum quaterdenos simul et novenos
vita non felix agitaret annos
dumque me pigra peteret senectus
praepete cursu,
accidit lasso gravis aegritudo,
quae ferae mortis minitaret ictum
ac diu fessa cruciaret acri
membra dolore.
febris incerta terebrabat ossa,
languida morbis caro defluebat,
nulla quassatum recreabat esca,
potio nulla.
tanta me crebro mala dum ferirent,
mortis horrendae trepidus pavore
labilem cursum fugientis aevi
carmine planxi.

(2) XV. ITEM TETRASTICHA IN SENECTAM.

Nulla bona grataque senilis devehit aetas,
sed dura generat diraque cuncta parat.
hoc solum praestat miseram tetigisse senectam,
quod luxum carnis iam caro fessa cavet.

---

77 petendi *M* 79 tu retis *M* *alterum* tu *om.* F^1 80 Eugenii miseri *AFP edd.*, Eugenio misero *M* 81 sqq. *sapphicae strophae in A binis versibus distribuuntur* 83 uita *A* 89 Accedit *M* 90 fere *AM edd.* uictum F^1 91 agri *A* 94 mortis *edd.* 97 *abhinc deficit A* feriret M^1 98 pauore *erasum in M* 99 lauilem *erasit et* lacrimabili *substituit man. saec. XII in M* currum *edd.* 100 planxi *M*, promsi *FP*, prompsi *edd.*

[XV] *M bis* (M^a *fol. 53*, M^b *fol. 67*^{v}, *hic v. 1—2 soli*) 1 N////ulla M^b quę *M*, quae *edd.* 2 duraque *edd.* 3 attigisse *edd.*

---

79 *Iuvenc. 4, 303* meritis sua praemia reddet

(XIV)

XVI. EPITAPHION PROPRIVM.

Excipe, Christe potens, discretam corpore mente**M**,
Vt possim picei poenam vitare barathr**I**.
Grandis inest culpa, sed tu pietate redunda**S**.
Elue probra, pater, et vitae crimina toll**E**,
Non sim pro meritis sanctorum coetibus exu**L**,
Iudice te prosit sanctum vidisse tribuna**L**.
Vis, lector, uno qui sim dinoscere vers**V**,
Signa priora lege, mox ultima nosse valebi**S**.

(1)

XVII. ITEM ALIVD.

Mole culparum graviter onustus,
crimine summus, vitiis abundans,
quem bona nusquam recoles amasse,
occubat istic.
vixit horrendo madidus tepore,
tardus ad sanctum, celer ad malignum,
ore, non corde monachi retentans
religionem.
inprecor inde tumulatus ipse:
propter has culpas dominum precare
quisque funesto relegis amarum
carmine threnum.

(XV)

XVIII. ITEM ALIVD.

Qui me de nihilo formasti, conditor alme,
tu pius in tumulo, tu mea membra fove.
en cinis ad cinerem redii vitamque peregi,
sed putres cineres tu reparare vales.
ascendat, o Christe potens, post fata peracta
Eugenius dextram laetus ad astra viam.

[**XVI**] *M (bis, fol. 53v et 68r, altero tamen loco non supersunt nisi versuum 5—8 initia scil. 2—6 litterae) FPT Lips. acrostichis et telestichis litteris et colore in codicibus notatae sunt* Epitaphiom *F* 1 corpore] tempore *T* 2 uitam *T* 4 uita *T* 6 uidere *M*, uidisse *FPT Lips.* 7 uno *om. P*

[**XVII**] *M bis (Ma fol. 53v, Mb fol. 68r in pagina lacerata)* item alium *Ma*, *titulus periit Mb* 2 sum̄ *Mb* 3 recolens *Mb* 4 occubat isto *ut videtur Ma edd.*, ocupat iti ic *Mb* 10 precari *edd.* 11 religis animarum *Ma*, relegis armarum *Mb*

[**XVIII**] *M bis (Ma fol. 53v, Mb fol. 68r, ubi tamen perierunt v. 3—6) FP(T hic mihi non conlatus est) in tit.* alium *Ma*, alius *Mb* 2 membra mea *F* 5 o *om. Ma* 6 dextra *F* dextra . . . via *edd.*

[**XVI**] 1 *Eug. Vulgarii app. 4, 1* excipe, Christe potens 3 *Sedul. pasch. carm. 2, 260* plena pietate redundans omnipotens

(XVI)

XIX. ITEM ALIVD.

Spes mihi summa, deus, quod functus morte resurgo
nec iam post tumulum sic moriturus ero.
sed quia mortalis numquam sine crimine vixi,
Eugenii miseri tu miserere pie.

(—)

XX. ⟨HYMNVS IN PACEM.⟩

. . . . . .
⟨**F**⟩ . . . . . replete civibus
. . . . . ent bestiarum fletibus
. . . . . bentur vulpibus. parce redemtor.
⟨**G**⟩ . . . . . misellos opprimit
. . . . . amu⟨r⟩ ethnicis
. . . p . . q . . . . dicantur idolis. parce redemtor.
⟨**H**ae⟩c ⟨nostr⟩a nobis conferunt peccamina,
⟨quae prov⟩ocarunt iudicis sententiam,
⟨qua⟩m nulla flexit digna paenitentia. parce redemtor.
⟨**I**uc⟩unda nobis quando donat tempora,
⟨nil la⟩udis illi, nil sacramus gratiae;
⟨nunc er⟩go deest qui ruentes allevet. parce redemtor.
⟨**K**a⟩ptis amicis et perustis praediis
deum precemur corde cum suspiriis,
ut curvet hostes et resistat inprobis. parce redemtor.
⟨**L**⟩ux angelorum, iam benignus accipe:
compesce bella, redde pacis gaudia,
contrita corda sanet indulgentia. parce redemtor.
Mors ecce dira nostra pulsat pectora,
fames perurguet, tela belli concrepant;
concede, Christe, iam quieta tempor⟨a. parce redemtor⟩.
Non ira duret, sed medella prox⟨imet,
qua deleantur prava, quae commis⟨imus,
et finiantur dura, quae pavescim⟨us. parce redemtor⟩.
O pax perennis, o perennis gloria,
pacem rogamus, pacis infer copiam;
favore pacis gens quiescat barbara. ⟨parce redemtor⟩.

[**XIX**] *M (fol. 54r et 68v, hic tamen periit) FP* 1 summe *edd.* resurgam *edd.*

[**XX**] *A fol. 3[1. 2] supplementa mea sunt in hoc et insequentibus carminibus, nisi contra dixero hymni abecedarii desunt 15 priores versus* 16 *ante* replete *cernitur una littera* (s ?) *et hasta inferior longa, quae potest fuisse* p *vel* q *vel* i *longae; maxime placet legere* i⟨s⟩is, *quod expleatur sic fere* ⟨Frustrantur urbes⟩ his repletae civibus ⟨cladesque maer⟩ent bestiarum fletibus, ⟨lupis et atris quod prae⟩bentur vulpibus 21 *ante* dicantur *non fuit* e, *potest* c; 19—21 *sic fere expleo:* ⟨Gravis fortuna nos⟩ misellos opprimit: ⟨turbis ubique territ⟩amu⟨r⟩ ethnicis ⟨templaque sancta nunc⟩ dicantur idolis 24 penitentia *A* 26 *in initio cernere pedes litterarum* ill *mihi videor* 27 *ante* deest *duae non clarae, maxime* go *similes, nec tamen* ce *plane abhorrent* 28 prediis *A* 30 ostes *A* 38 prauaq̃ *A* 39 duraq̃ *A* 40 perhennis *bis A* 42 fabore *A*

[**XIX**] 1 *Alcim. Av. carm. 6, 267* victa . . . morte resurgens 3 *v. ind. s. v.* crimen

[**XX**] 19 *carm. 14, 36* iam mors cruenta nostra pulsat limina. *et v. notam ad h. l.* 22 *cf. Blume-Dreves anal. hymn. XXVII n. 200, 12. 204, 9. 206, 8*

Pater superni numinis piissime,
assiste fessis et iacentes erige,
bellum paventes iam quietos effice. ⟨parce redemtor⟩.
Quur nostra vota, quur repellis lacrimas?
quur deruisti, ne gementes audias?
succurre lassis consueta gratia. parc⟨e redemtor⟩.
Rivos aquarum profluamus proximi,
panem petenti porrigamus pauperi,
clamemus omnes, rugiamus acriter: pa⟨rce redemtor⟩.
Salvator alme, qui creasti saecula,
ignosce, prosper solve culpae vincula,
ne puniamur tanta propter crimina. p⟨arce redemtor⟩.
Te confitentes, te dolentes poscimus
. . . . . *desunt minimum 14 versus* . . . . .

(89) XXI. ⟨EPITAPHION⟩ IOHANNIS ⟨EPISCOPI⟩.

⟨Compesce⟩ lacrimas, subduc suspiria lector,
non iacet in tumulo res lacrimanda ⟨nimis⟩.
hic raptus recubat felici sorte sacerdos,
quem laetum caelis intulit alma fides,
nomine baptistam referens et mente Iohannem,
doctrina pollens, virginitate nitens,
corde pius, vultu placidus et mente benignus,
prudenter simplex, simpliciter sapiens.
omnibus in studiis tantum celebratus habetur,
cedat ut ingenio Graecia docta suo.
⟨non verbo aut facto hic quemquam la⟩esit iniquo
⟨c⟩um boni⟨ta⟩te pius, cum pietate bonus.
⟨non sibi mul⟩tiplices auri congessit acervos,
⟨s⟩ed ⟨praestans⟩ miseris largus ubique fuit
⟨e⟩t b⟨revis immo⟩dicum tenuit sic corpore mundum,
u⟩t semper animo cerneret ille deum.
nobilis hunc genuit clara de matre sacerdos
factis egregius, nomine Gregorius.
⟨b⟩issenis praesul primatum gessit in annis
mercedem sanctis adcumulans meritis.
⟨h⟩ic decimum revolvit agens in tempora lustrum,
mox animum caelo, membra dedit tumulo.

---

45 pabentes *A* 48 iam lassis *A puto ex dittographia non correcta; non commendo* lassis iam 49 *non est* proximis *in A* 53 culpe *A*

[**XXI**] *A (fol. 3³ v. 5—30, at 5—10 adeo mutilati, ut ex silentio meo nil de lectionibus concludere liceat) M*ᵇ *(v. 1—10 soli) tituli non extant vestigia nisi haec in M* IOANNIS *et in versu sequente duae hastae ultimarum* PI *ut puto (non recte Loewe bibl. Hisp. I p. 287, accuratiora debeo Plenkersio)* 1 Compesce *addidi* lacrimis *ex M exscripsit Plenkers errore puto, pro* lacrimas *stant Lorenzana Heller Loewe* 2 *in fine fere evanido* lacrimã diu *M, unde Heller coniecit* lacrimanda diu; *ego adieci* nimis, *mavult Traube* tibi 8 *ante* prudenter *deletum* prudente *in M* 11 *in fine vix fuit* ⟨adh⟩esit 19 presul *A* 21 H *primam mihi cernere videor* 22 celo *A*

---

47 deruisti *de caelo*

[**XXI**] 2 *Ven. Fort. carm. 4, 12, 7* hoc iacet in tumulo. *cf. carm. epigr. 556 et 596 similia passim* 7 *Ven. Fort. carm. 4, 8 13* sic vultu semper placidus ceu mente serenus

⟨i⟩ura sacerdotii germano liquit amato,
⟨q⟩ui vivo gratum detulit obsequium.
cuius et inpen⟨s⟩is ⟨tumulus constructus habetur⟩;
persolvit votum ⟨ille libens merito⟩.
ast ego te, sancte, qu⟨aeso, largire precanti⟩,
semper ut Eugeni⟨i⟩ sis mem⟨or heu miseri⟩.
digna tuis me⟨riti⟩s non ⟨novi pangere vota⟩:
sint peto quae cecini digna ⟨tua venia⟩.

(—)

XXII. ⟨EPITAPHION BASILLAE⟩.

Incipe luctificos anima perculsa dolore
et gemibunda tuos concine maesta modos.
concute singultu pectus, dic funus am⟨arum⟩
et salso geminas perlue rore genas.
non hic terrena deflentur carmine damna,
non caro, non sanguis, non periturus amor;
plangitur en pietas probitas prudentia sancta
et pudor et gravitas et bona cuncta simul.
omnibus his opibus quondam Basilla referta
transiit e mundo, vivat ut ipsa deo.
quis, Basilla, tua condigne promere gesta
virtutesque tuas enumerare queat?
tu privata viro primaevo flore iuventae
ad Christum celeri religione venis.
m . . . . . .
. . . . . g . . .
a . . . . . .
. . . . . .
n . . . . . .
. . . . . a . g . . . . . .
n . . . . . .
u . . . . . i . .
q . . . . . paravit
. . . . . hin⟨c⟩ veterana cupit.
n⟨ulla tuos umquam su⟩p⟨eras⟩set femina mores:
⟨semper ama⟩ta bonis, maxima semper eris.
a⟨uxiliare tu⟩is, ⟨nunc te⟩ Pomponia quaeso,
⟨astri⟩s emeritis auxiliare tuis;
s⟨it⟩ tibi perplacidum, quod te programmate signo,
quodque loquor breviter sit tibi perplacidum.

---

23 liquid *et* 24 detulid *A* 24 Cui *Peiper non recte* 25 *fol. 3⁴ initium in imagine photographa fere inlegibile; reddo Beerii apographon nisi secus dicam* 26 Persolui mọtuṃ *Beer ex A; correxi* 27 Adst *A (vidi)* 29 mem//us non *Beer ex A; correxi (posse sic legi docet photographon)*

[XXII] *A post* XXI *fol. 3⁴ 4ᵃ¹ titulus minio pictus evanuit in versu iam vacuo* ⟨Car⟩m⟨en⟩ eroicu(m) *scriptum est ante* Incipe *ubi Beerium nomino, imago nil certius docuit* 2 mesta *(hoc vidi)* tuodos *Beer ex A; correxit Peiper* 3 am . . . c̣i *Beer ex A; correxi* 5 Noc *Beer ex A, at sunt* on *ligatae* 6 perıturos *A, correxi* 7 prouıtas *A* 9 condam *A* 13 prımeuo *A* ıubente *A* 15 *incipit fol. 4ᵃ¹* 24 beterana *A* 27 queso *A* *Pomponiae igitur materterae nomine Eugenius hoc Bassillae epitaphion conscripsit, ut carm. 28 et 29 nomine Euanthii fratris* 29 quo *Bücheler*

(88) ## XXIII. ITEM IBI.

Sparge rosas, lector, et lilia candida pone
et rite sacrum sic venerare locum.
hic dilecta deo recubans Basilla quiescit,
clara parentatu, clarior et merito,
virtutum gemmis et morum flore venusta:
hanc imitare velis, si bonus esse cupis.

(—) ## XXIV. ⟨EPITAPHION . . . . .⟩

⟨Pla⟩nges praemi . . . . . .
. . . . . .
. . on . . . . . .
. . . . . .
⟨o⟩mnia . . . q . . . . . .
⟨o⟩mnia liq . . . . . .
nempe tuis . . . . . .
⟨c⟩olligit i . . . . . .
⟨m⟩ultis d⟨ic⟩te bonis . . . . . .
dives ⟨per⟩ge boni, pauper ⟨. . . . . mali⟩.
nunc ⟨miser⟩ Eugenius poscit: ⟨miserere benigne⟩;
e⟨st t⟩ibi sors felix, sit mihi ⟨vita levis⟩.

(85) ## XXV. EPITAPHION CHINDASVINTHO REGI CONSCRIPTVM.

Plangite me cuncti, quos terrae continet orbis,
sic vestra propriis probra laventur aquis,
sic Christus vobis dimittat debita clemens,
sic pateat summi fulgida porta poli.
promite funereum contrito pectore fletum
et facite luctum conlacrimando pium,
suspirate deo, gemitum producite maestum
ac pro me misero dicite 'parce precor'.

[**XXIII**] *A (fol. 4a 1. 2) Ma titulus, qui non supra sed iuxta versum 1 pictus erat minio, evanuit in A* 2 logum *A*

[**XXIV**] *A (fol. 4a 2 v. 2) in pagina admodum detrita et obfuscata titulus qui fuit in margine periit* 8 *post* colligit *sequitur longa aut* i *aut* h 10 *non sat placet* ⟨abito mali⟩ *nec* ⟨adesse mali⟩

[**XXV**] *A (fol. 4a 2 v. 1—8 servati sunt) Ma* Epitafion *MA (in hoc cetera legi nequeunt, videtur tamen post adscriptum fuisse* (carmen eroi)cum 3 Sit *A* 5 Promitte *M1* 6 faciat *edd.* 7 fremitum *corr. in* gem. *A* 8 Hac *M*

[**XXIII**] 3 *Hübner, inscr. Hisp. christ. 258 (Oveti a. 1039),* 2 hic dilecta deo recubans Tarasia Christo dicata 4 *ibid. 4* clara parentatu clarior et merito 5 *Paul. Nol. carm. 21, 75* virtutum varias ut viva monilia gemmas 6 *lapis s. l. 6* hanc imitare velis si bonus esse cupis

carm. **XXV** *et* **XXVI** *a. 1849 denuo lapidibus incisi extant in monasterio S. Romani de Hormisga v. Hübner, inscr. Hisp. christ. fals. 52*

Chindasuinthus ego noxarum semper amicus,
patrator scelerum Chindasuinthus ego.
inpius obscaenus, probrosus turpis iniquus,
optima nulla volens, pessima cuncta valens
quidquid agit qui prava cupit, qui noxia quaerit,
omnia commisi, peius et inde fui.
nulla fuit culpa, quam non conmittere vellem,
maximus in vitiis et prior ipse fui.
en cinis hic redii sceptra qui regia gessi:
purpura quem texit, iam modo terra premit.
non mihi nunc prosunt biblattea tegmina regni,
non gemmae virides, non diadema nitens.
non iuvat argentum, non fulgens adiuvat aurum,
aulica fulcra nocent nec mihi gaza placet.
omnis enim luteae deceptrix gloria vitae
et flatus abiit, mox liquefacta perit.
felix ille nimis et Christi munere felix,
qui terrae fragiles semper abhorret opes.

(XXXI) XXVI. EPITAPHION IN SEPVLCRO RECCIBERGAE REGINAE.

Si dare pro morte gemmas licuisset et aurum,
nulla mala poterant regum dissolvere vitam.
sed quia sors una cuncta mortalia quassat,
nec pretium redimit reges nec fletus egentes;
hinc ego te, coniux, quia vincere fata nequivi,
funere perfunctam sanctis conmendo tuendam,
ut cum flamma vorax veniet conburere terras,
coetibus ipsorum merito sociata resurgas.
at nunc cara mihi iam Recciberga valeto
quodque paro feretrum rex Reccesvinthus, amato.
coniuge defleta restat edicere summam,
qua tenuit vitam, simul et conubia nostra.
foedera coniugii septem fere duxit in annis,
undecies binis aevum cum mensibus octo.

---

10 chindasuintus *M (at* th *tit. et v. 9)* 14 sui *M* fuit *(cf. Pers. 5, 153) Bücheler* 15 quem *M* 18 texit *Peiper*, exit *M*, exuit *edd.* 24 *nolui* Vt

[XXVI] *M*[a] *(unde habuerit Sirmondius, qui inscripsit* De morte coniugis Chindasvindi regis, *nescio)* recciuerge *M (similiter in v. 9)* 1 mortem *(ultima erasa) M* 2 nulla mihi *Sirmond* poterat *M* regnum (n *erasa*) *M* dissolveret (t *erasa*) *M* 3 sors *Sirmond*, cor *M* 4 pretium *Sirmond*, premium *M* 9 Ad *M*, Et *Sirmond* 10 rex Cindasuintus *Sirmond* 11 Iunge deflecta, res ta tę dicere summam *sic M; corr. Traube*, Annorum breviter r. ed. s. *interpolavit Sirmond* 13 annos *Sirmond*

[XXVI] *Hübner inscr. Hisp. christ. 158, 8 (in valle Guadamur a. 693; Anthol. epigr. 724)* (fune)re perfunctum scis (com)mendo tuendum (ut cu)m flamma vorax ve(n)iet comburere terras ce(ti)bus sc̄orum merito sociatus resurgam 10 *Reccibergam Chindasvinthi uxorem fecit Sirmondus interpolando, fuit Reccesvinthi, qui optat ut monumentum paratum coniugi placeat*

(86)

XXVII. EPITAPHION NICOLAO.

Quisquis Romulidum fasces clarumque senatum
concelebrare cupis, quod venereris, habes.
si tibi bella placent aut te prudentia mulcet,
perfer ad hoc tumulum funeris obsequium.
Nicolaus ille, perpes quem fama loquetur,
cuique reor similem saecula nulla ferent,
postquam magnificos gessit ex hoste triumphos,
dura sorte necis hic tumulatus inest.
o felix vita! o mortis sententia dira!
sic vixisse placet, sic abiisse dolet.

(XVII)

XXVIII. ITEM.

Nobilis et magno virtutum culmine cels**E**,
Ingens consiliis et dextrae belliger act**V**,
Care mihi genitor et vita carior ips**A**,
Hoc nati pietas offert post funera carme**N**,
Offerre incolumi quod mors infanda vetavi**T**.
Lux tibi summa dei necnon et gratia Christ**I**
Adsit, perpetuo nec desit temporis us**V**
Omnipotensque tuis non reddat debita culpi**S**.

(87)

XXIX. ITEM.

Ecce patet aditus et sacri ianua templi,
reddite vota deo, ecce patet aditus.
hanc in honore dei supplex Euantius aulam,
sacram fabricans hanc in honore dei

[**XXVII**] *M*ª Nicolao avo *falso inscripsit Lorenzana* 4 ad hoc tumulum *sic M* 6 Cuiqueor similem *M, correxi ex lapide infra indicato,* Cuique alium similem *Lorenzana* 10 abuisse *M, corr. Lorenzana*

[**XXVIII**] *M*ª*FPCT (ex hoc Riese, Anthol. lat. 669) R* Item *M,* domni Euantii *FCTR, sine titulo P* 1 uirtute *M* 2 dextro *PCR* 4 offerret *P,* offeret *C* post munera carnẽ *T* 5 incolumi *PR,* columi *MF,* columni *CT* notabıT *M* 8 deuita *MF (in hoc* t *erasa, ut supersit* deuia*)*

[**XXIX**] *M*ª

[**XXVII**] 4 *Coripp. Ioh. 3, 356* funeris obsequium 5 *Hübner, inscr. Hisp. christ. 251 (Oveti a. 866)*

Ordonius ille princeps quem fama loquetur
cuique reor similem secula nulla ferent
ingens consiliis et dexterae belliger actis
omnipotensque tuis non reddat debita culpis.

cuius carminis vv. 3 et 4 sunt ex Eug. 28, 2 et 8

[**XXVIII**] *de vers.* 2 *et* 8 *cf. ad carm. 27, 5 de Euanthii nomine cf. ad 22, 27* 8 *Iuvenc. 3, 313* reddetque hominum sua debita vitae

hic patrios cineres praeciso marmore clausi,
servet ut omnipotens hic patrios cineres.
Nicolae genitor, pro te devotio summa est,
hic tibi fructus erit, Nicolae genitor.
iure mea tua sunt, quo non serente nec essem,
sed qui sum fateor: iure mea tua sunt.

(5) XXX. DISTICHON PHILOMELAICVM.

Sum noctis socia, sum cantus dulcis amica,
nomen ab ambiguo sic philomela gero.

(6) XXXI. ITEM.

Insomnem philomela trahit dum carmine noctem,
nos dormire facit, se vigilare docet.

(7) XXXII. ITEM DIALOGON TETRASTICHON.

Dic, philomela, velis cur noctem vincere cantu?
'ne noceat ovis vis inimica meis'.
dic, age, num cantu poteris depellere pestem?
'aut possim aut nequeam, me vigilare iuvat'.

---

5 preciso *M, an* pretioso ? clausit *edd.* 10 quia sum, fateor, *Skutsch*

[XXX—XXXIII] *M*[a]*C (fol. 5*[a] *ante cetera Eugeniana), ex C fluxit Bern. A 36 saec. X/XI f. 2*[v] *(conlationem dedit Hagen, anecd. Helv. p. CXLVI) Riese (Anth. lat. 658) edidit ex his codd.:*

m Montepessulano 306 saec. IX
t Turicensi C 78 saec. IX f. 103
p Parisino lat. 8440 saec. IX f. 37
b Bruxellensi 1828—30 saec. XI f. 35[r] *(et ipse contuli)*
l Leidensi Voss. lat. Q. 33 saec. X f. 159.

hos partim denuo contulit Bährens (poet. lat. min. V p. 368) addiditque

a Angelicanum V 3. 22 saec. XI f. 25[v].

praeterea Peiper contulit *x Bruxellensem 8860—7 saec. X f. 63*[v],
ego addo *π Parisinum lat. 5577 saec. IX f. 133*[r]
ϱ Parisinum lat. 8318 saec. XI f. 67[r] *(utrumque mihi contulit Lebègue).*

solus testis sincerus est M, secundus ab eo sed longe sequitur p; ceteri omnes interpolati, qui etiam unum ex quattuor faciant carminibus. attuli tamen gravissima ut progressus patefieret interpolandi

tit. Disticon filomelaicum *M*, Disticon in filomela *Cp Bern. x (hic* phylomella*)*, De philomela *b*, Versus de filomel(l)a *mlaϱ, sine titulo t π*

[XXXI] *XXXI post XXXII ponit omissis titulis π* Item *Mp, om. ceteri* 1 trait dum *Mπ*, trahit diu *p*, trahit per *b*, transducit *Cmlt Bern.*, canens duc *a* Insontem filomella canens ducit carmina noctem *ϱ* carmina *bϱ* Transducit phylomella insomnem carmina noctem *x* 2 uigilare iubet *p*

[XXXII] *titulus sic in Mp* (dialogon testrasticon), *om. ceteri* 2 Ouis ne noceat *b*, Ne noceat ouis nobis sic[uis] *π* 3 nunc *Cmtax*[1] *Bern.*, nun *l* cantus *l* Pestem dic a. n. p. d. cantu *t* Dic filomela uelis an ueles pellere *π* pestes *x* 4 Ut *edd. ante Riesium* An possis nequeam me uigilare cupit *π*

[XXX] 2 *ludit in vocabulis μέλας et μέλος*

[XXXII] 2 *Iuvenc. 2, 722* vis inimica homini

(8) ## XXXIII. ITEM CARMEN PHILOMELAICVM.

Vox, philomela, tua cantus edicere cogit,
  inde tui laudem rustica lingua canit.
vox, philomela, tua citharas in carmine vincit
  et superat miris musica flabra modis.
vox, philomela, tua curarum semina pellit,
  recreat et blandis anxia corda sonis.
florea rura colis, herboso caespite gaudes,
  frondibus arboreis pignera parva foves.
cantibus ecce tuis recrepant arbusta canoris,
  consonat ipsa suis frondea silva comis.
iudice me cygnus et garrula cedat hirundo,
  cedat et inlustri psittacus ore tibi.
nulla tuos umquam cantus imitabitur ales,
  murmure namque tuo dulcia mella fluunt.
dic ergo tremulos lingua vibrante susurros
  et suavi liquidum gutture pange melos.
porrige dulcisonas attentis auribus escas;
  nolo tacere velis, nolo tacere velis.
gloria summa tibi, laus et benedictio, Christe,
  qui praestas famulis haec bona grata tuis.

[**XXXIII**] *titulum ex M* (fil-) *dedi;* Carmen *simpliciter p, nihil ceteri* 1 *et* 2 *post* 4 *in b, post* 5 *in t* 1 edicere *MCpπx*, seducere m^1*blat*, educere m^2*ϱ*, ediscere *Pithoeus* cantu se dicere *Bern.* 2 Uide *C*, Unde *a* cui *almt* 3 citara C^1, cithara *p* 4 fabra Cm^1*bl Bern.*, fibra *tx* 8 pignera *sic MCpb*, pignora *ceteri* parua *Mπ*^{1}*x*, multa *ceteri et edd.*, tuta *Heinsius* 9 ecce tuis *Mpπ*, et coetus *Cmlt Bern. aϱ*, et cętus *b* 10 Concinat *a* 11 Iudice me *MC*, Iudicet me *pmltπx*, Iudicio *bϱ*, Iuditio *a* cędit *bx* 12 Cedat *M*, Caedat *Cπ*, Cedit *vel* Cędit *ceteri* inlustri *M*, inlusti *π*, —is *ceteri* siptacus *Clmϱ*, siptachus *π*, syptacus *Bern.*, psatacus *x* 13 tuos *Mb*, tuis *mltp*^{1}*ϱx*, tuus *Cp*^{2} *Bern.* imitatur *M* 14 murmura *t* 15 tremulus *Cptlm*^{1}*ϱx Bern.* fibrante *x* susur(r)us *Ctmpϱ Bern. x*, -as *l* 16 suabi *M*, suaue *Cpmlaϱx* (-ae) *t* suaui liquidos *(in marg.* suaue liquidum*)* *π* pangere *lm* 17 Corrige *a* dulces sonas *M*, dulcis sonas *lx*, dulcis sonis *π* adtentis *Mlmπϱ* escas] odas *Pithoeus* 18 nolo tacere uelis *alterum om. p* 19 tibi summa C^1*pmltϱ* 20 seruulis *Lorenzana, vix M*

[**XXXIII**] *multifariam imitatus est Paulus Albarus (PMA III p. 126) carm. 1 et 2* 1 cogit *scil. poetam (cf. Anth. 762, 45)* 3 *Alb. 1, 1* vox, filomela, tua metrorum carmina vincit. *1, 6* ut citharas vincat sibila ter tua, ter 4 *Alb. 1, 2* et superat miris flamina magna modis *Sisebut (Anth. 483) 2* musica flabra *(cf. Alb. 2, 16)* 5 *Ecbas. capt. 1063* plectris dulcisonis curarum semina pellis 7 *ibid. 985* herboso cespite gaudes 9 *Verg. georg. 2, 328* avia tum resonant avibus virgulta canoris. *Alb. 2, 11* cantibus ecce tuis responsa poetica currunt 11 *Alb. 1, 9* cedat omnigena, tibi vox quoque garrula cedat iudice me carmen fulgeat homne tuum, *cf. 2, 15 sq.* 13 *Iulian. Tol. ars gramm. 1, 1, 21 (Gramm. suppl. p. CCXXIX 26) exemplum* a *longae, iterum 1, 1, 34* *Anth. lat. 762, 6* Nulla potest modulos aequiperare tuos. *Alb. 1, 11* Nulla certe tibi aequetur nunc cantibus ales 14 *Ven. Fort. carm. 1, 15, 102* cuius ab eloquio dulcia mella fluunt 15 *Alb. 1, 13* Dic ergo varias blando modulamine voces et funde solite gutture sepe melos. Porrige dulcisonum gaudenti pectore plectrum 16 *Ven. Fort. carm. 3, 22, 4* liquido . . . melo 17 *cf. Pers. 1, 22* auriculis . . . colligis escas 18 *Carm. cod. Paris. 2773 (saec. XI fol. 83*^{v}*) apud Riese Anth. lat. I 2 p. 117 v. 6* Nolo tacere velis te filomella nimis. *Alb. 2, 14* Nolo timere velis, nolo tacere velis 19 *Alb. 1, 17* gloria summa deo dico per secula Christo qui nobis famulis gaudia tanta dedit. *cf. 2, 19*

(9) ## XXXIV. DE VLMIS ET PASSERIBVS.

En per frondisonas herbosi caespitis ulmos
concentu pariles dulce queruntur aves:
hic fessa gelidis tradamus corpora flabris
promentes verbis carmina dulcifluis.

(10) ## XXXV. DE IVRGIO, QVOD ACCIDIT.

Non sensus, lector, quaeso, non verba requiras,
scribere nam versus inpulit ecce dolor.
Christe, fove segnis torpentia carmina linguae,
ut possim questus ipse referre meos.
da guttas oculis, posco, da verba querellis,
nam flere requies, gaudia poena mihi.
iunctus eram nimium dilecto mente sodali,
cuius ab affectu carmina maesta canunt.
non sic Euryalum Nisus dilexit amatum,
nectebat ut nos pax in amore deus.
concordes animos solvens discordia carpsit
et cessit duris pax tenuata dolis.
ut turtur solus percusso conpare plango
et frustra lacrimas penso perire meas.
labor, io cari, labor, succurrite fratri,
praebete socio cum pietate manum.
pelle, precor, penitus pungentia iurgia, Christe,
ut possim sacris laetus adesse tuis.

(XVIII) ## XXXVI. PACIS REDINTEGRATIO.

Gaudia praepetibus concurrunt undique votis
et gestit animum pax recreare meum.
vivescunt sensus bello liteque repressi
et venit ad primum mens lacerata modum.
crescit amore salus: procul, o, procul este dolores,
nam iussit refugos iam stabilire deus.
at tu, perverse daemon et pestifer anguis,
nil prodesse tibi nunc, periture, dole.
non tua praeda sumus, quamvis pia pectora rixis
punxeris ad modicum, non tua praeda sumus.
sic semper rapidis vanescas tabidus auris
et nos in Christo sic tueatur amor.

[XXXIV] M^a

[XXXV] M^a 3 segnis et *M* 7 Hinctus *(in marg.* Iunctus*)* *M* dilecta *M* 8 ab affectum *M*, ob affectum *Lorenzana* 10 *cave scribas* dei, *cf. 4, 11* 15 iocari *edd.*

[XXXVI] M^aFP 3 repressis *P* 4 Et redit *FP edd.* 7 Ad tu *M*, Actu F^1 8 Nicil prode est stibi *M* peritura *(F) edd.* 9 tuad *M* 11 rapidus *M*

[XXXVI] 5 *Verg. Aen. 6, 258* procul o procul este profani

(XIX) XXXVII. HEPTAMETRON DE PRIMORDIO MVNDI.

Primus in orbe dies lucis primordia sumsit,
alter splendifluis caelum firmavit in oris,
tertius undivagum mare dat cum germine terrae,
quartus habet Phoebum lunamque et sidera caeli,
quintus plumigeras volucres piscesque natantes,
sextus quadrupedes, reptans hominesque sagaces,
septimus est domino requies his rite peractis.

(XX) XXXVIII. MONOSTICHA DE DECEM PLAGIS AEGYPTI.

Prima plaga Aegypti lymphas in sanguine vertit,
altera ranarum crepitus tabemque creavit,
tertia mordaces culices de pulvere movit,
quarta dedit muscas ictu sonituque pavendas,
quinta quoque morte damnat animantia cuncta,
sexta putrescenti vesicas vulnere patrat,
septima fulmineum murmur cum grandine vibrat,
octava frugi nocuas frondique locustas,
nona parat piceas tactu palpante tenebras
ultimaque decima prolis primordia truncat.

[XXXVII] *vide supra p. 67* *inter carmina Eugeni minora habent L (non M) FPCTR, praeterea praestant:*

Sangallensis 248 saec. IX fol. 67 sine titulo (contuli),
Bernensis 704 saec. XII (non contuli)
Monacensis 18628 saec. X fol. 91v (contuli),
Vindobonensis 281 saec. XII n. 26, 6 Versus de ordine creature dei *(non contuli)*
Parisinus nescio quis saec. X (inde Dübner apud Beck, de Orosii fontibus p. 63)
Matritensis non numeratus saec. XII fol. 69r sine titulo (inde Hartel-Loewe I p. 308)
Remensis municip. 1043. 743 saec. XIII fol. 187 (non contuli)
Harleianus 3685 saec. XV fol. 6v De sex operibus dei *(non contuli)*

Epitameron *L*, Eptametrom *F*, Ebtametron *Mon.* primordia *LCT Mon.* 2 horis *P*, horbis *M*, orbis *L* 3 undiuaguũ *L*, undeuagum FC^1 germine ęternę *Mon.* 4 et *om. Matr.* 5 Quinta *L* pennigeras *Matr.* 7 is *L* rite] ita *Mon.*

[XXXVIII] *M^aFPCTR, praeterea carmen ut id quod antecedit valde adamatum monachis migravit in codd. hos:*

Vaticanum Reg. 300 saec. X fol. 78b metrum Eugenii de decem plagis Egiptiorum *(non contuli)*
Monacensem 18628 saec. X fol. 91v (contuli),
Bernensem A 92 saec. XII 28d fol. 2b (contuli),
Parisinum nescio quem saec. X (inde Dübner apud Beck, de fontibus Orosii p. 64),
Burneianum 357 saec. XII/XIII p. 5 (v. 1. 2),
Aurelianensem 262 (218) saec. XV pag. 2, } *(non contuli)*
Paris. lat. 13029 saec. IX fol. 28v (mihi contulit Lebègue)

monostica *MFP, om. ceteri*, Versus *Paris. 13029* 2 crepitus *M*, crepitum *ceteri* 3 puluere traxit *Bern.* 4 hic tu *M*, hictu *F* facie morsuque *Paris.* 5 Quinta etenim morte *Bern.* Quinta interimit morte damnatque a. c. *Paris. 13029*, Quinta grauis peste pereunt a. c. *Paris.* 6 sextaque turgentes *Paris.* putrescentes PC^2 (-is C^1) *R* uessicas $PTRC^2$ *Paris. 13029* patrat] *om. Mon.*, giguit *Paris. Bern.* 7 cum sanguine *R* 8 Octa dedit frugi *Bern.* frugibus *Paris.* lucustas $FPCT^3$ 9 Nona patet *Paris.* 10 que *codd.*, quae *edd.* decimae *T*, decima est *Bern. Paris. Paris. 13029*

[XXXVII] 1 *Petron. frg. 27, 1 (Stat. Theb. 3, 661)* primus in orbe deos fecit timor

(XXI) **XXXIX. DE INVENTORIBVS LITTERARVM.**

Moyses primus Hebraeas exaravit litteras,
mente Phoenices sagaci condiderunt Atticas;
quas Latini scriptitamus, edidit Nicostrata,
Abraam Syras et idem repperit Chaldaicas;
Isis arte non minori protulit Aegyptias,
Gulfila promsit Getarum quas videmus ultimas.

(—) **XXXX. ⟨ITEM⟩.**

M⟨oyses . . . . . .
. . . . . .
. . . . . re⟩perta est
. . . . . mine cepit
. . . . . discit
. . . . . Gulfila Gotus.

(Anth. 730) **XLI. DE VOCE HOMINIS ABSONA.**

Dissona vox hominis rugitum signat aselli
grunnitumque suis et raucae murmura mulae;
quod bos mugitu fingit blateratque camelus
quodque lupus ululat vel quod vulpecula gannit,
quod pardus felit, quod raccat pessima tigris,
quod gratit catulus, quod miccit saetiger hircus,
absona cuncta sonat et dulcia nulla repingit
estque feris socia, non nostrae vocis amica.
desine iam talis incassum pandere labra,
desine iam frustra pulmonum rumpere fibras,
desine postremo miserum discerpere guttur:
non deus hoc recipit, quod homuncio sanus abhorret.

[**XXXIX**] *L (versibus non distinctis) FP* de inin-teribus *L* 4 item *Iulian.* caldaycas *vix recte ex L enotavit Beer, erit* -icas 6 ietarum *F*

[**XXXX**] *A (fol. 4a 3, descripsit Plenkers)*

[**XLI**] *L (versibus non distinctis) Riese (Anthol. lat. II 730) edidit ex Par(isino) 8440 saec. X fol. 38v, repetivit Bährens poet. lat. min. V p. 368* 1 ruditum *Riese, at peccavit Eugenius, non librarius* 2 Grunitumque *Par.* 3 Qui bos *Par.*, Quod bus *(an* uos? *in* bos *posuit Beer* u *pro* o, *voluit opinor pro* b*) L* blatteratque *L*, blatteatque *Par.* 4 uel uulpicla *(om.* quod*) Par.* 5 rateat *L*, rahat *Par.*, ranchat *Bücheler* 6 glatit *Par.* micit *L* ircus *L*, hyrcus *Par.* 7 Adsona *Par.* refingit *Riese* 9 Estque feris *ego*, Estq̃esis *L*, Estquelis *(unde* Estque illis *Bücheler) Par.* 10 fibra *Par.* 12 Non *L*, Num *Par.* humuncio *L*

[**XXXIX**] *carmen enarravit et totum exscripsit Iulian. Tolet. ars gramm. 1, 1, 6 et 1, 1, 7 p. VI ed. Rom. Eugenii fons fuit Isid. orig. 1, 3, 5. 1, 4, 1. chron. 350, cf. Traube, Perrona Scott. p. 533*

[**XLI**] *exemplo fuit Ausonii c. 76* in hominem vocis absonae, *quod auxit Eug. usus doctrina Suetoniana (Reifferscheid p. 247 sqq., Löwe gloss. nom. p. 247 sqq.). imitatur Paulus Albarus (PMA III p. 128) carm. 4* 1 *Alb. 4, 1* rug⟨ens et v⟩ilis asellus 2 *Alb. 4, 2* ⟨Grun⟩niensque sues 4 *Alb. 4, 4* ⟨Gannit et⟩ hic vul⟨pes⟩ 5 *Alb. 4, 2* raccan⟨s et pessima⟩ tigris 6 *Alb. 4, 3* catulus glatte⟨ns⟩. *4, 4* miccit hirsa capella

(XXII) **XLII. DE ANIMANTIBVS AMBIGENIS.**

Haec sunt ambigena, quae nuptu dispare constant:
burdonem sonipes generat conmixtus asellae,
mulus ab Arcadicis et equina matre creatur,
tityrus ex ovibus oritur hircoque parente,
musmonem capra verveno semine gignit,
apris atque sue saetosus nascitur ibris,
at lupus et catula formant coeundo lyciscam.

(11) **XLIII. DE PARTIBVS HVMANI CORPORIS.**

Partibus ⟨his⟩ constat humanae machina carnis,
sed multipliciter quae numerentur habes:
portio prima caput, collus ac brachia, truncus,
intera, sensus iners, femora, crura, pedes.

(12) **XLIV. DE PHOENICE AVE.**

Vnica sum Phoenix inmensi temporis ales;
cum volo, tunc morior et vitam morte resumo.

(13) **XLV. DE ALCYONE.**

Alcyon hibernum cum ponit litore nidum,
spumea fluctivagi frangitur unda sali.
duc ergo celerem festinus navita puppem:
bis septem soles aequora tuta tenent.

[**XLII**] *A (fol. 4^{a3} v. 1—6) LM^{a}FPCTR, praeterea extat in Bernensi 363 saec. VIII, atque in eo bis: fol. 194^{v} (= B^{a}) et fol. 28^{r} (= B^{b}), quem contuli, Trevirensi 1464 saec. X fol. 168^{b} (sine titulo; cf. Huemer Wiener Studien 5, 1883, p. 168), Antverpensi (Musei Plantin-Moretus) 89 (D 66) saec. XI fol. 35^{v} (descripsi), Paris. lat. 13029 saec. IX fol. 12 sub titulo* diversitas animalium mixta. *(mihi contulit Lebègue), de codice Turonensi saec. XI deperdito et a Brequignio descripto cf. Delisle, Notices et extraits XXXI (1884) p. 281 et 356.*

1 Hę B^{ab} *Trev.* ambigena *(A?)LF (hic* anb- *ut et in titulo) P Antv.*, ambigene *vel* -ę *MB^{ab}CTR Trev.*, ambiguae *Paris.* quae *videtur omisisse A* nutu *R*, nupta *Paris.* 2 conmistus *F* asellus B^{ab} 3 creatus B^{a} *Paris.* 4 Tytirus B^{ab}*CR Trev. Paris.*, Titirus *cett.* ex ouis *T* 5 Musonem *Trev. Antv. (in hoc Pulmann adnotavit* Musimonem*)* uerbeno *ALMFPC Paris.*, uerbene *R* 6 sues exosus *AL* ibris *ALFCT*, hibris *MPR*, ybris B^{ab} *Antv.*, hybris *Paris.*, idris *Trev.* 7 Ad *LFT* quoeundo *MF*, quoendo *L* liciscam *omnes codd.*

[**XLIII**] *M (i. M^{a} abhinc ubique)* 1 his *addidi,* haec *Lorenzana* macine *M* 4 Intera *sic M*

[**XLIV**] *LM* 2 tum *edd.* resurgo *L (ex Isid. orig. 12, 7, 22? potius ex Eug. c. 19, 1)*

[**XLV**] *A (fol. 4^{a4}, quod descripsit Plenkers, habet v. 4 mutilum) LM* 3 celestem *M*^{1} nauta *L*

[**XLII**] *cf. Isid. orig. 12, 1, 61*

[**XLIII**] 3 *cf. Isid. orig. 11, 1, 25* 4 *Ov. met. 14, 64* femorum crurumque pedumque

[**XLIV**] 1 *Mart. 10, 16, 6* unica . . . avis *cf. Isid. orig. 12, 7, 22*

[**XLV**] *cf. Anth. lat. 383 et Isid. orig. 12, 7, 25*

(14) XLVI. DE HIRVNDINE.

Arboreas exosa comas et rura relinquens
vestrae tecta domus hospes hirundo colo.
parce, precor, nostros dente contingere natos,
est namque facinus hospita membra cibus.

(15) XLVII. DE TVRTVRE.

Vtile coniugibus exemplum praebeo turtur:
non repeto thalamum nec coniunx casta maritum.

(16) XLVIII. DE PAVONE.

Fulgida pinna facit inlustrem tegmine pavum;
aurea pluma nitet, sed caro dura manet.

(17) IL. DE AVIBVS LOQVACIBVS.

Psittacus et corvus, cornix et garrula pica,
graculus et sturni verba referre solent.

(18) L. DE BVBONE.

Vitans plumigeras infelix bubo catervas
carmine fatali funera dira canit.

(19) LI. DE ECHENAI PISCICVLO.

Parvulus echenais ingentem pondere navem
fluctibus in mediis ore tenere valet.

(20) LII. DE STELLIONE.

Stellio guttatus nomen de corpore sumsit
stellata maculis languida membra trahens.

[XLVI] *A (fol. 4^{a4}, initia tantum leguntur) LM* 1 comes *L* 2 domos *A* 4 cibus *L*, cibum *M edd.*, *A non legitur*

[XLVII] *A (ut 46) LM* —

[XLVIII] *A (ut 46; fines non leguntur) LM* 2 nitent *L*

[IL] *A (ut 46, initia non leguntur) M* *in tit.* loquacibus *A*, loquacis *M* 2 Gragulus *M*

[L] *LM* 1 Vitans *corr. man. post. in* Nitens *L*

[LI] *LM* De echina *M*, Decihtna *L et* 1 ecihtnas *LM cf. ind. s. v.* echenais

[LII] *LM* 1 Stilio *L*

[XLVIII] *Aug. civ. dei 21, 4, 1* deus . . . dedit carni pavonis mortui ne putesceret *eqs.* *cf. Isid. orig. 12, 7, 48 Aldh. aen. tetr. 16, 3. 4*

[L] *cf. Isid. orig. 12, 7, 39*

[LI] *cf. Isid. orig. 12, 6, 34*

[LII] *cf. Isid. orig. 12, 4, 38*

(21) LIII. ASYNDETON DE QVINQVE SENSIBVS.

Auditus, visus, gustus, olfactio, tactus
aure, oculis, ore, nare, cute corporis extant.

(22) LIV. DE TEMPORIBVS ANNI.

Ver gignit flores, pinguescit messibus aestas,
autumnus uvas, bruma succidit olivas.

(23) LV. DISTICHON PROGNOSTICVM.

Mane rubens caelum venturos nuntiat imbres,
vespere puniceum signat consurgere ventum.

(24) LVI. ITEM PROGNOSTICVM.

Cum terras nebulae pressant, lux clara propinquat;
aethera cum densant, imbribus arva rigant.

(25) LVII. DE GLACIE.

Frigore constrictae pendent ut vellera lymphae
et stat fixa loco cursilis unda gelu.

(26) LVIII. AENIGMA.

Quae res progenerat quo demum gignitur ipsa?
unda gelu generat, gignitur unda gelu.

(27) LIX. DE GAGATE LAPIDE.

Sum levis et lenis piceo nigrore gagates;
ardeo tinctus aqua, restingor tinctus olivo.

[**LIII**] *M* 1 olfatio *(M)*
[**LIV**] *LM* 2 pruma *M*
[**LV**] *M* —
[**LVI**] *LM* 1 nebula *M edd.*
[**LVII**] *LM* 1 Frigor *M*
[**LVIII**] *M* —
[**LIX**] *LM* 1 nigrore *L*, colore *M edd.* 2 restingo *M* olio *L*

[**LV**] 1 *Iulianus Toletanus anecd. Helv. p. CCXV, 24:* Caelum mane rubens futuros nuntiat imbres *pro exemplo neutri generis vocabuli* caelum. *Emonis chron. (Mon. Germ. SS. XXIII 515)* nocte rubens caelum cras indicat esse serenum, si de mane rubet signum donat pluviale. *cf. c. 72*

[**LVIII**] *grammaticorum me admonuit Bücheler, qui in aenigmatis definitione adlegant versum* mater me genuit, eadem mox gignitur ex me *(Donat. gramm. IV p. 402 Diom. I p. 462 Charis. I p. 276). cf. et Sympos. aen. 10*

[**LIX**] *cf. Isid. orig. 16, 4, 3. Nies Pauly-Wissowa R. E. I p. 704 et Thes. ling. lat. s. voce* aetites

(28) **LX. DE MAGNETE.**

Magnes ferricolor ferrum suspendere novit:
sit praesens adamans, quod tenet ille, cadit.

(29) **LXI. DE ASBESTO.**

Asbestos calido si sit succensus ab igne,
nec valet extingui nec sua flamma perit.

(30) **LXII. DE ADAMANTE.**

Praedurus adamans ferrum non suscipit omne;
hircino tactus sanguine mollis erit.

(31) **LXIII. DE SPECVLARI.**

Vt Phoebus specular in⟨trans cor⟩rumpere nescit,
sic Christum generans virgo Maria manet.

(32) **LXIV. DE CITRI QVALITATE.**

Pulchra cute, carne dulcis et acerba medullis
. . . . . .

(33) **LXV. IN DISCO ARGENTEO.**

Candida conspicuum produxit massa catinum,
quo parce nitidus transit in ora cibus.

(34) **LXVI. IN VASE SALARIO.**

Congrua pulmentis introrsus grana geruntur
concreta lymphis aut nutrita montibus.

[LX] *LM* —

[LXI] *LM* De asbeston *LM* 1 Asbeston *LM* calidos hi sit *M*

[LXII] *LM* 2 irgino L^1 sanguin M^1

[LXIII] *M* 1 Ut rebus (Phoebus *in marg. man. recens*) *M* specular intrans corrumpere *ego*, specular inrumpere *M*; *potuisse eum etiam* Vt Ph. ⟨radiis⟩ specularia r. n. *adnotat Bücheler*

[LXIV] *M* *versum alterum deesse puto (cf. Isid.); lacuna nulla in M*

[LXV] *M* —

[LXVI] *LM* De uas salario *L*

[LX] *cf. Isid. orig. 16, 4, 1 et 16, 13, 3* *Aldh. aen. pentast. 8, 3* frigida nam chalybis suspendo metalla per auras. *5* mox adamante Cypri praesente potentia fraudor

[LXI] *cf. Isid. orig. 16, 4, 4*

[LXII] *cf. Isid. orig. 16, 13, 2 Prisc. periheg. 1066* *Aldhelm. aen. tetrast. 11, 1—3*

[LXIV] *cf. Isid. orig. 17, 7, 8*

[LXVI] *cf. Diom. gramm. I p. 462, 23 sqq.*

(35) LXVII. IN FIBOLAM MATRONILEM.

Officii nostri vincire est tegmina morsu,
ut tensa pulcros palla premat umeros.

(36) LXVIII. IN COLVMNAM PARVOLAM.

Cum sim parva nimis, ingentia pondera porto,
nititur et fabricae me super omnis onus.

(α) LXIX. IN LECTO REGIS.

Regius hic lectus auro rutilante coruscans
vertice tantundem vibrantia fulcra gerebat;
nam pars magna sui fusca mutilaque manebat,
multa quoque raptim minuit audacia furax.
sed cuncta reparans, rex ⟨Reccesvinthe⟩, reformas,
quae laetus habeas et longo tempore cernas.

(XXIII) LXX. ITEM AD IOHANNEM.

O IO-versiculos nexos quia despicis-HANNES,
excipe DI-sollers si nosti iungere-VISOS.
cerne CA-pascentes dumoso in litore-MELOS,
et POR-triticea verrentes germina-CELLOS.
AR-sitibunda petunt lympharum pocula-MENTA
atque BV-glandiferae recubant sub tegmine-BVLCI.
nunc PAS-lanigeras ducunt ad pascua-TORES
et FE-consumunt fraudantes munera-TVRAE.
PRO-tibi ut nostro veniat ex carmine-FECTVS,
instar Lucili cogor disrumpere versus.

(37) LXXI. DE ARVLA.

Arula sex rebus semper candescit: asello,
ignibus et lignis cum forcipe, folle, batillo.

[LXVII] *M* 1 est vincire segmina *edd.*

[LXVIII] *M* —

[LXIX] *M* 5 Reccesvinthe *ego, cf. N. A. XXVI (1900) 408 sq.;* uuamba *M* reformas *Lorenzana,* reforma *M*

[LXX] *M (fol. 59r v. 1—3 soli; fol. 60v v. 4 — 6 soli) FPCT (v. 1—7) R; adde Paris. lat. 13029 saec. IX f. 28v (mihi contulit Lebègue) verba divisa in codd. uncialibus aut rubris litteris picta sunt in titulo* IOANNEM *F* 1 dispicis *PCaR* hannem *M,* hannes *ceteri* 2 uisus *M* 4 tritticea *M* gramina *PR Paris.* 5 petunt olimparum (pa *abstersae*) *M* 6 tecmine *MF Paris.,* tegmine *PCR,* tegmina *T* 7 Non *FP Paris.,* Nos *T,* Nunc *RC edd.* 8 PHE- *codd.* 9 PRO tibi *F,* PROque tibi *PCR Paris.,* PRO tibi uti *L. Müller re metr. p. 398* 10 lucilii *codd.*

[LXXI] *M* 1 sempe *M* asello *v. ind. sub voce*

[LXX] 1 *laudat Iulian. Tol. ars gramm. 1, 197 (ed. Rom. p. 43) in capite de tmesi* 6 *Verg. ecl. 1, 1* recubans sub tegmine fagi 10 Lucili] *cf. Consent. gramm. V 391, 1 (Donat. gramm. IV 401, 14 Pomp. V 310, 3) Auson. epist. 5, 38* Lucili vatis sic imitator eris

(38) LXXII. INTERROGATIO PRO CAELI QVALITATE:

Suspice, si rutilis refulgent aethera flammis.

RESPONSIO PRO SERENITATE:

Lucida lucifluis perlucent sidera signis.

ITEM PRO NVBILO:

Ignea nimbivoma conpressit nubila palla.

ITEM CVM CAELVM MIXTVM EST:

Pars caeli claret stellis, pars pallet ab umbris.

(39) LXXIII. DE QVALITATE VENTORVM.

Circius aestivo, vulturnus frigore gratus;
Circius aestivos conpescit flamine morbos.
. . . . . .
. . . . . .

(40) LXXIV. AD CALIDAM.

Vivas innumero saeclorum tramite, rector,
effracta vobis aemula colla premens;
sis regno felix et pacis munere pollens,
sis pietatis amans iustitiaeque tenax.

(41) LXXV. AD SABANA.

Omnibus effectis, quae poscit cura lavacri,
praetende membris lintea clara tuis.
ut haec candifico praenitent tegmina cultu,
vestrum sic meritum promicet ante deum.

(42) LXXVI. CONCLVSIO.

Omnipotens rerum factor regumque creator,
accipe propitius, quae tibi, summe, loquor.
porrige victricem pro sacro principe dextram,
quae praestet votis prospera dona suis.

[LXXII] *M* 1 refulgeat *Bücheler* 4 istellis *M*

[LXXIII] *M carmen non plenum esse apparet; compara Isid. orig. 13, 11* 1 extiuo *et* 2 extiuos *M*

[LXXIV] *M* 1 Vibas innumeros seclorum *M* 2 vobis *(cf. 75, 4 app. 20, 4) Bücheler*, nobis *M*

[LXXV] *M* 1 effectus *corr. in* -is *M* 3 Et *M, corr. Lorenzana* prenideat *corr. in* -teat *M, correxi*

[LXXVI] *M* 4 dona *ego*, bona *(M) edd.*

[LXXII] *cf. c. 55 et Matth. 16, 2—4*

[LXXIV] 4 *Iuvenal. 8, 25* iustitiaeque tenax

[LXXVI] 1 *Valer. Soran. frg. 4* Iuppiter omnipotens rerum regumque repertor

perferat insignes semper ex hoste triumphos
nec cedat ullis te comitante malis.
sit blandus famulis, sit lenis censor iniquis:
sic nobis placeat nec tibi displiceat.
ut multa breviter parvo sermone perorem:
sit bona tota gerens et mala nulla gemens
te donante, precor, qui regnans trinus et unus
texis in aeternum saecula cuncta deus.

(3) LXXVII. VERSVS SVPRA LECTVM.

Inclite parentis alme Christe pignus unicum,
membra, quae labore fessa nunc repono lectulo,
cerne mitis et benignus atque clementissimus;
tolle monstra, stringe fibras et soporem tempera,
inproba ne dum quiete praegravantur viscera
daemonum fraude maligna sentiant piacula.

(XXIX) LXXVIII. ⟨ITEM ALIVD⟩.

Imperat omnipotens: procul, o procul effuge daemon,
ne fraude nostrum possis adire torum.
ne somnos turbes nec mortis vincla ministres
nec fallas animam sordibus ipse meam.

(4) LXXIX. ITEM ALIVD.

Crucis almae fero signum: fuge daemon.

---

11 regnans *ego*, regnas *M edd.*

[**LXXVII**] *M* uersu *M* 1 Incliti *Lorenzana edd.*, Inclitae *Bücheler* almi *corr. in* me *(seu versa vice) M* unicus *imitator* 2 prepono *M, recte imitator* 3 et *M*, ac *imitator* 5 ne *imitator*, nec *M*

[**LXXVIII**] *MFP titulus deest in M, at* Imperat *magnam habet initialem* versus supra lectum *FP (hic om.* versus) 3 somnium *imitator* ne mortis *FP* uincula (u *erasa*) *M* 4 Ne *FP* animum s. i. meum *(F?)* ne fallax animam sordides *imitator*

[**LXXIX**] *M* alium *in titulo M*

[**LXXVII**] *totum carmen redit in initio exorcismi Hispani, quem ex M fol. 158 edidit Traube PMA III p. 149* 6 *Iuvenc. 2, 112* sine fraude maligna

[**LXXVIII**] 1 *Iuvenc. 3, 300* procul hinc, procul effuge daemon. *Paul. Diac. (PMA I p. 65) 30, 3* finge, maligne, pedes et hinc procul effuge demens *totum Eugenii carmen in suum usum convertit et ampliavit, versu intercalari usus Eugenii carm. 79, exorcissator quidam Hispanus in ipso codice M fol. 158, cuius versus edidit Traube PMA III p. 150*

[**LXXIX**] *cf. ad carm. 78 laudat quasi 'anapaesticum dimetron colophon' Iulian. Tolet. ars gramm. 1, 259 p. LV ed. Rom. Hübner inscr. Hisp. christ. 268 (a. 1051 in S. Mariae de Leorio)* Crucis alme fero signu(m) fugie demon

(43) LXXX. DE SVPERBIA ET HVMILITATE.

Qui petit excelsa, debet vitare ruinam;
in terra recubans non timet unde ruat.

(44) LXXXI. DE FRONTIS INDICIO.

Frons hominis mentem proprio depromit amictu:
qualis vultus erit, talia corda gerit.

(45) LXXXII. PROVERBIVM.

Frigidus in bellis frustra praecingitur armis:
nil valet exterius, defit ubi propria virtus.

(46) LXXXIII. ALIVD.

Ille iubere nefas, ille perhibetur amare,
qui prohibere valet nec prohibere volet.

(47) LXXXIV. ALIVD.

Coniugis et nati vitia vix nosse valemus
quodque domi geritur postremi scire solemus.

(48) LXXXV. ALITER.

Cum coniux, natus vel servus peccat alumnus,
cantica vulgus habet, nos tamen ista latent.

(49) LXXXVI. ALIVD.

Pane suo vivens, aliena negotia supplens,
iste sanus aeger est.

[LXXX] *M* —
[LXXXI] *LM* *tit.* iudicio *M*
[LXXXII] *LM* 2 deficit *edd.*
[LXXXIII] *M* —
[LXXXIV] *M* 2 iscire *M*
[LXXXV] *M* —
[LXXXVI] *LM* —

[LXXXI] *Ionas Aurelianensis (Migne 106, 309 A) post Ambrosii illud:* habitus mentis in corporis statu cernitur *sic affert hos versus*: et illud cuiusdam: Frons hominis propriae mentis depromit amictum. Qualis vultus erit, talia corda gerit

[LXXXIII] *Valer. Abbas (España sagr. XVI 390 = Migne 87, 439)* ipse iubere nefas ipse perhibetur amare, qui prohibere valet nec prohibere volet *cf. Hieron. adv. Pelag. 3, 7 de* homicida

[LXXXVI] 2 *laudat Iulian. Tol. ars gramm. 1, 256 p. LV ed. Rom. exemplum 'trimetri trochaici'*

(50) **LXXXVII. ALIVD.**

Carduus et spina cum pastum praebet asello,
lactuca labris conpar est.

(51) **LXXXVIII. ALIVD.**

Ipse manus sibimet inmundo stercore foedat
qui canem cauda retentat.

(52) **LXXXIX. ALIVD.**

Esca fies canibus, fueris si furfure mixtus.
ALIVD. Detrahit adversus famam, conponit amicus.
ALIVD. Si barbae sanctum faciunt, nil sanctius hirco.
ALIVD. Femina nuptura servorum crimina fingit.
ALIVD. Verba perdit et salivam ponderoso incantitans.
ALIVD. Tortus erit animo, fuerit qui corpore tortus.
ALIVD. Sat melior vivens catula quam functa leaena.
ALIVD. Mendaces faciunt ut verum falsa putemus.
ALIVD. Mendax est promissa negans aut reddere tardans.
ALIVD. Duplex nec bello fortis nec pace fidelis.

[LXXXVII] *LM* 1 Cardus et ispina *L* 2 conpar *om. L*
[LXXXVIII] *LM* *tit.* aliut *LM* 2 Qui caudam canem retempat *L*
[LXXXIX] *LM* 1 furmure mistus *edd.* 2 fama *L* 5. 6 *om. M* 5 incantitans *Bücheler*, incantanti *L* 7 Ad *M* melior melior est uibens *L* 8 puteris *M* 10 *om. L*

[LXXXVII] *Lucil. frg. 895 Bährens (ex Hieron. epist. 7, 5 I p. 340 Migne)* similem habent labra lactucam asino carduos comedente. *cf. Crusius, Rh. Mus. 46, 1891, 320 Babrius fab. 133 Otto, Sprichw. p. 189. haec mihi indicavit Crusius*

[LXXXVIII] 2 *laudat Iulian. Tol. ars gramm. 1, 257 ut exemplum 'tetrametri trochaici' (ed. Rom. 1797 p. 55)*

[LXXXIX] 1 *Egbert. Leodiens. fec. rat. 1, 9* iure canes rumpunt maculantem furfure vultum *cum nota Voigtii (ed. Halle 1889 p. 4). cf. Phaedr. 4, 18, 4* furfuribus sibi consparsum quod panem darent 3 '*Lucill. Anth. Palat. 11, 430 εἰ τὸ τρέφειν πώγωνα δοκεῖ σοφίαν περιποιεῖν, καὶ τράγος εὐπώγων εὔστοχός ἐστι Πλάτων. cf. Mart. 4, 53. 9, 47, 2*' Crusius 5 '*i. qui hernioso mederi volt incantamentis*'. *Bücheler* 6 *cogita de pumilione doloso; 'cf. Physiognom. II p. 247, 22 I p. 240, 10'. Crusius* 7 *eccl. 9, 4* melior est canis vivus leone mortuo. *cf. carm. d. s. Benedicta (poet. Carol. IV p. 227) 486* carior estque canis vivus functoque leone 8 '*cf. Ps. Babrius fab. 169 Demetr. apud Stobaeum 12, 18 p. 446 H. Cic. div. 2, 146* cum mendaci homini ne verum quidem dicenti credere soleamus'. *Crusius* 10 *cf. Hesych. s. v. διπλοῦς ἄνδρας, e lexico Zenob. volg. 3, 23 p. 64 G.*

(53) **XC. DISTICHON DIVERSVM.**

Divina bonitas ne saeviat, exerit iram
hicque pie cruciat, ne perpetualiter urat.

(54) **XCI. ITEM ALIVD.**

Quisque bene loquitur et vita pravus habetur,
hunc sua verba ligant et vox quoque propria damnat.

(55) **XCII. ITEM ALIVD.**

Omnia, quae metuunt homines, haec rite caventur;
namque deum metuens post ipsum currit ab ipso.

(56) **XCIII. ITEM ALIVD.**

Virginitas carnis intacto corpore habetur,
virginitas animae fidei integritate tenetur.

(57) **XCIV. ITEM MONOSTICHON.**

Recta fides sensum pandit, non credere claudit.

(58) **XCV. ITEM DISTICHON.**

Mors prima pellit animam, secunda retentat,
ut nolens subeat meritam de corpore poenam.

(XXVIII) **XCVI. VERSVS DE TEMPORIBVS ANNORVM.**

Quinque trahit volvens annorum tempora lustrum,
quattuor ex annis numerus finitur Olympi,
nam tribus inpletis trieterida solvere mos est.

[XC] *M* 1 ne feriat *edd.*

[XCI] *M* 2 lingant *M*

[XCII] *M* 1 metunt *M* 2 currat *M*

[XCIII] *M* 1 animi *edd.*

[XCIV] *M* Idem *corr. in* Item *M*

[XCV] *M* —

[XCVI] *MFP* versus *om. P* tempori *F* 1 Quamque *M* 3 trietherida *M*, triecheria *F*, trieteria *P*, Trieterica *edd.*

[XC] *cf. ad Drac. laud. d. 1, 29*

[XCIII] *Prosper epigr. 76* carnis virginitas intacto corpore habetur, virginitas animae est intemerata fides

(XXIV) IIIC. AD HESYCHIVM PRESBYTERVM.

Sanctorum meritis claro semperque beato
Hesychio Eugenius vilis et exiguus.
accipe conscriptos plebeio carmine versus,
quos dat, dilecte, pagina maesta tibi.
cara mihi vestros advexit epistola questus
et me tristifico perculit inde sono.
oblitum te namque gemis vilescere nobis
inque meo vultum corde perisse tuum.
crede meis verbis, nam fas est credere nobis;
credere nempe licet, cum dubitare nocet.
testor namque deum, sanctorum nomina testor
affectum vestri non tepuisse mihi.
ante polus solis ac lunae luce carebit
quam sim conspectus inmemor ipse tui.
ante quoque nostro discedet pectore vita
quam vestrae mentis dulcis amicitia.
volvent puncta dies, volventur mensibus anni:
semper in ore meo nomen amorque tuus.
en quia depromsit affectum pagina nostrum,
dilige me nimium, dilige me nimium.
obsequio cordis persolvens iura salutis
hinc precor ut miseri sis memor, alme, tui.
Christus ubique tuis concedat prospera votis
et parcat culpis Christus ubique meis.

(XXV) IIC. ITEM AD QVENDAM FAMILIAREM.

Saepe tuam placide cupio quia nosse salutem,
idcirco nostrum percipe laetus 'ave'.
ac ne longifluo grandescat epistola tractu,
quod possum breviter, dulcis amice, 'vale'.

[IIIC] *FP Lips., praeterea Harleianus 3685 saec. XV fol. 2v (mihi contulit George F. Warner) tit.:* Item ad eusicium presuiterem *F,* Ad hesytium prębyterum *P,* Epistola ad Eusebium prbm *Lips., nullus in Harl. titulus* 2 Eusicio *F,* Esicio *P,* Eusitio *Lips.,* Eustcio *sic Harl.* 4 Quo *F* dilecte *Lips.,* dilecti *FP edd.,* dilecto *Harl.* 5 Caras *Lips.* adduxit *Lips.* 6 Et meristifico *F* percutit *Lips.,* percula *Harl.* 8 Incque *F* 9 credere ῦis *(i.* veris*) Harl.* 10 docet *Lips.* 11 Testor sanctae deum *Lips. Harl.* 13 ac] et *edd.* 15 *ante* nostro *una littera* (a?) *erasa Lips.* 16 qua *Harl.* 19 deprōssit *F* 22 Hic F^3 Imprecor *Lips.,* Inpreco *Harl.*

[IIC] *FP* Item *om. P*

[IIIC] 13 sqq. *dirae 98* dulcia amara prius fient et mollia dura ... quam tua de nostris emigret cura medullis. *cf. Verg. ecl. 1, 61 sqq.* 17 *Prosp. de provid. 1* mensibus anni 19 *Engelmodi (PMA III p. 58) carm. 1, 114* carminis affectum pagina fata meum

[IIC] 4 *Anth. lat. 762* dulcis amica veni *(alia apud Huemer, Wien. Stud. V, 1880, 76 sqq.)* *ad totum carmen cf. formulam* ave atque vale *(primum apud Catull. 101, 10)*

(XXVI) **IC. ITEM AD EVNDEM.**

Inmensas domino laudes gratesque rependi,
quod missa incolumem te mihi carta dedit.
inde salutigerum devoto pectore carmen
mittimus et caro dicimus ore 'vale'.

(XXVII) **C. ITEM AD EVNDEM.**

Multa salus nobis, si sunt tibi dona salutis:
at tu sospes ave, tu sine fine vale.

(XXX) **CI. DE INCOMMODIS AESTIVI TEMPORIS.**

Dura quae gignit et amara cunctis
tempus aestivum, resonare cogor
Sapphico tristis modulante versu,
omnia passus.
nunc polus Phoebi nimio calore
aestifer flagrat fluviosque siccat;
intonat tristis iaculansque vibrat
fulmina dira.
ingruit imber inimicus uvis,
flore nam saevit spoliare vites,
spem quoque frugum populat nivosis
grando lapillis.
nunc sitis ora lacerat anhela;
febre tabescunt moribunda membra,
corpora sudor madidans acora
foetidat unda.
bufo nunc turgens et amica silvis
vipera laedit gelidusque serpens,
scorpius ictu cruciat paratque
stellio pestem.

[IC] *FP* Item *om. P* 2 Quo missa columem (-en *P*) *FP, corr. Sirmond* 4 claro *Skutsch*

[C] *FP* Item *om. P* 2 Ad *F*

[CI] *L (hic versibus non separatis) FP* *tit. ut dedi L*, Versus *(om. P)* de estate Eugenii *FP* 1 Dura quod *P edd.* 3 Saffico *LFP* tristis *L*, tristi *FP edd.* 6 estifer *L*, Ectiba (Estibes F^2) *F*, Estiber *P*, Aestibus *edd.* fraglat *corr. in* flagrat *L* 7 tristi *P* 9 uuis *LP*, abis F^1, r *suprascr.* F^2, *eademque in margine scripsit* detruditeuia ?? 10 seuit *L*, suebit *F*, sueuit *P edd.* 11 ispem *L* 13—16 *om. FP edd.* 14 fiebre L^1 meribunda L^1 16 fetidat *L* 17 Uufo F^1, Bubo *L* turgens *L*, turgit *F*, turget *P edd.* 19 iscorpius *L* hictu *LF* cruciat *L*, iugulat *FP edd.* paritque *(F) edd.* 20 stillio *L*, stilio *F*

[IC] 1 *Iuvenc. 1, 96* magnificas laudes animus gratesque celebrat (rependit *M*) .. domino. *cf. 1, 117* 3 devoto pectore *cf. ad 11, 3*

[C] 1 *Arator 1, 286* pete dona salutis. *Pauli et Petri carm. (PMA I p. 76) 43, 3* Gaudia sunt nobis, si sunt tibi dona salutis

[CI] 4 *Auson. 151, 22* Sapphico suadet modulata versu 9 *Verg. Aen. 1, 123* accipiunt inimicum imbrem. *12, 284* ferreus ingruit imber

musca nunc saevit piceaque blatta
et culex mordax olidusque cimex,
suetus et nocte vigilare pulex
corpora pungit.
tolle tot monstra, deus, inprecanti,
pelle langorem, tribue quietem,
ut queam gratas placido sopore
carpere noctes.

---

22 pulex *L* cimes *L* 23 et *L*, in *FP edd.* 25 Tolle tot *P*, Tolle toh *L*, Tollet hot *F*, Tollet haec *edd.*

APPENDIX:
DVBIA ET SPVRIA.

(60) I. DE DILECTIONE.

Impleat ut vestrum domini dilectio pectus,
rex, ipsum dominum iugiter rogitare memento.
diligit ille prior tribuens praecepta suorum,
maxime, natorum cupiunt qui currere callem,
quem caeli rectum regnator et ipse cucurrit,
semper amans natos, ut semper ametur ab ipsis.

(61) II. DE TIMORE.

Vt timeas dominum legis praecepta secutus,
maxime, Davidicos debes percurrere campos,
in quibus aeterno latices de fonte manantes
invenias tibimet vitalia pocula dantes.
quae segetem magna foveant dulcedine cordis,
hic et in aeternum florentia regna ministrent.

(62) III. DE OBSERVANDIS MANDATIS DOMINI.

Quisquis amat dominum, debet sermonibus eius
cernuus in cunctis iugiter parere libenter.
verba sonant domini: 'si quis me diligit', inquit,
'nostra suis curet discribere munia fibris'.
servus enim factis utillimus esse probatur,
si cupit exsequier factis, quod auribus hausit.

[I–XIX] *in M et (omisso* XI*) C(antabrigiensi) Gg 5, 35 (1567) saec. XI, fol. 378 (glossas hoc in codice adscriptas omisi)* Incipiunt dogmata Albini ad Carolum imperatorem *(om.* De dilectione*) C*

[I] 1 ut *M*, o *C* 5 rectum *C*, rectam *(M) edd.*

[II] 2 Davidicos *ego*, dauiticos *MC*, daniticos *edd.*, dominicos *coni. Lorenzana* 4 Inuenias *M*, Inueniet *C*, Invenies *edd.* 5. 6 *sic in C:* Qui tibi mortiferam pellant de pectore sitim semper et aeterna florentia regna ministrent

[III] 4 Uestra (ł nostra *suprascr.*) *C* describere munera (ł munia *suprascr.*) *C* 5 factis *videtur ex v. 6 inlatum; repone ex gr.* cunctis 6 exsequeri *C* quod factis auribus *MC, corr. Lorenzana* quod fidis auribus *Dümmler* ausit *M*

[II] 6 *Carm. de resurr. (Cypr. Harteli III p. 316) 190* semper florentia regna *caeli*

[III] 3 *Ioh. 14, 15* si diligitis me, mandata mea servate

(63)

IV. DE SAPIENTIA.

Ut valeas vero regi coniungier uno,
regia sit semper regnans sapientia tecum,
quae tibi consilium valeat conferre beatum,
amplificet regnum, tribuat sine fine coronam.
tegmine purpureo temet circumdet et ornet,
hic et in aeternum felicia gaudia praestet.

(64)

V. DE PRVDENTIA.

Temperet interea virtus prudentia regem
actibus in cunctis et sanctis moribus ornet;
componat mores, sermones ordinet omnes,
componat linguam sensusque ministret acumen.
exornet habitum, gressum componat honestum:
ipsa dei virtus tibimet concedat utrumque.

(65)

VI. DE SIMPLICITATE.

Simplicitas animae virtutum semina nutrit,
simplicitas regum mores componit et ornat,
sermones nitidos puro de corde ministrat,
odia non retinet, laudes nec captat inanes
nec cupit absentum fratrum derodere vitam,
auferet inluvies hominis de pectore totas.

(66)

VII. DE PATIENTIA.

Vir patiens patriam poterit conscendere celsam,
si hic nitidam primum teneat sine crimine vitam;
torporem patiens debet calcare nugacem,
ne pereat tardus nocuo sub pondere pressus:
ingenium debet serpentis habere columba,
callidus et prudens debet mitescere serpens.

(67)

VIII. DE IVDICIO.

Dilige iudicium, si vis conscendere caelum,
taliter et vestris censoribus ipse minator:

[IV] 1 ualeat *C* coniugier uno *M edd.*, contingere christo *C* 4 regna *C* fine *om. C* corona *M* 5 Clamide purpurea *C*

[V] 4 Erudiat linguam *C*

[VI] 1 animi *C* 4 non captat *C* 6 inlubies homines *M*

[VII] 3 calcarem *M* 4 nocuo *C*, ne quo *M edd.* 5 Ingenium *M*, Astutiam *C* columbae *(?) C*

[VIII] De iudicuum *M* 2 minato *C*

[VI] 3 *Iuvenc. 1, 463* puro . . . corde

'discite, si cupitis nostrum conquirere munus,
iudicii callem recto percurrere gressu'.
ipse tamen sacras debes perquirere leges,
ex quibus auxilium valeas conferre subactis.

(68) IX. DE IVSTITIA.

Iustitia totum cura disponere regnum,
quod tibi rex regum commisit iure regendum.
iudicibus iuste manda disponere cuncta.
vivere cunctipotens sanxit legaliter omnes,
nam digitus domini legum censura lapillo
scripsit et in cartis iussit discribere terris.

(69) X. DE MISERICORDIA.

Omnia praevideat sollers industria regis,
magna ferat magnis et praestet parva pusillis:
non cesses miseros a famis clade levare,
si cupis in caelo fructum mercedis habere.
ille poli poterit regnum conscendere celsum,
noverit hic miseris qui plenam tradere dextram.

(70) XI. DE DECIMIS DANDIS.

Da decimas domino, tibimet qui plura subegit
regna, tibi populos iussit servire potentes.
aurea vasa dedit, diversa metalla paravit,
imposuit gemmis ornatam vertice mitram,
sericeo limbo, roseo conclusit et ostro,
ornavit habitum regali purpura totum.

(71) XII. DE THESAVRO IN CAELO CONLOCANDO.

Felix qui poterit thesaurum condere caelo,
clanculo quem rapiens nequeat disrumpere latro,
tinea nec maculans valeat conrodere mordax.
est ibi praedives nimium thesaurus et ingens,
angelicus panis potusque et vita perennis,
sufficiens cunctis per grandia saecula iustis.

---

6 subactis *fere abstersum M*

[IX] 2 comisit iure *M*, commis rite *C* 5 Iam *C* 6 describere *C* terris *MC*, uestris *edd.*

[X] 2 ferat magis *M* 3 Ac famis haut miseros cesses a clade leuare *C* 5 regni c. celsa *C* 6 dexteram *M* Qui miseris norit plenam iam porgere dextram *C*

[XI] *om. C* 3 dedit *ego*, adpetit *M* 5 Sericeo limbo *ego*, Siricio lembo *M; cf. Anth. lat. 390, 3* sericeum tegmen 6 regali *ego*, regalis *M*

[XII] conlocandum *in titulo M* 3 nec *C*, ne *M* 4 Est tibi *edd.* thesauru *M* 5 perhennis *C* 6 gradia *M*

[VIII] 4 *Theodulfus contra iudices (XVIII PMA I p. 493) 1* Iudicii callem censores prendite iusti

[XII] 1 *cf. Luc. 12, 33. Verg. georg. 2, 490* felix qui potuit

aurea regna tenet supero thesaurus in aevo:
illic angelica praefulgida vestis habetur,
incorrupta manens semper sine fine beatis.
illic gemma nitet, pendentia pallia lucent,
anulus, armillae, torques, dextralia, mitra,
aurea cuncta micant, lucentia cuncta coruscant.

(72) XIII. DE DEFENDENDO PVPILLOS ET VIDVAS.

Fortis ad auxilium regalia brachia tende
et viduas, miseros pariter defende pupillos:
sis clipeus iustis et turris et arcus et arma,
ne valeant actus pravi defendere pravos.
eripiat cunctos praeclara potentia regis,
qui iacuere diu pravo sub pondere pressi.

(73) XIV. DE AVARITIA.

Pestis avaritiae ne regia pectora tangat,
munificans cunctis, dilargus et omnibus esto:
parva dabis parvis et magnis magna parabis.
inferat auxilium regalis dextera cunctis:
omnia discreta regis industria servet
munere iucundos faciens per regna ministros.

(74) XV. DE PACE.

Pax tecum maneat, rex, pacem semper amato.
pax regnum solidat, regni pax cornua firmat;
pax animam nutrit, retinet concordia pacem;
pax reprimit litem, concordes nectit et idem.
lis pacem metuit, refugit discordia pacem,
odia pax pellit, castum pax nutrit amorem.

(75) XVI. DE ZELO BONO.

Zelus ut in numerum virtutum transeat, ante
ferveat ignifero fratris succensus amore.
pacis amator homo debet zelare, propinquos
qui moneat fratres germano foedere cunctos:
arguat et reprobos frontosa voce superbos,
pacis ad amplexus pariter convertat adactos.

---

10 gemme *C* 11 torques (s *in rasura*) *M*

[XIII] defendende *in titulo M* 3 Clipeus esto bonis *C* 4 acta *C* defendere praua *C*

[XIV] uitanda *in titulo addit C* 2 Munificus *C* praelargus *C* 5 discrete *C* 6 iocundos *C*

[XV] 4 et idem (uel eadem *suprascr.*) *C*

[XVI] 4 iunctos *Lorenzana* 6 ad *C*, et *M* adactos *ego*, adulteros *M*, et ambos *C*, utrosque *Bücheler*

[XV] 4 *Eug. c. 4, 9* pax lites reprimit *in simili lusu*

[XVI] 2 *Verg. Aen. 7, 496* laudis succensus amore

(76) **XVII. DE CLEMENTIA.**

Luceat in vestro semper clementia vultu
laetificans vestros per cuncta palatia servos.
imbres laetitiae regis clementia fundat,
dulciter ut populus valeat laetarier omnis,
viderit ut vultum regis lucere serenum
clarius argento fulgentem et purius auro.

(77) **XVIII. DE CONSILIO.**

Accipe consilium multis de cordibus unum,
quod tibi disponens faciat discretio gratum.
utile consilium regis confirmat honorem,
totius et regni fines defendit ab hoste.
alto consilio debes disponere regnum,
rex: tibi commissum regnum per compita totum.

(78) **XIX. DE PRAESIDIO DOMINI.**

Praesidio domini firmantur brachia regis,
eius et in manibus victrix servabitur hasta.
praesidio domini regnum defenditur omne,
crescit et eximium pollens virtutibus annet.
praesidium domini custodit denique regem,
a pravis semper defendit et hostibus illum.

---

(79) **XX. ⟨ORATIO⟩.**

Oremus pariter toto ⟨de⟩ corde rogantes,
ut tibi praesidio caelestia porrigat arma
arbiter omnipotens, ut possis fortiter hostes
debacchare tuos ferri de cuspide fossos
et valeas regum multorum frangere colla,
qui dominum verum nolunt cognoscere Christum,
qui deus est unus vere cum patre colendus,
quem superus totus cognoscit et infimus ordo,
quem chorus angelicus conlaudans semper adorat,
et genitum patris totum diffusa per orbem
ecclesia Christum cognoscit et omnipotentem;
qui mare tellurem caelum, qui cuncta creavit,

[XVII] 1 **nultu** *om.* C^1, **corde** C^2 4 **laetarier** *(suprascr.* C^2 **letari)** *C* 6 **Clarus** *M*

[XVIII] 6 **regni** *C* **competa** *C*

[XIX] 4 **eximiae** *C* **uirtutibus annet** *sic M,* **uirtutis honore** *C* 6 **Semper et a prauis defendit hostibus idem** *C*

[XX–XXV] *M, Eugenii esse potest XX, vix XXV* **[XXI]** Oratio *ego inscripsi,* De oratione *M* 1 **de** *om. M, add. Lorenzana* 4 **Debaccaret uos** *M* **ferri** *vel* **forti** *Lorenzana,* **foro** *M* 8 **superius** *corr. in* **-rus** *M*

[XVIII] 3 *Iuvenal 9, 124* **utile consilium**

[XX] 9 *Drac. l. d. 2, 209* **te chorus angelicus, laudans exercitus orat** 10 *Ermold. Nig. in hon. Hlud. 1, 355 (PMA II p. 16)* **latum diffusa per orbem**

quae mundus totus per totum continet iste.
qui posuit celso lucentia sidera caelo
et roseis totum coloravit floribus orbem,
sideribus variis superum depinxit olympum,
muneribus sacris mundum ditavit et imum;
qui concessit aquis geminos producere fructus
et diversa locis diversis ponere sanxit,
scilicet altilium sursum laticumque deorsum,
ut plebs pinnivola caeli concrescat in auris
et squamosa sali fluidis concrescat in undis:
illa poli volitans siccas transverberet auras,
ista maris bibulas natans transcurrat arenas.
cuius ad imperium rutilans adlampadat ignis,
et tremulas mittunt timida tonitrua voces,
nebula discurrens properat dispergere nimbos,
grandinis ut fractos iaculet de ventre lapillos;
arcus in excelso servato foedere durat,
ne cataclysmus aquae terrarum germina perdat,
tendit et igniferos mundi per compita crines
sol nimium rutilus, pulcerrimus atque coruscus,
impleat ut totum proprio de lumine mundum.
plura quid enumerem? Christo parere potenti
omnia festinant, quae nunc per saecula durant.

(80) XXI. DE SACERDOTIBVS.

Tu decus ecclesiae, virtus et gloria regni,
semper ama dominum, te quia semper amat.
praecipe praecipue primum: conservet et ornet
iura sacerdotii pontificalis honor.

(81) XXII. DE PONTIFICIBVS.

Ipse prior nitidam ducat sine crimine vitam,
ut sit commissi splendida forma gregis.
formosum et nitido perfusum semper olivo
culmen apostolicum debet habere caput.
ambrosium populis praesul conflagret odorem,
eius ut exemplo contio salva fiat.
tu decus egregium, virtus et gloria regni,
semper ama dominum, te quia semper amat.

---

19 locus *M* diversa *edd.* 21 pinnivola *Peiper*, pinnibula *M* aures *corr. in* -is *M* 22 squamosa sali *ego*, squamosalosum *M edd.* 23 siccans *M* 24 transcurrat *ego*, transcurrit *M edd.* 26 timida *ego*, timidas *M edd.* 30 nec cataclismus *M*

[**XXI**] *puto* 3. 4 *olim praecessisse prioribus, cf. 22, 9. 23, 9. 24, 9*

[**XXII**] De ponticibus *M (teste Loewe)* 3 Formoso *et* perfuso *M edd., correxi* 6 concio *M*

---

31 *Theodulf. carm. 28, 19 (PMA I p. 494)* per compita mundi

[**XXI**] 2 *Anth. 24, 6* amanti redde vicem, quia semper amat qui semper amatur. *78, 1* mens, ubi amaris, ama

[**XXII**] 1 *v. ind. s. v.* crimen 4 *Ven. Fort. carm. 8, 3, 141* culmen apostolicum 7 *Verg. Aen. 7, 473* hunc decus egregium formae movet

XXIII. DE PRESBYTERIS.

(82)

Dicito presbyteris: vestram fuscare serenam
non debet heresis Simoniaca fidem.
tollitur aeternum terreno munere munus
et maculat parva sportula multa bona.
deditus esse dei servus non debet usuris
terrenis, cuius est super astra locus.
nec vitio clerus debet succumbere, sacra
assidue cuius infula colla premit.
tu, decus ecclesiae, virtus et gloria regni,
semper ama dominum, te quia semper amat.

XXIV. DE ADMONENDO MONACHOS.

(83)

Admoneat monachos dulcis vox regia cunctos,
ut rebus careant, regna superna petant.
non hos vanarum turbet possessio rerum,
est quibus in celso vita parata throno.
exemplo Eliae populi consortia vitent
et Pauli, Antonii atque Iohannis ament.
propria dimittant, habeant ut propria cuncta,
vir nihil extraneum pacis amator habet.
tu decus egregium, virtus et gloria regni,
semper ama dominum, te quia semper amat.

XXV. DE IVDICIBVS.

(84)

Iudicibus iubeat vestra praeclara potestas,
rite regant populum semper ubique tuum.
non hos decipiat auri decoctio pura,
noxius argenti nec male captet amor.
censoribus populi obediant ut postulat ordo:
sic pax obtineat omnia regna tua
et tibi, ⟨rex⟩, sit laus virtus et gloria semper,
hic et in aeternum sit tibi semper honor.

XXVI. IN BACVLO.

(—)

Portantem me porto senem et vestigia firmo;
sum gravibus regimen, levibus nam verbera praesto.
his ergo officiis geminum mihi nomen ubique:
defessis baculum, perversis virga voc⟨ab⟩or.

[**XXIV**] 4 in caelo *edd.* patrata trono *M*

[**XXV**] 5 obediunt *M* 7 rex *addidi,* et *post* laus *inserit Skutsch* et gloria Christe *Lorenzana edd.*

[**XXVI—XXVIII**] *M fol. 61ᵛ—62ʳ inter versus Martini Dumiensis et Eugenii carminum collectionem alteram*

[**XXVI**] 1 Portante *M* semen *M* 2 Suum *M* nam tur uera *M* 3 geminum (-um *in ras.*) *M* 4 uaculum *M* uiga *M* vocabor *ego,* uotar *M,* vocatur *Peiper*

[**XXIV**] 2 *Ven. Fort. carm. 4, 18, 24* regna superna petit 3 *Iuvenc. 3, 499* rerum possessio fulgens *cf. Alcvin. (PMA I p. 231) 9, 97*

(—) **XXVII. DE REPRENSIONIBVS.**

Cum nemo in sese temptat descendere primum,
sed praecedentis spectator . . . .
. . . . . .
. . . . . .

(—) **XXVIII. DE BENE VIVENTIBVS.**

Qui potuit nigrum vitiis praefigere theta,
huic brabium vitae mors imitata dedit.

(—) **XXIX. ITEM.**

non esse ⟨fas⟩ festis thalamis proximum tumulis sociari
⟨c⟩aput senis et nubtialem vestem coniugii non esse
decus, sed ⟨de⟩decus.

(—) **XXX. ITEM.**

Frigori senili cedere iuveniles flamma⟨s⟩
etsi non † modeti ad tempus cogat.

(—) **XXXI. ITEM.**

Stolide anceps, an laetus ad thalamum,
an funereus pergat ad tumulum.

(—) **XXXII. ITEM.**

Infructuosa virtutibus aetas, quae
proximitatem tumuli festo thalami
mutat.

(—) **XXXIII. ITEM.**

In risum plorata senis vesania venit,
ut quaerat thalamos qui ruat ad tumulos.

[XXVII] 1 Quum *M* temtat dissendere *M* 2 precedentis (-is *ex correctione*) spectator (-or *ex* ur *corr.*) *M*

[XXVIII] *titulus* deuene uiuentibus *in eodem versu legitur quo* XXVII, 2 1 Qui pait *M, corr. Peiper* nigris *M, quod recte staret, si in poetae Persio fuisset* nigro perficere *M* Huic brabitum *(utrumque in rasura) M*

[XXIX—XLVII] *M fol. 69r post Eug. c. 21, 1—10 progymnasmata rhetorica et poetica, difficilia lectu*

[XXIX] 1 esse fas *ego,* estu *M* festis *ego,* festu *M* inhonesto festo *Bücheler* proximum *ego,* proximis *M*

[XXX] 2 etsi non domet *proponit Bücheler*

[XXXI] 1 Stollide *M* 2 pergas *opinor*

[XXXII] 1 estas *M*

[XXVII] *Persius 4, 23* ut nemo in sese temptat descendere, nemo, sed praecedenti spectatur mantica tergo

[XXVIII] 1 *Persius 4, 13* et potis es nigrum vitio praefigere theta 2 *apocal. Ioh. 2, 10* dabo tibi coronam vitae

(—) XXXIV. ITEM.

Quid redis ad thalamos? tumuli iam pronior aetas;
hunc vetuli thalamum cantica nulla decent.

(—) XXXV. ITEM.

Magne senex, stolide copulas cum funere pompam:
pompa decet iuvenem, funera fessa senem.

(—) XXXVI. ITEM.

Serta, senex, pelle: thalamorum gaudia turpas,
conpar non aevo, turpior inde toro.

(—) XXXVII. ITEM.

Qui male diffuso vetulorum velle supremo
dicis velle, senex, reprobas esse puer.

(—) XXXVIII. ITEM.

Ridicula materia pompa distincta monum⟨ento⟩.

(—) XXXIX. ITEM.

Discors frons aurea cum pallore senili.

(—) XL. ITEM.

Non inlustratur vetusta pellis fulgore metalli.

(—) XLI. ITEM.

Frustra temporibus margaritum aurumque vibra⟨tur⟩,
ubi vetustatem vultus probat sericum abtare † signi

(—) XLII. ITEM.

Ne Thali saccum! quid ergo sera aetas cum pallio iuvenili?

[XXXIV] 1 reddis *M* 2 thalamum *ego*, talami *M*

[XXXV] 1 senes *M* 2 Pompa *ego*, Iam pu *M*

[XXXVI] 1 Serta, senex, pelle *(cf. 40) ego*, Serte senes puelle *M; cogitavi etiam de* Verte, senex pullo th., *Bücheler:* Verte, senex, pellem, th. turpas (as *incertae*) *M*

[XXXVII] 2 Diei uelle senes reprobus *M, correxi;* reprobus *ut servet,* Quid male *legit Bücheler*

[XXXVIII] materiam *M* munum *(at obscuris litteris) M, expl. Bücheler*

[XXXIX] 1 Discors *Bücheler*, Vecors *Peiper*, Ricors *(incertis prioribus) M*

[XL] 1 pellis fulgore *Peiper*, puellis fulge *M; hexameter est nondum limatus*

[XLI] 1 vibra *M; videtur voluisse hexametros* 2 *finem* sericum, apta res igni *intellegit Bücheler*

[XLII] 1 tali *M; puto proverbium esse quale μὴ παιδὶ μάχαιραν; adagium Κύλλου πήραν confert Bücheler*

(—) XLIII. ⟨.....⟩.

Femina, quae matrimoniale⟨m⟩ torum frequenter adisti,
⟨de⟩sine fulcra tori iam renovare tibi.

(—) XLIV. ITEM.

Quid, veter⟨an⟩a, cupis pueri nu⟨dare decorem⟩?
non decus in forma est, non color ore ruber.

(—) XLV. ITEM.

Non puerum rapias, pueri non munera tollas:
proxima es morti, convenit urna tibi.

(—) XLVI. ITEM.

Quae poteras bene casta ⟨viri⟩ servare sepulcrum,
cur petulans risu conicis ipsa virum?

(—) XLVII. ITEM.

Aemula femineo mixta conmercia tactu:
plangere per tumulos, ludere per thalamum.

(*δ*) XLVIII. VERSVS DE ECCLESIA SANCTI IOHANNIS.

Praecursor domini martyr baptista Iohannes,
posside constructam in aeterno munere sedem,
quam devotus ego rex Reccesvinthus amator
nominis ipse tui proprio de iure dicavi
tertio post decimum regni comes inclitus anno,
sexcentum decies aera nonagesima nona.

[**XLIII**] 1 matrimonia letorum *M*, *in quo fortasse* torum *delendum;* matrona torum *Peiper* adistis *an* adisti *M incertum* 2 reno aure *M*

[**XLIV**] 1 vetera *M*, *expl. Peiper* puerina non decus i. f. e. *M uno versu; explevi* 2 in ore *M*

[**XLV**] 2 est *M* uma *M*

[**XLVI**] 1 Quae *ego*, Qui *M* casta uiri *ego*, carta *M*

[**XLVII**] 1 Emule *M* factu *dissuasit Bücheler adnotans 'femina tangit plangendo, tangitur ludendo'*

[**XLVIII**] *M post* XLVII *ex Morale Hübner, inscr. christ. Hisp. 143, inde Bücheler, carm. epigr. 322. Morales testatur se legisse in ecclesia S. Iohannis in Gallaeciae regione Baños* Versi *in titulo M* 2 constructum *(corr. in* -am*) M* marmore *Lorenzana* sede *M* 3 Recesuintus *M* 5 tertii *M* 6 decies] dege(n)s *suspicatur Bücheler* era *L*Ϛ VIIII[a] *sic M* novem *Morales*

[**XLVIII**] 1 *Paul. Nol. 27, 411* hic et praecursor domini et baptista Iohannes. *(Carm. adv. Marc. 1, 110) Alcvin. carm. 106, 1 (PMA I p. 333)* Praecursor domini magnus baptista Iohannes

($\beta+\gamma$) IL. EPITAPHIVM CONIVGALE A BEATO EVGENIO EDITVM GLORIOSO DOMINO RECCESVINTHO REGI.

Rex legum, rex imperii, rex iuris honesti,
en coram te stat humanae stirpis origo;
distincta gradibus totis et nomine toto
laetatur se constare te iudice certo,
ut quod lex sacra tali de themate narrat,
elatum sceptrum terrenti robore firmet:
'quisquis coniugii nexum contingere quaerit,
humanam stirpem hac sibi forma notet;
sic clarus genere tota de parte manebit,
inmundo mundus sanguine cum fuerit.
non ergo iungat vicina origine foedus
qui vult laetari prolis amore pius.
nam si confinem ducat de sorte iugalem,
incestu turpi commaculat sobolem
sicque qui inlustri naturae luce refulsit,
ad tenebras sceleris sordida culpa trahit
ac mox census honor libertas gloria conpos
foedo laesa toro cuncta simul perient'.

(—) L. EVGENII DE SENE.

Aemula quid cessas finem properare senectus?
an et in hoc fesso corpore pigra venis?
solve precor miseram tali de carcere vitam,
mors est iam requies, vivere poena mihi.
non sum qui fueram: periit pars maxima nostri,
hoc quoque quod superest, langor et horror habet.

[IL] *E (scorialensis) M III, 2 fol. 2v versibus non distinctis (mihi contulit H. Plenkers). ex alio codice Antonius bibl. hisp. vet. I 382 habuisse dicitur Mignio, ego non inveni. Mignius inde a v. 7 novum facit incipere carmen tit.* In nomine dn̄i incipit epitauium (u *in* f *corr.*) *E* recesuinto *E* 1 regum *Migne* iuris (-ris *in ras.*) *E* 3 *om. Migne* totis (-ti *manu rec.*) *E* 4 laetatur *ego*, letetur *E Migne* uindice E^1 5 temate *E* *ante* 7 *legitur* idilhon *E*, Idilion *praescripsit Migne* 10 In mundo *E Migne, quod noli iungere cum* manebit 11 vicina ab origine *coni. Migne, at cf. v. 15* 13 *om.* E^1 *add. man. posterior saec. XIII in margine* 15 *ut* 13 q *(i.* qui*) E margo,* quod *Migne; de hiatu cf. v. 11* 15 naturae *Migne,* n̊ *E* 16 culpati *(corr. in* culpa trahit *man. post.) E* 17 *ut* 13 Ac *ego,* Hac *E margo et Migne* gloriae *E*

[L *et* LI] *P fol. 119r (contulit Peiper; edidit De Rossi, inscr. christ. Rom. II p. 267 n. 19)* [L] *sunt versus Maximiani (I 1—6), cf. Traube, Rhein. Mus. 48, 1893, 287 sqq., cumque eius nomine traduntur hi 6 versus soli in codd. p Parisino 8319 saec. X/XI et g Gaddiano 90, 25 saec. XII/XIII (v. Baehrens poet. lat. min. V p. 315), quos ex fonte codicis P esse descriptos varietas lectionum comprobat* 1 tardas mortem *P* 2 An *Ppg*, Cur *Maxim. codd.* hoc fesso *codd. Maximiani et pg*, effesso *P, unde* effeto *Traube* pigra *Ppg,* tarda *Maxim. codd.* 4 Nam mors est requies *P* 6 habent *optimi Maxim. codd.*

[L] 1. 2 *Eug. carm. 14, 38* cur properata venis? *Boet. cons. 1, 1, 9* venit enim properata malis inopina senectus *Verg. Aen. 5, 415* aemula . . . senectus. *5, 395* gelidus tardante senecta sanguis habet frigentque effetae in corpore vires

(—) ## LI. EPITAPHIVM EIVSDEM.

Gloria divitiae fundi domus ampla, valete:
olim vos, olim pondera vestra tuli.
me praesens tumulus cognato caespite claudit:
vos ite et dominos ludificate novos.

(—) ## LII. HYMNVS EVGENII EPISCOPI DE SANCTO DIONYSIO.

Caeli cives adplaudite
mundi iocundo lumini,
quo inlustratur caelitus
huius diei gratia.

Praecelsa fides martyris
sacrique vita antistitis
Dionysii nobilis
hodie palmam suscepit.

Areopago Athenae
regis sumpsit diadema
caelestis gemmam fulgidam,
Dionysium sophistam.

Paulo docente speculum
habet fides fidelium
et spiculum gentilitas,
quem ante murum noverat.

Miro clarescens dogmate
inluminavit Graeciam
et inclitus hinc pontifex
urbem Romanam adiit.

Clemente Romae praesule
iubente venit Galliam,
cui iubar solis splendidi
inluxit signis, famine.

Tandem repulso daemone,
constructo sacro opere,
poenis affectus maximis
caesa cervice caelum petit.

Ave, pater, scandens polum,
ave, pie visens solum,
annua festi munera
tua sacrans praesentia.

Offer, sacerdos optime,
gemitus nostros et preces,
firma fidem, martyr dei,
moresque nostros corrige.

Ope guberna fragiles
in mundi huius pelago
atque exutos corpore
pie benignus suscipe.

Quo sine fine gloriam
deo patri cum filio
una cum sancto spiritu
tecum canamus perpetim. Amen.

[**LII**] *P fol. 111r (contulit Peiper). M(onacensis) lat. 14843 saec. IXi fol. 102 (contuli), N(amurcensis) 15 saec. XIIIi (inde editum Anal. Boll. II p. 135), B(ernensis) 455 saec. Xi fol. 7a (inde edidit Hagen, carm. med. aevi p. 56 sq.). A(utricanus, Chartres) N 44 (34) saec. XIi fol. 2 (mihi rogatus contulit de Mianville). priores aliqui sumpsere ex Menardo (dissertatio de unico Dionysio Paris. 1643: liber neque hic nec Berolini exstat), Daniel (thesaurus hymnol. I p. 352) ex Halloix, qui 'ex sacro Dionysiani coenobii armario' se proferre gloriatur. de edd. cf. Ul. Chevalier, repertor. hymnolog. I p. 208 n. 3473* tit. *sic, at* ymnus *et* dionisio *P*, versus de sancto dionisio *B*, hymnus sancti Eugenii episcopi de beato Dyonisio *A*, *sine titulo MN* 2 lumine *P* 4 Diei huius *B* 8 caelitus palmam *N* 9 ariopago *BAM* athenae *PBAMN*, ecclesia *Dan.* 10 regi *M* 11 gemmam] grãmã *P* 16 que *et* uouerat *M* 17 Miror *M* 18 gretiam *A*, gratia *M* 19 hunc *M* 20 orbem romam *M* 21 Romae] omne *M* 26 constructus *M* 27 affectis *M*, aflictus *Dan.* 28 petit *PBA*, petiit *MN;* adit *Dan. malo* cervice periit 30 visens solum] Christe praesul *N* 31 festa *M* 32 sacra *M* sacrabis gratia *N* 35 fide *M* 37 Ope] Xpę *M* 38 immundi *A* 41 gloria *BM* 42 dones patri *A* 44 Amen *om. PN*

[**LI**] 1 *cf. Eug. carm. 14, 32 sqq.* 4 *cf. Bücheler, carm. epigr. II 1498* evasi effugi. spes et fortuna valete, nil mihi voviscum est, ludificate alios *et Bücheleri adnotationem*

[**LII**] hymnum sancti Eugenii Toletani de beato Dionysio *iam novit a. 835 Hildwinus (Mon. Germ. epist. 5 p. 331, 5) neque dubito quin sit idem hic* 1 *eodem versu incipiunt sex hymni apud Ul. Chevalier repert. hymnol. I p. 207 s.* 9 *cf. act. apost. 17, 19* 16 ante *adv.*

⟨EPISTVLAE⟩.

⟨I⟩.

SVGGERENDVM DOMNO MEO ET VERE PROPRIO DOMINO **BRAVLIONI** EPISCOPO **EVGENIVS** SERVVLVS VESTER.

Duae res obortae sunt in ecclesia tua, unde nimium contabescit anima mea, et quid remedii adhibeam, nisi consilium vestrum praebuerit, penitus scientia nostra non habet.

de quodam fratre repperimus, qui non accepto presbyterii gradu presbyteri peragit officium, et ut causam certius agnoscatis, omnia singulariter innotesco. fuit idem ipse frater molestissimus domino meo Eugenio. rogatus a rege, ut eum presbyterum ordinaret, quia iussioni principis resistere non praevaluit, hoc genus factionis invenit: duxit eum ad altarium, manum non inposuit et cantantibus clericis in excelso, pro benedictione maledictionem effudit, sicut ipse hoc personis idoneis et sibi carissimis postmodum publicavit coniurans, ut hoc quamdiu viveret reticerent. quid inde fieri praecipit vestra prudentia, cita me iussione certifica; nam nescio aut si iste presbyter habeatur, aut si illi qui per eum baptizati chrismate praenotati sunt, recte Christicolae vocitentur. solve mihi hanc de qua satis ambigo quaestionem: ita solvat Christus culpae vestrae si tamen est aliqua nexionem. 2 3

in aliquibus itidem locis diacones chrismare persensimus, et ignoro quid de his, qui ab eisdem chrismati sunt, facere debeamus: numquidnam iterabitur sancti chrismatis unctio? aut si non iterabitur, haut pro chrismate reputabitur quod forsitan aut praesumptio conpulit aut nescientia perpetravit? quid in hoc servare me deceat, suggero ut vestra mihi pietas innotescat. 4

duabus praemissis occurrit et tertia. presbyteri aliqui contra ius et vetitum canonum de chrismate quod sibi ipsi conficiunt (si tamen chrisma istud est nominandum), baptizatos signare praesumunt. quid aut taliter signatis remedii aut his possit pro correctione praeberi, me fateor ignorare; sed a te de his inluminari me postulo, qui divinae sapientiae maiori lumine pollens et legis sanctae cotidie meditationi deserviens latebrosas nigrorum cordium factiones et vehementer insequeris et prudenter invenis et acute dissolvis. 5

VARIA LECTIO: [I] *LE* 1 *Traubio suadente scripsi* DOMNO *et hic et p. 286, 22. 287, 1* domne, *quia hac in re nec notis est fides nec conlationibus* 3 ecclesia tua *sic LE (cf. 1* vere proprio domino*)*, e. mea *edd. falso ex Braulione p. 284, 29, sprevi etiam* e. Toletana 6 gradu presbyterii *Braulio p. 284, 31* 8 *post* frater *rasura trium litterarum L* 12 publicabit *LE* 13 praecipiat *vitatum ob cursum tardum* 19 haut pro *ego,* aut pro *LE* 20 perpetrabit *L* 22 quaestionibus *(cf. p. 285, 43) facile intellegitur ex l. 15* 26 sapientiae *omissum in margine additum L*

6 in nobis autem etsi fuit aliquantula scientiolae modiculae venula, ingruentibus aegritudinibus et curarum multifidis tempestatibus ita penitus exsiccata defecit, ut nec tantillo sudore distillet. inde per eum te precor, cuius dono beatus, cuius instructione peritus esse probaris et doctus, ut me de his causis celerrime sacra tui oris iussione certifices.

II.

DOMINO SINGVLARITER MEO **EVGENIO** PRIMATI EPISCOPORVM **BRAVLIO** SERVVS INVTILIS SANCTORVM DEI.

Si inmensa curarum genera non me circumvallarent, si procellis suis mundi nequitia non obvolveret, si denique oblatrantium invidorum erga me strepitus sileret nec solitudo, in qua merito destitutus obveni, terreret, nec sic quoque interrogationibus vestris inauditis mihi et inexpertis facile, ut iubes, responsum redderem, cum et res incognita animum turbet nec ante praevisa et diu meditata facile responsum habeat.

2 sentio tamen acuminis tui prudentiam illud velle in me experire, quod mihi nequeat inpedire et peritiam quae deest aliis ostendere. velle tuum bonum persentio, sed posse meum non ignoro. quid enim in nobis aut quantulum est, quod doctae vocis praeconio ita adtollis, ut segnem et paene iam senem oblitum sui adtingere celsa cogas et veteranum iam atque utinam non inveteratum in his quaestionibus introducas,

3 in quibus est perniciosa nescientia et scientia praesumptuosa? verumtamen, quia
Joh. 15, 5 ait unicus magister et doctor caelestis, qui docet hominem scientiam 'quia sine me
psalm. 67, 12 nihil potestis, mecum autem omnia poteritis' et iterum propheta 'dominus dabit ver-
psalm. 80, 11 bum' atque iterum 'aperi os tuum, et ego adinplebo illud' pro iussu tuo, pro obsequio meo, pro spe divini promissi, pro eo quod nihil inpossibile est credenti, temptabo dicere ut potuero et ut mihi ille ministrare iusserit, qui ecclesiam suam regit, si qua invenire quivero, et tibi meo domino consentanea rationi narrabo. iam tuum erit ea quae suggero discretione qua viges, sollertia qua polles, instructione qua plurimum vales et adprobare recta et corrigere errata et tegere indigna et reserare digna.

4 igitur iam ad ipsas causas veniamus. dicis tu in epistolis tuis duo observata fuisse in ecclesia tua, unde contabescit anima tua, et quid remedii adhibeas, penitus scientiam vestram non habere. scilicet de quodam fratre, de quo scribitis, qui non accepto presbyterii gradu presbyterii peragit officium; et ut causam omnem exponeres, narras eum fuisse molestissimum praecessori vestro, qui 'rogatus a rege ut eum presbyterum ordinaret, quia iussioni principis resistere non praevaluit', (ut vestris verbis loquar)

5 'hoc genus factionis invenit. duxit eum ad altarium, manum ei non imposuit et cantantibus clericis in excelso, pro benedictione maledictionem effudit', sicut ipse praecessor vester hoc personis idoneis et sibi carissimis postmodum publicavit coniurans, ut hoc quamdiu ipse viveret reticerent. quid inde fieri debeat, a me iubes expetere, quia ignorare vos dicitis, utrum presbyter habeatur, an si illi, qui per eum chrismate praenotati sunt, recte Christicolae vocitentur.

[II] *LE* 9 inuidiorum *L, corr. E* 10 *nolui* in quam inmerito *licet queratur de Eugenio iussu regis sibi ablato* destitutos *corr. in* -us *L* 12 habeat *ego*, habeant *LE* 13 prudentia *L, corr. E* experire *sic LE*, expedire *Skutsch* 14 *pronuntiandum* aljis praesentio *(E) edd.* 15 *clausula rarior* méum non ignóro 17 cogas *ego*, cogaris *LE; neque enim clausula melior sufficit ut deponens probetur;* coegeris *Traube* 18 praesumptiosa *L* 19 scientia *LE* 22 meo *E*, mē *(i.* meae*) L* eo *Lorenzana*, id *LE* 25 quia uigens *L, corr. E* 28 *cursus erit velox* causas perveniamus tu *ego*, te *LE*, a te *edd.* 29 contabes *(om.* cit *ut in fine versus) LE, corr. E margo* 30 scientia uestra *LE, correxi; cf. p. 283, 4* 36 publicabit *LE* 38 expediri *Skutsch, at* a me . . . expetere *est i. q.* cum animo reputare

post hoc coniuras meam inscitiam, ut hanc quaestionem solvam. haec est 6
prima interrogatio vestra, ad quam dum multis, ut praemisi, ad respondendum
inpediar causis; summa illud conficit, quod nequit tenebris obsitus videnti praebere Matth. 15, 14
ducatum. sane, quia iubes, ut dicam quod sentio, perquiratur persona, quae maledicto
subiecta esse dicitur; si tempore maledicentis, ipso praesente, officium presbyterii
egit nec tamen prohibitus ab ipso est, si baptizavit, si chrismavit, si sacrificium
obtulit et ille passus est eum hoc agere, qui sibi conscius erat eum maledixisse, in
nullo iste mihi, sed potius ille videtur culpabilis fuisse, qui dolo malo aliud egit et
aliud simulavit. ac per hoc ille, cuius factio in tantum nefas prorupit, ut mihi videtur,
onus suum ipse portabit; vestra autem sanctitas ab hoc delicto inmunis erit, quia
unumquemque in qua vocatione invenistis, in ea esse permittitis. et cur non habeatur 7
presbyter, non video, si ille eum publicavit presbyterem esse, qui noluit ut iste pres-
byter esset; aut quare non ab isto unguine sacro tincti vocentur Christicolae, quia
etsi iste indignus, chrismate tamen vero sunt illi peruncti. optime novit prudentia
tua canonum antiqua esse statuta, ut presbyter chrismare non audeat; quod servare
et orientem et omnem Italiam hucusque scimus; sed postea consultum est, ut chris-
marent presbyteres, sed de chrismate benedicto ab episcopis, ut non videretur
presbyterorum hoc esse privilegium, cum ab illa unctione sancta populum dei sacrant,
sed episcoporum, quorum benedictione et permissu, quasi de manu episcopi, ita huiusce
rei peragunt officia. quod si ita est, cur et iste, quasi manus episcopi, quamvis 8
inutilis, quos chrismavit non habeantur catholici, cum, ut dixi, sancto et vero chris-
mate ab episcopo sacrato et cum illius permissu fuerint peruncti? manifestum est
baptisma in nomine trinitatis data non debere iterari, chrismare autem non
prohibemur haereticos, quos a vero chrismate invenimus extraneos. iste autem recto
chrismate chrismavit, ut iam dixi; non mihi videtur frivolum esse quod fecit. additur 9
his, quod ille qui eum permisit, numquam contradixit et chrisma a se benedictum
tradere isti non dubitavit ac per hoc quod iste fecit, ille egit. quid enim sive per
occasionem, sive per veritatem? quia in catholica actum est, necesse iterari non est.
nam et illi, qui post excessum praecessoris vestri eum talia narrasse referunt, melius
facient, si istam causam in aliam vitam sibi reservant. quis enim eis, illo desistente,
aut contradicere nunc poterit aut purgare obiecta poterit? vobis tamen quod ille
non dissipavit, dissipare non convenit, memores illius sententiae 'nolite ante tempus I Cor. 4, 5
quidquam iudicare' et iterum 'quod apertum est, vobis; quod occultum est, deo'. (–)?

ecce quod videtur nescientiae meae, et pro modicitate capacitatis nostrae nec 10
affirmans nec spernens omnino ista suggessi.

ad ceteras interrogationes, si hoc non abhorret, transeamus. scribitis etiam 11
et hoc, in quibusdam locis diacones chrismare vos repperisse. nihil in hac quaestione
amplius quam in prima invenio, nisi ut sacrum chrisma vestra auctoritate et indul-
gentia pontificali persistat et illi, qui ista aut nescientia aut praesumptione pa-
trarunt, dignam in se et districtionis vindictam et ecclesiastici ordinis normam sub
poena et paenitentia persentiant et ita sint multati, ut in exemplum aliis dati talia
nequaquam ultra praesumant.

his duabus in brevi praemissis quaestionibus, tertiam ingerit ignorantiae meae 12
prudentia vestra scribens, quod quidam presbyteri de chrismate, quod sibi ipsi con-

---

1 inscientiam *(del.* en*)* *E* 2 premissi *E edd.* 5 maledictionis *E* 6 baptiauit *L*, babtidiauit *E* 9 uideatur *E* 10 portavit *Traube* 12 presbiterum *E edd.* esse *om. edd.* 15 statuta *(L)*, instituta *(E) edd.* 22 *clausulam reddet* fuerint uncti 23 babtisma *LE*, *hunc pluralem vindicavit Traube* data *LE* baptisma . . . datum *edd.* 22 ⟨si⟩ manifestum est *continuata sententia usque ad* 25 quod fecit *Traube* 27 isti] sti *L*, stius *E* dubitabit *L* 31 tamen *L*, autem *(sic edd.) corr. in* tamen *E* 34 nescientie me et pro *L*, nescientem est pro *E*, *corr. edd.* 39 petrarunt *LE*, L(egendum) patrarunt aut perpetrarunt *E margo* 43 duobus *LE edd.* 44 scribens eo quod *L*

ficiunt (si tamen chrisma istud erit nominandum), baptizatos signare praesumunt. bene, fateor, et optime dubitas non esse chrisma, quod non solum non ab episcopis, sed contra ius et vetitum canonum a praesumptoribus presbyteris videtur esse sacratum. nam si caelestis magister et dominus reliquit suum episcopis vicariatum, quod con-
acta apost. 20. 28 stitutum ab illis est, a spiritu Christi iuxta apostolum constitutum est; et si quis
13 praecepta eorum spernit, Christi praecepta spernit. unde videntur mihi a sancto et vero chrismate denuo praesignari debere hi qui a talibus sunt peruncti fraude. praesumptorum tamen disciplina in vestro est arbitrio posita, dum aliter emendetur error atque aliter condemnetur praesumptor. iam vestrae est sapientiae et cum ignaris mitius agere et praesumptores vehementer distringere.

14 pro ineruditae inpedimento linguae brevem evenire volui tramitem epistolae; sed ut est illud tibi notum: dum urceum facere nitor, amphoram finxit manus. iam nunc salutem persolvo et cotidianas molestias meas tribulationesque assiduas orationibus vestris commendo fovendas et per Christum te coniuro, ut quidquid inutiliter aut secus quam habet ratio in hac paginola reppereris effusum, non ante aliis pateat quam mihi hoc tua epistola innotescat. nam neque spatium fuit inde cogitandi neque vacatio dictandi, et quod lingua deprompsi, aliena manu exaravi, nec inde retractare occurrit.

III.

DOMNO MEO **PROTASIO** EPISCOPO **EVGENIVS.**

Vestrae pietatis oracula favi dulcedine suaviora ingenti me fateor perlegisse laetitia; unde etiam creatori domino precum obtuli vota propter vestrae facultatis augmenta. cuius enim anima, quamvis sit sapientiae privata, tantam in te, domne, non amet amoris industriam, cum ab arce culminis, qua sublimis emines et praecellis,
2 ad amandum infirmos et exiles ultronea benignitate descendis? sincerae pacis conditor et purae dilectionis amator deus dei filius Iesus Christus ipse in vobis haec bona quae contulit ampliet, ipse inlibata perpetua perennitate conservet. vestrae enim dignationis alloquia ita nos ad amorem vestri per dies singulos incitant, ut, sicut ipse fari dignatus es, nec exprimi verbis nec exarari valeat atramentis, quantum vos
3 reddat et animos enarrantis. quaero namque ac mecum saepenumero cogito, quid vestrae potestati pro tanta possim rependere bonitate; sed quia nihil dignum aut aequabile valeo reperire, me ipsum offero totumque me ob hoc placabilem reputo, quia granditer a vobis amari confido. puto enim quod non displiceat animis vestris, cum id offero, quod amatis. nam quod officium nostri sermunculi iussioni vestrae parere conpellitis, sincere meam fateor voluntatem, non solum verbo vobis me velle parere sed et animo; si tamen vestrae orationis obtentu et vita nostra meruerit

---

2 dubitas *L*, dubitatur *E edd.* 6 videntur *ego*, videtur *LE* 7 hi *om. E edd.* *clausula erit* peruncti sunt fraude 12 urceum *edd.*, orcium *LE* 15 *clausula erit* effusum reppereris 16 tue *corr. in* tua *L*, tue *E*, L(ege) tua *margo* epistule *corr. in* -a *L* 17 depromisi *corr. in* depromsi *L*, deprompsi *E*, deprompsit *edd.* 18 occurri *L*, *corr. (E)*

[III] *EM* 22 sapientia *edd.* 23 cum *scripsi*, quam *EM*, *vix* qua *ferri potest* 24 exiles *scripsi*, exibiles *EM* descendis *edd.*, discendi *EM* 25 deus *EM*, dominus *edd.* hęc *E*, et *M* 27 vestri *edd.*, vestrę *EM* 28 ualeat *om. M* 29 ac *M*, hac *E*, et *edd.* 31 valeo *ego*, valet *EM* valet reperiri *edd.*

---

12 *cf. nota ad p. 290, 12*

[III] 28 *per ambages dicit epistolas Protasii ipsius reddere et imaginem et animos*

veniam et lingua facundiam. nam etsi est in nobis, ut tu domne reputas, venula 4
tantilla sermonis, nunc inutilitate morum, nunc adsidui langoris aggestu cotidie intercluditur et siccatur. missam sancti Hippolyti vel orationes, si nobis oratu vestro vita comes adfuerit, ut potuero, pro vestra iussione patrabo; missam vero votivam ideo non scripsi, quia in hac patria tam accurati sermonis habentur atque sententiae, ut simile non possim excudere, et superfluum iudico inde me aliquid dicere, unde meliores recolo iam dixisse.

ecce, piissime domine, dulcedo gratiae vestrae verbosum me reddidit et superbum; 5
sed preco ut parcas audaciae, quam non tumor adtulit, sed amor invexit. nam si hoc trutinae subtilis examine aequae librae pensa iusseris ponderare, ad te dominum videbis recurrere, quod servulum tuum inveneris oberrare; quia numquam ego tam temerarius in loquendo, nisi tu fuisses tam profusissimus in amando. quid ergo hac occasione vel deliquerim vel deliqui, vobis inputari iubete; quia tantum amas et tantum amaris, ut et verecundiae pondus auferas et timoris. scriptum enim est: 1 Joh. 4, 18
timor non est in dilectione, sed perfecta dilectio foris mittit timorem.

de cetero † pro peculiariter suggero, ut mihi misero temptationum fluctibus 6
errabundo tuae precis inpendas auxilium. sic beatorum merearis habere consortium.

IV.

SANCTISSIMO AC VENERABILI DOMINO MEO **EVGENIO** EPISCOPO TOLETANAE VRBIS **TAIVS** VLTIMVS SERVVS SERVORVM DEI CAESARAVGVSTANVS EPISCOPVS.

Congrua satis valdeque necessaria dispositione fortioris exquirit solacium qui propriae virtutis caret officio eoque facilius corporis gressum porrigit, quo trahitur dextera potioris, ut saltim desideratum cursum valentioris auxilio possit explere quam segnis in sui itineris medio remanere. ita ego, mi venerabilis domine, animo licet 2
invalidus, tuis tamen adiutus orationibus, ardui operis auspicia quasi cuiusdam maximi montis malui adire principia, qui velut magni cuiusdam in sui superficie ostentat spatia paradisi nemorum proceritatibus obsita, floribus albescentia, foliis viridantia, pomis etiam mellificantia, liliorum quoque pulcritudine nitentia, rosarum rubore candentia, violarum purpurantium floribus splendentia coloribusque croceis pleraque fulgentia, nullo umquam tempore marcescentia, sed perpetua sui viriditate vernantia; mirifica arte disposita, directis quae consistunt linearum ordinibus coaptata, tantam subministrant examinantibus gratiam, ut suavitate sui non solum exteriores corporum sensus, sed interiora cordium arcana satietate sui perlustrent. cumque talia intentis 3
obtutibus cernerem ac plerosque his multimodis dapibus satiari viderem, inaestimabili

---

1 d(omi)ne *E*, domne *M* 2 sermonis nun *EM sic* laboris *M* 3 yppoliti *E* 4 parabo *edd.* 5 sermonis *E*, sermones *M edd.* 7 reccolo *E* 9 preco *sic EM*, precor *edd.* 10 examine *ego*, examinis *EM* 11 inueniris *E* 12 quod *edd.* 15 dilecti *E* 16 *an* pro (tua dilectione)? *an* praepeculiariter, perpeculiariter? flatibus *M*

[IV] *M Baluzius T* 18 ac *M Baluzius*, et *T* 19 Toletanae urbis episcopo *Baluzius* 24 animo *om. Baluzius* 26 quod velut *Baluzius* ostentat *ego*, ostentans *TM Baluzius* 27 spatia *om. Baluzius* albenscentia *T* foliis viridantia *post* mellificantia *ponit Baluzius* 29 crocei *T* 30 sui veritate *T* 31 directis quae *ego*, directisq; *TM Baluzius* 32 subministrant examinantibus *ego*, subministrantes amantibus *TM Baluzius* 33 *post* sensus *excidisse fortasse verbum quale* delectent *bene monet Traube* 34 inextimabili *TM, cf. p. 289, 7 et ind. s. voce*

---

3 *missam Hippolyti num perfecerit Eugenius, non constat Ildephonso tacente. erant qui dicerent (Antonius bibl. vet. Hisp. 5, 5, 259) eam extare in codice E, neque tamen Ewald (N. A VI 1880 p. 236 sqq.) repperit*

accensus desiderio, tamquam unus ex collegio esurientium puerorum inediae coactus impulsu, eiusdem ianuam paradisi pedetemptim adgressus et quasi temerarius introrsus explorator ingressus, dum per eadem spatia pulcerrima quaeque ac multimoda prospectando nimia admiratione suspendor, quaedam ramusculorum floscula more pusillorum
4 infantium ludendo collegi ac manu avida contrectando decerpsi. quorsum ista praecipua quadam curiositate quibusdam comparationibus praemittens verbis simplicibus quasi oris obstrusi aditum resero nisi ut tam inconparabilis excellentiam viri, sancti scilicet papae Gregorii, in ipso locutionis exordio quibusdam parabolis anteferrem eiusque magnitudinem sapientiae, quo perspicuo lumine sanctam inlustravit ecclesiam,
5 aliquatenus non scientibus, sed nescientibus propalarem. optaveram siquidem tuae
deut. 32, 7 nunc adesse praesentiae, ut (sicut scriptum est 'interroga patrem tuum, et annuntiabit tibi; maiores tuos, et dicent tibi') ex tui oris prudentia formulam sumerem, quam in principio huius operis velut cuiusdam telae verborum texturam praeponerem vel certe ex tui cordis artificiosa manu quasi in cuiusdam magni constructione aedificii politos atque quadratos humeris propriis verborum lapillos deferrem; quoniam frater fratrem
prov. 18, 19 6 adiuvans exaltabitur sicut civitas munita. ordo namque rationis exposcit, ut subsequentia praecedentibus quodam vinculo tenacitatis nectantur, quatenus in utrumque rectitudinem sui prolata aequitas pandat ac ducente tramite veritatis ad destinatum
7 finem laeta succedat. idcirco quod comparationibus paulo ante praetulimus, verbis nunc apertioribus propalemus. de opusculis quippe eiusdem sanctissimi viri sese infert subsequens sermo aliquantula narratione officiosissimus dignumque fore censui de sanctis operibus eius primum pauca retexere. vidimus, vidimus Gregorium nostrum Romae positum, non visibus corporis, sed obtutibus mentis. vidimus eum non solum in suis notariis, sed etiam in familiaribus, qui ministerio corporali eidem fidele exhibuerant famulatus obsequium, eorumque revelatione de virtutibus eius plura
8 cognoscens, brevissime pauca retexam. fuit denique gratia Christi omni morum probitate compositus, animo vultuque serenus, corde benignus, conscientia purus, moribus discretus, virginitate nitens, caritate refertus, pietate praecipuus, patientia insignis, modestia inconparabilis, abstinentia singularis, hospitalitatis sectator, peregrinorum susceptor, eleemosynarum largitor, ecclesiasticarum rerum optimus dispensator, amicitiis devinctus, oppressorum relevator, tribulantium consolator, acris ingenii, consilio providus, sermonibus nitidus, eloquentia facundus, prudentia disertus, sapientia praeditus, doctrina multimodus, scripturarum divinarum mirabilis interpretator, abditorum mysteriorum acerrimus investigator, fidei catholicae magnificus defensor, contra haereticos fortis assertor, superbis auctoritate erectus atque humilibus prompta
9 devotione subiectus. quattuor namque virtutibus animi, prudentia scilicet, temperantia, fortitudine atque iustitia ita exstitit perornatus, ut non homo, sed angelus inter homines putaretur. quis denique nostri temporis eloquentia facundus, prudentia praeditus, sapientia profundus sanctum condignis efferat laudibus Gregorium? nec

---

5 quorsum *Risco*, cursim *TM Baluzius* 7 excellentiam *Risco*, -tiae *T*, -tie *M*, -tia *Baluzius* 9 praespicuo *T* 12 quam *MT*, cum *Baluzius* 13 textura *Skutsch* praeponerem *Baluzius*, ponerem *MT* 14 politos *om. T* 16 namque *M Baluzius*, numquam *T* *puto* orationis 17 tenascitatis *M* *vix* in utramque 18 ducente *M Baluzius*, ducam te *T* 19 laetus accedat *Baluzius* uerb' *M* 21 sermo subsequens *Baluzius* officiosissimum *T* que *om. M* 22 sanctis *MT*, suis *Baluzius* pauca primum *Baluzius* vidimus *alterum om. T* 23 eum] enim *Baluzius* 24 fidelem *MT* 25 exhibuerant *T*, -unt *M Baluzius* relatione *(T) Baluzius* 26 retexem *(an -xeam ?) T* 29 setator *T* 31 amicis *Baluzius, quod clausula, non sermonis ratio commendat* sublevator *Baluzius* 33 mirabilis *MT*, multimodus *Baluzius* 34 accerrimus uestigator *M* 36 subiectus *M Baluzius*, sublaetus *T* animae *edd.* 37 praeornatus *Baluzius* 38 denique *MT*, namque *Baluzius* 39 efferat *M Baluzius*, adferam *T*

ipsi, ut censeo, Graecae Romanaeque facundiae philosophorum praecipui, Socrates scilicet vel Plato, Cicero atque Varro, si nostris temporibus adfuissent, condigna eius meritis verba promsissent. sed ne panegyricis uti censear eloquiis plurima de eius- 10
dem virtutibus auditu comperta praemittens, ad eius opuscula, quae sunt eloquia pulcritudinis, officia linguae retorqueam. igitur cum Romae positus eius quae in Hispaniis deerant volumina sedulus vestigator perquirerem, inventaque propria manu transcriberem, tantaque dulcedo verborum animum meum inaestimabili suavitate mulceret, speciale quiddam in eadem sine cuiuspiam perspexi comparatione potissimum. denique dum historiam beati Iob sub triplici indagatione, id est historica, typica vel 11
morali, studuit explanatione discutere atque Ezechielis prophetae primam vel ultimam partem non inpari expositione percurrere tantorumque profunda mysteriorum repulso ignorantiae nubilo serena patefactione monstrare, paene totius novi ac veteris Testamenti patefecit arcana; actumque est ut hac opportunitate panis ille qui de caelo descendit, eiusdem fidelissimi opportuna satis dulcedine satiaret. sed quoniam 12
in eadem prolixitate voluminum, dum testimonii uniuscuiusque requiritur explanatio, paene totius operis eius erat in ambiguo non minima perscrutatio atque animi ardentis saepe frigebat intentio, malui semel maximum perferre laborem quam semper suspectam tolerare difficultatem. percurri igitur omnia eiusdem monimenta librorum et paene totius scripturae sacrae testimonia, quae in eius opusculis ad probationem vel expositionem cuiusque rei adhibita diversis in locis continebantur conscripta, adiuvante Christo Iesu, qui ex ore infantium atque lactentium perficit laudem psalm. 8, 3
linguasque mutorum vinculo taciturnitatis absolvit, suis coadunata ordinibus stili conscriptione collegi, quatenus studiosus quisque cum in eisdem voluminibus cuiuslibet sacri testimonii explanationem requirit, ne multiplici lectione fatigatus non cito reperiat quod voluerit, ad ista quae decerpsi recurrens, repente quod desiderat videre satisfactionis discretione reperiet. lectorem quippe huius operis censeo ammonendum, 13
ut vigili intentione praevideat, quoniam pleraque testimoniorum capitula in eisdem voluminibus, ut supra meminimus, diversis in locis sita, ita ut inventa sunt exposita, a me ordinatim collecta fore noscuntur. alia igitur, quae iam in superioribus aut inferioribus partibus exposuisse visus est et iterum atque iterum quamlibet aliis verbis, eodem tamen sensu diversis in locis recapitulata expositione retexuit, praecedentibus testimoniis, ut ordo exponendarum rerum poposcit, aliqua inserenda, reliqua vero relinquenda curavi, quatenus ex praecedentibus subsequentia penderent et subsequentia praecedentibus sese utilius coaptarent. nam si cuncta discreto ordine in huius operis serie ponerentur, procul dubio magnitudo voluminum brevitatis modum excederet atque, sui recapitulatione lectoris animus offendens, facerent nihilominus repetita fastidium. cuius rei quantitatem in sex codicibus, 14
quattuor scilicet veteris instrumenti, duobus etiam novi testamenti, suis conexis

---

1 Graecae *Baluzius*, grecie *MT* 2 vel *M Baluzius, om. T* eius meritis *T*, eius mentis *M, om. Baluzius* 3 panegyricis *T Baluzius*, paralogicis *M* censetur (setur *in rasura a manu 2*) *M* 4 audita *Baluzius* praemittens *MT, vindicavit Traube*, praetermittens *Baluzius* 5 eius *MT*, eiusdem *Baluzius* 6 Hispanis *edd.* inventaque — transcriberem *om. T, in margine addidit (alia manus?) M, habet Baluzius* 7 inextimabili *MT, cf. p. 287, 34* 8 quidam *M* eandem *T* perspexi *Baluzius*, prospexi *M*, prespexi *T* potissima *M* 11 profundae *Baluzius* 12 totus *T* 15 testimonii *T*, testimonium *M Baluzius; cf. l. 24* 16 totus *T* prescrutatio *MT* 17 saepe *Baluzius*, spe *MT* proferre *Baluzius* 18 Percurri *M Baluzius*, *om. T* 19 ad probatiónem *Baluzius*, aprobationem *M*, approbationem *T* 21 perfecit *M* 22 stili — 23 quatenus *addidi ex MT*, *om. Baluzius* 25 decerpi *T* decurrens *M* uidere *T*, libere *M*, liberae *Baluzius* 26 ammonedum *M* 27 intentionem *(sed* m *erasa) M* quoniam *Baluzius*, quam *MT* 29 alia legitur *M* in superius *M* 30 quam liber *M* 33 penderent *M Baluzius*, pendent *T* 36 animus *M*, animum *(T) Baluzius* 38 instrumenti *M Baluzius*, testamenti *T*

ordinibus, praetermissis scripturis, quas idem virorum sanctissimus ex ordine tractavit, adiutus orationibus vestris explere curavi. praefatiunculas quoque eiusdem codicibus consonantes decerpsi, quas etiam in capita librorum praeposui, quatenus ipse sibi in suis anteponatur eloquiis qui largiente gratia Christi copiosius nobis multiplicibus exstitit officiis. ipsos etiam codices laboriosa nimium intentione collectos prudentiae vestrae malui committere contuendos, in quibus si quaedam sagacissima vestigatio vestra reppererit inordinate composita, non tam neglegentiae culpam, quam necessitati adscribat, quia dum vehiculo parvae scaphulae quasi inmensum pelagus solitarius nauta navigaturus aggredior, cum maximis difficultatibus latissimi aequoris huius spatia transmeavi tandemque ad optatam requiem Christo gubernante perveni.

en, prudentissime virorum, ut causarum ordines singillatim perstringerem, modum brevitatis excessi, quia, ut ait quidam doctissimus, dum figuli rota currente urceum facere nitor, amphoram finxit manus. ast ego dum brevem pagellam conscribere malui, libellum manus indocta composuit. obsecro igitur te, virorum sanctissime, et omnes quibus huius operis lectio non displicuerit, ut hos libellos velut duo minuta
cf. Luc. 21, 1. 2 in gazophylacio templi domini conlocare dignemini ac pro meis abluendis delictis pervigili intentione eius misericordiam deprecare non dedignemini, ut aeternis ereptus incendiis sempiternis solari merear refrigeriis. vale, mi venerabilis ac sanctissime domine.

---

1 idem *Risco*, isdem *T Baluzius*, hisdem *M* 3 capite *M* 4 anteponantur *T* copiosus *Baluzius* 7 reperiet *(T)* necessitatis *Baluzius* 8 scapule *MT*, scabulae *Baluzius* solicitarius *T* 10 littoris requiem *Baluzius, fortasse recte* 11 sigillatim *Baluzius* prestringerem *M* 12 quia *M*, et *(T) Baluzius* fugili *T* 13 nitor *MT*, nitet *in contextu*, nititur *in margine Baluzius* ast ego *Baluzius*, adest ergo *M*, adstergo *T* 15 nunc displicuerit *M et in contextu Baluzius*, non d. *(T) Baluzius in margine* 16 gazophilatio *M*, gazofilacio *T*, gazophylacia *Baluzius* 17 no *T* 19 Amen *addunt TM*

---

12 *cf. Hor. ars poet. 21* amphora coepit institui: currente rota cur urceus exit. *cum tamen Braulio p. 286, 12 rebus et ipse permutatis eadem ponat verba, uterque novisse videtur proverbium a nescio quo ex Horatii versu detortum et trochaeis indutum quale* urceum dum facere nitor, amphoram finxit manus. *haec scripseram, ecce Traube adinvenit locos qui secuntur: Braulio epist. 44 (Migne 80, 699*A*)* et, ut ait quidam, dum urceum facere nitor, amphoram finxit manus. *epist. 11 (ibid. p. 658*B*)* en, dum urceum fingere volo, ut ait Terentius, amphoram finxit manus. *Hieron. epist. 107, 3 (Migne 22 p. 680 Vall.)* paene lapsus sum ad aliam materiam et currente rota dum urceum facere cogito, amphoram finxit manus. *versum igitur, qui non est Terenti neque ullius prisci poetae, ex Hieronymo, qui recte expressit Horati sensum, verba non item, finxit poeta nescio quis christianus, a quo sumpserunt Hispani falso uterque interpretatus de magnitudinis discrimine* 18 *confert Traube eiusdem Taionis praef. ad Quiric. Migne 80, 730*B quatenus infernorum ignium caream suppliciis et . . . aeternis solari merear refrigeriis 20 *ceterum adnotandum nos habere illius Taionis operis, de quo agit epistola, recensionem vel apographon Caesaraugustae tempore tumultus Vasconum factum; sunt* sententiae *editae a Florezio (España sagr. XXXI p. 171—544, inde Migne 80, 727—990); Taio Quirico legendum miserat, post repetivit (Migne 80, 730*D*)*

FRAGMENTA.

TESTIMONIA.

Ildephons. de vir. ill. 14: [6] *Eugenius* scripsit de sancta trinitate libellum et eloquio nitidum et rei veritate perspicuum (presp- *cod. Cas.*), qui Libyaeque Orientisque *(sic fere Cas.)* partibus mitti quantocius poterat, nisi procellis resultantia freta incertum pavidis iter viatoribus distulissent. [7] scripsit et duos libellos, unum diversi carminis metro, alium diversi operis prosa concretos, qui ad multorum industriam eius ex hoc tenaciter sanctam voluerunt commendare memoriam.

de missa Hippolyti v. supra p. 287, 3 not.

Braulio epist. ad Fronim. 3 (Migne 80, 702b) de eadem quoque sollemnitate *(in honorem S. Aemiliani)* ut missa recitaretur communis iniunxi dilecto filio meo Eugenio diacono[1]).

FRAGMENTA.

incertum ubi locum habuerint fragmenta haec:

Iulian. Tolet. prognost. 3, 17 (Patres Tolet. ed. Lorenzana II p. 54) ut ceteros taceam, egregii praeceptoris nostri Eugenii, Toletanae sedis antistitis, breviter haec verba retexam: ‘resurrectionem autem carnis verissime confitemur, non ut quidam delirant, ut in aeria vel qualibet alia carne resurgamus, sed in hac qua sumus, in hac qua etiam pro recte factis coronam aut pro male gestis unusquisque merebitur recipere poenam’.

ibid. 3, 24 p. 58 erit, ut praeceptor noster sacer Eugenius docet, tanta ac talis glorificati corporis pulchritudo, ut oblectet intuitum et cor nullatenus inflectat ad vitium.

ibid. 3, 26 p. 59 plurimorum doctorum evidens definitio, iuxta quod et clara praeceptoris nostri Eugenii sententia contestatur, hoc astruit: quod in illa futura gloria resurrectionis, ubi nulla corporibus sanctis deformitas, nulla quoque doloris aut laboris erit adversitas, non sit quoque tegminum necessarius usus, quibus erit omnia et in omnibus Christus *(Paul. Coloss. 3, 11).*

---

17 qua sumus et vivimus, in qua etiam aut pro *eqs. editio Cochlaei Lips. 1536* 21 glorificati *om. ed. Duacena Boetii Eponis 1564*

---

[1]) *hymnus Eugenii tertii Toletani archiepiscopi in laudem S. Aemiliani (in codice Soriensi deperdito fuisse dicitur, v. Beer, Handschriftenschätze Spaniens p. 434) fabula est. est enim Braulionis (cf. Migne 80, 702a), editus Migne 80, 713 et 86, 1242, melius ad codices antiquos visigothicos Blume-Dreves, anal. hymn. XXVII p. 125. error inde natus quod memor erat qui scripsit Eugenii carminis 11.*

INDICES

I. NOMINVM PROPRIORVM.

II. VERBORVM.

III. REI GRAMMATICAE ET METRICAE.

IV. REI ORTHOGRAPHICAE.

Scriptorum loci sic afferuntur:

2, 117	=	*Dracontii de laudibus dei lib. 2 v. 117*	
sat. 32	=	*„ satisfactio v. 32*	
VII 80	=	*„ Romulea, carmen VII v. 80*	
Or. 113	=	*„ Orestis tragoedia v. 113*	
mens. 9	=	*„ carmen de mensibus v. 9 (p. 227)*	
ros. 4	=	*„ „ de origine rosarum v. 4 (p. 228)*	
frg. 1	=	*„ fragmentum 1 (p. 228)*	
Mer. c. 2, 3	=	*Merobaudis carmen II v. 3*	
Mer. pros. 2 A 10	=	*„ panegyricus prosarius in Aetium frg. II A v. 10*	
Mer. poet. 129	=	*„ „ poeticus „ „ v. 129*	
Mer. Christ. 5	=	*„ carmen de Christo v. 5*	
Eug. hex. 114	=	*Eugenii hexaemeron v. 114 (p. 35)*	
Eug. hex. praef. pros. 9	=	*„ „ praef. prosaria v. 9*	*(p. 27)*
Eug. hex. praef. poet. 11	=	*„ „ „ poetica v. 11*	
Eug. sat. 93	=	*„ satisfactio v. 93 (p. 119)*	
Eug. sat. arg. 2	=	*„ satisfactionis argumentum v. 2*	*(p. 67)*
Eug. monost. 9	=	*„ monosticha recapitulationis v. 9*	
Eug. c. 21, 2	=	*„ carmen XXI v. 2*	
Eug. c. app. 4, 7	=	*„ carminum appendix c. 4 v. 7*	
Eug. epist. 1, 3	=	*„ epistularum I § 3*	
Braulio epist. 2, 4	=	*Braulionis inter Eugenianas epistula 2 § 4*	
Taius „ 4, 7	=	*Taii „ „ „ 4 § 7*	
Cato lux. 5	=	*versus Catonis contra luxuriam v. 5 (p. 237)*	

*ut brevis sim, hic illic vocabulis emendatis adscribo *, corruptis †*

I. INDEX NOMINVM.

Nomina ad historiam vel geographiam IV—VII^{i} saeculi spectantia litteris data sunt capitaneis.

(Abel)] *2, 305* pii ... sanguine fratris.
Abessalon] *sat. 163* non fit Abessālon heres.
Abraham] *2, 625* credidit Abraham dominoque est factus amicus. *3, 56* Abrahae portante sinu. *3, 101* Abrahae ... exempla parentis. *3, 144* pater Abraham. *3, 255* Abraham ... beatum. *Eug. c. 39, 4* Abraham Syras et idem repperit Chaldaicas *litteras.*
Abydos] *VIII 246* Abydon / et Seston dimisit aquis *navis.*
Achaemenius] *Mer. c. 3, 7* ⟨qua⟩m nec Achaemeniae possent penetrare sagittae.
Acheron] *IX 127* Acheronta natare.
Acheronteus] *Or. 496* Acheronteis tortoribus.
Achilles] *3, 392* nympharum ... turba suum ... planxit Achillem. *V 155* filius Aeacidis vel vindex Pyrrhus Achillis. *VII 16* auctor Achillis ... Aeacides *Peleus. VIII 49* pro matris thalamo poenas dependit Achilles. *127* Pergama vexat Achilles. *157* Aeacides ... saevum fulmen Achilles. *192* magnanimum Aeacidem ... Achillem. *321* Thessalus Emathia ... nutritus Achilles emicat et torvos exercet in arma biformes Patroclo populante simul Centaurica lustra. *IX* deliberativa Achillis an corpus Hectoris vendat. *IX 9* fortis Achilles *(125. 211). 33 voc.* Achilles *(189). 53 nom.* Achilles. *93* te ..., Iliacae populator gentis, Achillem. *186* currus ... Achillis. *X 330* meruit veniam generum professus Achilles. *333* post crimina ... Achillis. *Or. 78* sponsantis Achillis. *426* armipotentis Achillis *(899). 476* tumulo surrexit Achilles. *535* Patroclus Achillen ... amavit. *622* Pyrrhus Achillis. *Mer. c. 1, 18* cui Larisa suum conferat una virum. *4, 21 Thetidis* natum. *Drac. IX 55* infremis ... Aeacides. *124* te ..., deum soboles, caeli pelagique nepotem atque Erebi gens clara mei *(ait Aeacus). 141* bellipotens. *229 Gaea,* unde genus ducis. *Or. 480* post busta severe exegit mortem de virgine Thessalus heros *(VIII 47). 624* Aeacide ... truci. *v.* Pelides.
Achilleus] *Or. 808* stirpis Achilleae Pyrrhi. *891* Achilleus *i. Molossus.*
Achivus] *VIII 362* rector Achivus *Telamon.*
(Adam)] *1, 329 sqq. 375* iuveni. *383* iuvenis *(387. 481). 2, 249* primus homo.
Admetus] *VIII 210* Admĕtus intrantes haedos numerabat *Phoebo pastori.*
Adonis] *II 120* pulcher amatur Adon.
Aeacides] *Achilles v. s. voce. VII 17* auctor Achillis ... Aeacides *Peleus. VIII 157* Aeacides *i. Aiax (cf. VIII 48). 291* Aeacides *i. Telamon* (309). *817* Aeacidem *Pyrrhum.*
Aeacus] *IX 120* censoris imago, Aeacus. *146* Aeacus invidiam ... sustinet. *VIII 328* animarum iudicis. *IX 36* quaesitor ... torquet avus *umbras.*
Aeetes] *X 59* ad aulam / Aeētis (aethios *cod.*) inmitis *gen. tertii ordinis. 178* tyranno *(328). 322* rector. *328* ducis. *334* Scytha. *337* soceri.
Aegaeus] *VIII 219* Aegaeum sulcare fretum. *432* Aegaeo ... pulsa caret *navis.*
Aegisthus, -eus] *v.* Egist-.
Aegyptius] *V 140* Busiris ... Aegyptius. *Eug. c. 39, 5* Isis ... protulit Aegyptias *litteras.*
Aegyptus] *Eug. c. 38 tit.* de decem plagis Aegypti. *38, 1* prima plaga Aegypti.
S. AEMILIANVS] *Eug. c. 11 tit.* de baselica S. Aemiliani. *11, 6* Aemilianus adest.
Aemilius] *v.* Dracontius.
Aeneades] *V 110* senatus et populi Aeneadum.
Aeneas] *3, 517* amor Aeneae. *VIII 241* iuvenisque *(i. filius)* Dionae Aeneas. *586* Aeneas *(IX 73). VIII 364* Cythereus. *372* Anchisiades.
Aeolius] *VII 140* Aeolias petet illa domos.
Aeolus] *VII 144* nec negat haec Eolus Veneri. *VII 140* tyrannum.
Aesonides] *Iason. X 76* Aesonidem. *289* Aesonidi. *351* Aesonides.
AETHERIVS] *Eug. c. 12, 9* Aetherius ... cum coniuge ..., cui nomen olim Teudesuintha fuit.
AETIVS] *Mer. poet. 106* Aetium. *c. 4, 12* ductor *(poet. 30. 44). 4, 41* inclyto parente. *pros. II A 7* ductor invicte. *II B 12* dux *(poet. 163). poet. 19* belliger ultor. *36* ducis socii *Marti. 49* viri *(111). 119* heros. *135* pueri. *140* Latium ... ducem. *153* magnanimi ... ducis. *pater* Gaudentius *(v. s. voce), socer* Carpilio *(v. s. voce), uxor nominis ignoti, at* heroum suboles, propago regum, cuius gloria feminam superstat *(c. 4, 17), filius minor* Gaudentius *(v. s. voce) puer obses apud Alaricum et Chunos (c. 4, 44* bellorum mora, foederis sequester ... ac mundi pretium fuit paventis. *poet. 1—4. 129—143), vicit Francos et Burgundiones poet. 5, Aremoricos poet. 8, Galliam meridionalem poet. 16, Gothos* intra Hispanias ⟨Galliasque⟩ *(pros. 2 A 23)* ad montem ... Colubrarium *(pros. 2 B 16), expugnavit castra Gothica prope Tolosam (?) poet. 151 sqq. (cf. nota ad 157) celebravit Merobaudes consulatum Aetii primum (a. 432) carmine nunc deperdito, alterum (a. 437) panegyrico prosario, tertium (a. 446) carmine (paneg. poet.) cf. p. 7 nota.*
Africa] *1, 313* sortita est Africa dammas.
AFRICANVS] *I 13* fugatas Africanae reddis urbi *(Carthagini)* litteras.

Africus] *ventus. 2, 176* Africus interea motus . . . adest. *VIII 385* Africus interea veniens . . . occurrit.
Agamemno] *Or. 25* ductorum ductor, regum rex dux Agamemnon. *188* Agamemnone viso. *307* heres Agamemnonis. *410* rex Agamemnŏn erat. *515* Agamemnonis umbra. *845* Agamemnonis heres. *873* Agamemnona saepe vocavit. *875* cur Agamemnona clamas. *Or. 4* Atridem *(84. 213. 345. 352. 520. 579. 720. 726. 800. 874. 877). 7* parentis. *22* criminis ultorem. *23* thalami vindex. *24* tori genialis amator. *27* bellipotens . . . princeps. *28* rex *(passim). 104* armipotens. *173* belligeri . . . tyranni. *190* victorem. *203* heredem . . . Thyestis. *210* rex ferus. *212* tyrannus. *250* belliger armipotens. *269* Asiae domitor. *275** eversorem Asiae. *344* iuvenem. *438* Mycenaei . . . vindicis. *462* optime rex quondam. *481* dux. *507* praedo decennalis fraternique ultor amoris. *719* principis. *877* regnator Atrides. *Or. 45 ad Tauros depulsus. cf. s. v.* Penthesilea.
Agamemnonius] *Or. 199* Agamemnonio regno. *283* Agamemnoniam . . . aulam. *290* spesque . . . Agamemnonias *(Electram Orestem). 385* Agamemnonii . . . triumphi. *425* ius Agamemnonium fuerat *i. nunc periit. 553* Agamemnonia proles. *696* os Agamemnonium *in Oreste.*
Agaue] *X 551* baccha Lyaei saeva caput iuvenis mater gestabat Agaue.
Agenor] *X 314* tristis Agenor concidit Europae senior fraudatus amore.
Agenorides] *3, 420* terror *Agenoridum *i. Carthaginiensium, Regulus.*
Agenorius] *VIII 561* sobolem . . . Agenoriam *(Europen)* caelestia colla *(Iovis)* gravantem.
Aiax] *Oilei VIII 143 Cassandram* pessimus Aiax invadet. *324* Aiaxque secundus. *Or. 711* trux inrevocabilis Aiax. *848* Danaum fortissimus Aiax. *Telamonius: VIII 50* forsan Telamonius Aiax sternitur invictus, quod mater reddita non est Hesione Priamo. *290* Aiacis haec mater erat. *314* Aiax *(364. 375. 378). 319* bellipotens non vilis pignoris Aiax *puer. VIII 48* Telamone satus, *item IX 67 et* umbone tonantem. *v.* Aeacides.
ALAMANNVS] *V 35* Alamannus Francus Alanus.
ALANVS] *V 35 v. sub* Alamannus. *cf. et Mer. poet. 14.*
(ALARICVS)] *Mer. poet. 134* rex. *138* regis.
Alcestis] *VIII 209* Alcestam . . . pavens *Phoebus pastor. Or. 440* Alcestis *(gen.)* meminisse fuit, quae morte maritum manibus eripuit.
Alcides] *v.* Hercules.
Alcmene] *II 25* Alcmenam galeatus amet *Iuppiter.*
Alexander] *v.* Paris.
Allecto] *X 482* Allecto testis ceras adamante notavit.
Amazon] *II 119* Lycastum zelat Amazon. *Or. 344* Amazo (-on *A*) Penthesilea.
Amor] *II 48* mater Amorum *(VII 10). II 91* Amor *(93). 146* pinnatus Amor *(X 216. 240). VI 20* furibundus Amor Veneris per castra triumphat. *VII 36* Bacchis copuletur Amor per castra Dionae. *X 61* pharetratum puerum . . . Amorem. *125* Amori. *131* princeps pietatis, Amor. *145* Amor..ales. *596* abiuret Amores Cyprus. *2, 591* Titania Iuno Cupido. *II 120* Furias amat ipse Cupido *(cf. X 460). VI 5* flammipotens invasit templa Cupido. *16* Cupido et . . . Hymen. *44* puer alme Cupido, ignea progenies et rerum perpes origo. *VII 68* nescit . . . senibus veniam donare Cupido. *X 122* Cupido fessulus. *218* succurre Venus, succurre Cupido. *II 4* Idalius . . . pinniger. *VII 48* puer Idalius *(X 110). X 90* aliger . . . Idalius. *280* pinniger Idalius. *X 127* Pyrois, *(cf. Claud. 31, 141)* mens ignea mundi atque vapor fecunde poli, successio rerum, affectus natura genus fons auctor origo, tu vitae fecunda salus, tu blanda voluptas. *II 46* impubes lascive *(cf. VI 59 VII 12)* puer, cui subiacet omne quod natura creat. *II 50* alme. *53* puer alme. *71* pinniger audax *(X 173). 74* hominum divumque voluptas. *75* ales *(109). 80* volucer *(X 113. 161). VI 57* aliger. *59* erat cui castra voluptas. *109* acrior est puer ille meus, dum temnitur, et plus urit *(cf. VII 67). VII 12* impubes lascivus atrox, violentus amoenus, lis pacis tacitusque loquax, fur garrulus audax, nudus et armatus, ferus et pius, improbus insons. *154* volucer Veneris. *VIII 471* puerum. *474* natus. *495* flammiger ales. *X 85* amoriferum . . . natum. *94* lascive puer *(587). 112* flammigero . . . deo. *150* ignipotens *(209). 165* impiger ales. *176* flammiger. *182* numen amantum. *199* volantem . . . puerum. *262* puer ignipotens. *276* amoriferum . . . volucrem puerum. *460* puerum Veneris. *v.* Cupidineus.
Amphiaraus] *3, 418* alium vatem casus renovasse sinistros, Amphiarae, tuos, quem perfida vendidit uxor. *Or. 692* uxorem . . . auguris Amphiarai.
Amyclae] *VIII 30* fecit Alexandrum raptu spoliare(t) Amyclas. *439* tacitas quod lustrat Amyclas *feminae bellae.*
Anchisiades] *v.* Aeneas.
Andromache] *VIII 154* Andromachen . . . viduare marito. *IX 38* Andromache viduata gemit vel ad ubera parvum Astyanacta tenet. *91* Andromache tumulum sibi formet inanem. *151* exiet Andromache . . . et leget infelix dispersi membra mariti. *199* planctibus Andromaches. *Or. 748* nec ferit Andromache famulans post Hectora Pyrrhum. *864* Andromachae soboles Pyrrhique Molossus. *IX 156* coniunx. *177* uxor. *Or. 749* regina Phrygum.
Anna] *2, 674* murmure sub tacito sterilem defleverat Anna* matricem *post mater Samuelis.*
ANSILA] *sat. 214* Ansila *victus a Vandalis absente Gunthamundo. non aliunde notus, sed nescio an progenies illius Ansilae Gothi, qui sub Theodosio II cum Ariobindo et Germano in Sicilia contra Vandalos pugnabat (Prosp. chron. I p. 478, 1344 ad a. 441). certe ex hoc versu 214 Eug. (arg. sat. p. 67, 5) satisfactionem ad imp. Theodosium datam esse conclusit.*
Antaeus] *II 156* Antaeum rapui Telluris alumnum *dicit Hercules.*
Antenor] *VIII 240* Antenor *(260. 590) legatus Priami ad Telamonem.*
Antilochus] *VIII 325* Nestoris Antilochus.
(Antiopa)] *II 23 Iuppiter* satyrus . . . amet *(cf. Aegr. Perd. 47* Antiopam et satyrus tenuit. *3).*
ANTONIVS] *Eug. c. app. 24, 6* Antŏnii *monachorum principis.*
Aonius] *VIII 14* in Aonio descendit fonte poeta. *cf. Ov. fast. 3, 456.*
APODEMIVS] *Eug. c. 9, 17* Apodemius *martyr.*
Apollineus] *3, 274* Apolline(i) . . . tripodis. *VI 11* Apollineum . . . agmen. *IX 102* sacerdos Chryses Apollineus.
Apollo] *II 106* magnus Apollo. *VII 18* Apollo disertus, cum peteret Daphnen. *VIII 184* Thymbraeus Apollo. *206* ego pastor Apollo ipse fui. *Mer. c. 1, 12* Castalium . . . deum. *VI 5* potestas Delphica. *X 285* plectriferi germana dei *(Or. 86). Or. 42* irato . . . deo. *v.* Mithras, Phoebus, Sol, Titan.
(Appius)] *v.* Claudius.
Arcadicus] *Eug. c. 42, 3* Arcadicis *i. asinis.*

Arcas] *2, 590* Saturnus et Arcas *i. Mercurius.*
Arctous] *Mer. poet. 26* milibus Arctois *Vandalorum. 113* caedibus Arctois *Gothorum. 128* tela ... Arctoa *Gothorum. Drac. X 172* Arctoi ... axis *Scythiae.*
ARÊMORICVS] *Mer. poet. 8* Aremoricos ... saltus.
Areopagus] *Eug. c. app. 52, 9* Aréopágo. *cf. Drac. Or. 880 sqq.*
Argi] *VIII 338 gens Dardana* imperat Argis, per quos victa perit. *X 598* Iuno spernatur ab Argis.
Argolicus] *IX 66* puppibus Argolicis. *(Or. 28. 636). Or. 166* moribus Argolicis. *321* Argolicos ... favores. *586* ad Argolicas ... Mycenas. *702* ad Argolicos *(subst.)*
(Ariadna)] *VII 20* Dictaeae ... puellae.
(Ariovistus)] *Mer. poet. 144* Teutonicum ... hostem.
Aristarchus] *Eug. hex. praef. poet. 22* Aristarchus Tucca Variusque Probusque.
(ARRIANA doctrina)] *2, 98 sqq.*
ASDINGVVS] *sat. 22* nominis Asdingui bella triumphigera *regum Vandalorum.*
Asia] *3, 230* impendens Asiae ... salutem Europaeque simul *Petrus. Or. 30* divitias Asiae *Troiae. 269* Asiae domitor *Agamemnon. 275** eversorem Asiae *Agamemnona. 899* eversorem Asiae *Pyrrhum.*
(Asterie)]? *II 23 Iuppiter aquila.*
Astyanax] *VIII 146* Astyanax Danais muro iactatur ab alto. *IX 39* Andromache ... ad ubera parvum Astyanacta *(174)* tenet. *152* Astyanacta *(163. 193). 222* Astyanax egeat.
Athamas] *X 583* Athamas (talamas *cod.)* miserandus.
Athenae] *X 599* Pallas damnetur Athenis. *Or. 33* Minervales ... Athenas. *287* adduxit Athenis. *592* te convenit Athenis. *889* mediis induxit Athenis. *905* decet ultio talis Athenas? *Eug. c. app. 52, 9* Athenáe. *cf.* Cecropides, Cecropius.
Athenaeus] *Or. 516* venit Athenaeis ... sedibus. *638* Athenaei iuvenes *Orestes et Pylades. 912* culmen Athenaeum *assessores Areopagi.*
Atheniensis] *Mer. pros. 1A 12* Lacedaemoniorum et Athen⟨iensium⟩ nomina.
Atrides] *plerumque Agamemno, v. s. voce. Menelaus: VIII 449* ad aulam ... Atridis. *537* Atridi. *585* Atrides sic maestus erat de coniuge rapta. *Or. 196* Menelaus alter Atrides. *Orestes: Or. 685* Atrides *(809).* Atridae *i. Orestes et Electra: Or. 355* Atridas. *374* nutritor Atridum *Dorylas.*
Atropos] *VIII 203* Clotho ... Lachesis ... Atropos ingens.
Atticus] *VIII 28* Attica vox *Homeri. Eug. c. 39, 2* Phoenices sagaces condiderunt Atticas *litteras.*
Aventinus] *V 255* pro Verginia cum plebs arderet in ira montis Aventini tenuit Romana cacumen.
Avernus] *2, 546* legem violari ... Averni *(christiane). X 446* regnator Averni *Dis. Eug. c. 5, 25* Averni ... incendio.
Augustus] *sat. 180* Caesar Augustus. *188* Commodus Augustus *M. Aurelius. IX 22* Augusto ... mense. *v.* augustus.
(imp. M. Aurelius Antoninus Pius)] *v.* Commodus.
Aurora] *v.* aurora.
Babylona] *sat. 31* Babylonae (-niae *D*, -nica *Eug. M.*, -num *Eug. FP*) regna tenentem.
Babylonia] *1, 320* flammantes viridesque tulit Babylonia crustas.
Baccha] *VI 69* Bacchaeque rotari Sileno saltante placent. *VII 36* Bacchis copuletur Amor. *X 283* Bacchaeque rotantur. *X 550* Baccha Lyaei ... Agaue.
Bacchus] *v.* Liber.
(BAGAVDAE)] *cf. not. ad Mer. poet. 157.*
BASILLA] *i.* Bassilla, *Eugenii mater, Pomponiae soror (Braulio epist. 18) Eug. c. 22, 9* Basilla *(11. 23, 3).*
Bellona] *Mer. poet. 39* exarmat Bellona comas. *(69* diva nocens*?). Drac. VIII 147* praestat Bellona nurum *Helenam. Or. 388* vos sic minuit saevis Bellona duellis.
Blossius] *v.* Dracontius.
BRAVLIO] *Eug. epist. 1 tit.* Braulioni. *2 tit.* Braulio. *c. 21, 23* germano ... amato.
Bromius] *cf.* Liber. *VI 17* Bromius ... Hymen *Liberi filius.*
Brutus] *3, 324* optima nam vindex exempla ac pessima Brutus *Lucretiae ultor, filiorum necator. 3, 393* ut Brutum planxit maesta cum plebe senatus *cf. Lucan. 7, 39. Stat. silv. 1, 4, 42.*
(BVRGVNDIONES)] *vicit Aetius Mer. poet. 5.*
Busiris] *V 140* Busiris atrox Aegyptius ille cruentus.
Byblias] *VII 33* Bybliades Satyris iungant Nymphisque hymenaeos. *X 283* Bybliades saltant.
(BYZANTINVS)] *Mer. c. 1, 10* longinquos praebuit aula toros.
Cadmus] *VIII 562* Cadmi cognatus *Iuppiter. X 574* Cadmus ... obruit infaustis crudelia semina sulcis.
CAECILIANVS] *Eug. c. 9, 18* Caecilianus *martyr Caesaraugustanus.*
Caesar] *sat. 175* Caesar ubique potens hosti *civili* post bella pepercit. *178* vocatus abit ... * deus. *V 207* Caesar, dominatio prima senatus. *mens. 15* nomen Caesaris adfert *Augustus mensis. de divi Iuli bello Gallico agunt Mer. poet. 144 sqq.*
CAESARAVGVSTA] *Eug. c. 8, 45* Caesareae au⟨gu⟩stae dum pastor praesidet urbi *Iohannes. 10 tit.* de basilica sancti Vincenti quae est Caesara⟨u⟩gusta⟨e⟩ (in Caesaraugusta *F*). *c. 9 est de XVIII martyribus Caesaraugustanis. v.* Tatanesium.
CAESARAVGVSTANVS] *Taius epist. 4 tit.* Taius ... Caesaraugustanus episcopus.
Caesareus] *Mer. poet. 12* Caesareoque diu manus obluctata labori *Veneti divo Iulio. Drac. 1, 324* balsama Caesareos plorant virgulta per agros *Caesareae Iudaeae.*
(Cain)] *2, 304* hominumque secundum ... pii perfusum sanguine fratris.
Calliope] *X 26* te modo, Calliope, poscunt ... dulcior ut venias.
(Callisto)] *II 24 Iuppiter* sit ... Latonia.
Camena] *v.* camena.
Camillus] *V 214* pius inde Camillus missus in exilium; nec Romula tecta videret, ni satis offerret, victor licet exul ab urbe, cum Romanorum Gallis vexilla tulisset.
Capaneius] *v.* Euadne.
CARALES] *VII 139* Carales cum coeperit iri *i. cum sponsi in Sardiniam Iohannis patriam proficiscentur.*
(CARPILIO)] *socer Aetii; Mer. c. 4, 15* socio parente.
CARTHAGO] *3, 420* terror Agenoridum, maior Carthaginis hostis, Regulus. *V 109* sapiens olim Romana potentia iussit, ne pereat Carthago nocens ...; cotem virtutis habendam. *112* post victa rebellis ... iacuit congesta ruinis et tamen haec renovata micat quibus occidit armis ... virtus clementia patrum: tu testis Carthago manes invita volensque. *148* Carthago ... Saturno ... pueros mactabat ad aras *(cf. 3, 120). V subscr.* togatus fori proconsulis almae Kartha-

ginis *Dracontius. VI 80* moenia ... Carthaginis. *I 13* Africanae ... urbi litteras *reddidit Felicianus. Mer. poet.* 25 ausus Elissaei solium rescindere regni milibus Arctois Tyrias compleverat arces *Gensericus. Drac. 3, 513* urbis Elisaeae. *v.* thermae Gargilianae *et* Maximianae. Dido. Poenus. Punicus. Tyrius.

Cassandra] *VIII 88* rex Helenum sequitur, Cassandrae mater adhaeret. *134* Cassandra ... furibunda sacerdos et ... canit *(135—182). 183* canit infelix gemitus Cassandra futuros. *Or. 133* sors regis ... Cassandra sacerdos *(canit v. 137—151). 512* verum est Cassandra locuta. credite Cassandrae, verax Cassandra sacerdos. *653* Cassandrae ... responsa priora. *747* Ilias ingemuit domini *(Agam.)* Cassandra ruinam. *Or. 4* coniugis Iliacae. *754* Phrygiae praesagia vatis.

CASSIANVS] *Eug. c. 9, 15* Cassianus *martyr Caesaraugustanus.*

Cassius] *V 84* conicitur 'cui quidque bono', quod Cassius inquit. *cf. nota.*

Castalius] *v.* Apollo.

Castor] *V 322* magnus cum Castore Pollux. *Or. 302* sic amat ... germanum Castora Pollux et paribus votis Pollucem Castor amavit *cf. Claud. 3, 108* odisset Castora Pollux.

Cato] *Mer. pros. 1 A 11* severi iudic(es morum) ... Catones nost(ri). Versus CATONIS contra luxuriam *v. p. 237.*

CAVCASVS] *Mer. poet. 4* dedit otia ferro Caucasus *i. Hunni.*

Cecropides] *Or. 534* peto Cecropidas vindictam. *905* Cecropidae proceres *Arei pagi.*

Cecropius] *Or. 655* sodales indole Cecropia *Orestes Pyladesque Athenis eruditi.*

Centauricus] *VIII 323* Centaurica lustra (*σπήλαια*).

Centaurus] *IX 109* Centaurorum raptas ... praedas. *VIII 322* torvos ... biformes.

(Cerberus)] *X 414* saevo ... cani.

Ceres] *Mer. poet. 11* Cererem committere campis. *Drac. 3, 30* tunicis vestita ceres pubescit adulta.

Chaldaicus] *Eug. c. 39, 4* Abraham ... repperit Chaldaicas *litteras.*

CHINDASVINTHVS] *rex Visigothorum a. 641—652. Eug. hex. praef. 1* inclito glorioso rerum domino Chindasvinto *(sic F,* -do *P). c. 25* Epitafion Chindasvintho *(sic M)* regi conscriptum. *25, 9* Chindasuinthus *(sic M)* ego *(item 10, at M* -tus*). in 25, 10 pentametri lex postulat ut pronuntietur* Chindăsŭinthus (*cf.* Teudesuintha). *epist. 1, 2* a rege. *ibid.* iussione principis. *monost. 34* rex summe.

Chiron] *IX 106* medicabilis ille te Chiron docuit pestes sanare iacentum.

Christicola] *Eug. epist. 1, 3* Christicolae *(2, 5. 2, 7).*

Christus] *Mer. carm.* de Christo. *Drac. 1, 36* Christus *(2, 137. 549. 610 sat. 123. 181, 263 Eug. c. 25, 3. 97, 23. 24). 2, 60* Christum *(2, 504. 510. 3, 642 Eug. c. 4, 3. 22, 14. 63, 2 app. 20, 6. 11 Braulio epist. 2, 14). 2, 588* Christi *(Eug. c. 14, 60. 27, 6 Taius epist. 4, 5) 3, 228* Christo *(Eug. hex. praef. 4 c. 5, 21. 29. 36, 12 app. 20, 34 Taius epist. 4, 8. 10) Eug. c. 13, 9* Christe ... Christe *(16, 1 et 18, 5* potens. *20, 36. 33, 19. 35, 3. 17). 1, 525* Christi imago *i. homo. 1, 581* similis Christo *homo. 3, 232* munera Christi (*Eug. c. praef. 13* Christi munere dives. *c. 25, 25* Christi munere felix). *Eug. monost. 16* nostra redemptio Christus. *agitur de eo praecipue 2, 67 sqq. 2, 504 sqq.; cf. et Eug. c. 20, 31* lux angelorum. *52* salvator alme.

(CHVNNI)] *v.* Hunni.

Chryses] *IX 102* natam repetens per castra sacerdos Chrysēs Apollineus.

Cicero] *Taius epist. 4, 6* Cicero atque Varro.

Cinna] *V 206* Cinna cruentus.

Cisseus] *v.* Hecuba.

Claudius] *Appius. V 257* ne Claudius esset adulter. *3, 346* condemnanda libido.

CLEMENS] *Eug. c. app. 52, 21* Clemente Romae praesule.

Cleonaeus] *II 155* leonis ... Cleonaei. *IV 28* post bella leonis.

Clotho] *VIII 203* quem Clŏthŏ, quem Lachesis, quem vindicat Atropos ingens (*alterum* quem *delet Peiper ut sit* Clōthō).

Clymene] *II 55* Solis amata ... Clymene. *116* Clymeneque (-naque *cod.*) sorores adloquitur.

Clytaemestre] *Or. 376* iusta Clytaemestre (-stra *in* -stre *corr. archetypus*). *36 dat.* Clytaemestrae *(136). 770* Clytaemestram matronam regis Egisti. *877* matre Clytaemestra genitus. *Or. 7* matris *(71. 79. 541. 542. 577. 587. 601. 620 passim). 23* thalamo. *35* uxoris *(692). 114* Agamemnonis uxor. *137* regina *(184. 263. 704)* Pelasgum ultio Dardanidum, captae solacia Troiae. *153* reginam ... nefandam. *204* mulier *(227. 237. 733). 208* regina ... scelerata. *219* infausta. *247* iugalem. *249* impia. *316* callida. *319* garrula. *339* coniugis. *350* materna noverca. *362* mater plectenda. *381* regina proterva. *421* uxorem dedecus aulae. *436* regina Pelasgum. *438* clara Mycenaei coniunx. *503* pessima coniunx. *508* adultera coniunx. *539* matrem ... nocentem, morte maritali sceleratam. *551* coniugis infandae. *562 sqq. laudatur mater. 590* iugulatricem patris. *661* mulierem ... turpem. *729* genetrix *(779. 821). 737* scelerata parens. *739* parens *(744. 745). 752* truculenta virago. *774* Danaeia (danę *B*) mater. *826* metuenda parens. *842* meretrix. *896* adultera ... mater erat. *900* mater erat scelerata profana, crimen adulterii cumulat quae morte mariti. *926* rea genetrix.

Codrus] *3, 274* Codrus Apollinei tripodis responsa petivit *eqs.*

Colchis] *terra X 171* barbara Colchis. *177* impia Colchis. *X 391. 517 v.* Medea.

Colchus] *3, 221* Taurica per Colchos crudelis virginis ara. *X 32* dives apud Colchos ... pellis erat. *44* Colchus (-is *cod.*) alumnus. *282* ad Colchos.

COLVBRARIVS] *Mer. pros. 2 B 16* ad montem ..., quem Colubrarium quasi praescia vocavit antiquitas (in eo enim nunc rei publicae venena prostrata sunt) *vicit Aetius Gothos. mons ignotus.*

Commodus] *sat. 188* Commodus Augustus *nominatur pro M. Aurelio patre. eius dictum* sit bonus in vita qui volet esse deus. *cf. not. ad sat. 188.*

Concordia] *v.* concordia.

Creon] *Menoecei pater. 3, 261* Menoecea Creontis. *3, 271* ferus ille Creon Iocastae proximus heres et germanus erat. *3, 263* pater orbatus. *Glauces pater, quem Thebanum pro Corinthio facit Drac. (cf. X 366). X 367* rex ... Creon. *422* virgo Creontis. *427* regem ... Creonta. *476* tecta Creontis. *521* rector ... Creon. *553* pater ... Creon. *369* regis *(386. 506). 374* rector Thebanus. *379* senior. *380* tyrannus ... nocens ... iniquus. *450* Iocastae frater et heres. *521* tyranni.

(Creusa)] *v.* Glauce.

Creta] *VIII 441* absentem retinet dum Creta maritum *Menelaum. X 593* Creta Tonantem depositum nutrisse neget. *v.* Gnossius.

Cupidineus] *X 148* ignes ... Cupidineos.

Cupido] *v.* Amor.

Curtius] *3, 409* Curtius (cercius *cod.*) ingemuit cum vivum terra cadaver sorberet armato deterrens funere manes.

Cynthia] *v.* Luna. Cypris] *v.* Venus.
Cyprus] *VIII 427 Paridis* carina ... Cypro ... resedit. *429* Cyprum tenuere simul. *435* Cypro festa dies natalis forte Dionae illa luce fuit. *437* insula Cypros. *460 Melampum* fors ad Cyprum dederat. *505* ad Cyprum pulsus. *510* excussus ventis ad litora Cypri. *573* ad Cyprum venientem. *X 597* abiuret Amores Cyprus.
Cyrus] *3, 502* Tamyris ... bella ... cum duce Persarum Cyro. *Or. 427* praecidit (possedit *cod.*) regnum Tamyris.
Cythera] *insula. VIII 438* alta Cythera. *v.* Venus.
Cythereus] *v.* Aeneas. Cytherea] *v.* Venus.
(Danae)] *II 22* cadat aureus imber. *X 74* sit ut imber.
Danaeius] *Or. 774* Danaeia (danę *B*) mater *Clytaemestra. 969* Danaeia festa (fecta *B*, facta *A*), quae thalamos fecere rogos.
Danaus] *3, 257* historias cunam Danaum gentisque Quirini. *VII 114* apud Danaos *(Byzanti?) VIII 126* Danai cum mille carinis. *128* pugnant Danai. *146* Danais *i. Vlixi. IX 65* adversus Danaos quis Pergama ... tuetur. *100* Phoebus Danais morbos ... inferet. *231* Danais. *Or. 34* superis, Danais quicumque favebant. *55* agmine pro Danaum ... litatam. *112* Danaae de turribus urbis *Mycenarum. 134* inter Dardanias clades Danaumque triumphos. *203* nec metuam Danaos. *310* res Danaum defossas. *347* Danaum cum clade suorum *Agam. 378* pignoribus Danaum *Oresti Electrae. 384* proceres Danaum. *467* Danaos si vincere rectum est. *546* Danais. *589* Danaum praescripta dolentum. *799* conveniunt Danai. *819* redit ad Danaos *ex Thessalia Mycenas. 848* Danaum fortissimus Aiax. *911* summates Danaum *Arei pagi iudices.*
Daniel] *3, 188* saeva Danielem rabies atque ora leonum non tetigere pium.
DANVVIVS] *Mer. poet. 1* Danuvii *(Chunorum)* cum pace redit *Aetius.*
Daphne] *VII 19* Apollo ... cum peteret Daphnen.
Dardanides] *VIII 18* Dardanidum vindex *Homerus. 265* Dardanides Priamus. *IX 64* Dardani-(di)s quis murus erit. *221* Dardanides *i. Troiani omnes. Or. 138* ultio Dardanidum *Clytaemestra. cf.* Troia *eqs.*
Dardanius] *Or. 134* inter Dardanias clades Danaumque triumphos.
Dardanus] *VIII 246* Dardana ... classis. *336* gens Dardana. *433* pastor ... Dardanus *Paris. Or. 632* Dardana ... castra.
David] *2, 664* Davĭd adulterii facinus ... peregit. *sat. 158* Davĭd et hic (Davĭd et *Eug.*) sceleris certus adulter inest.
Davidicus] *Eug. c. app. 2, 2* Davidicos (-ticos *codd.*) ... campos *psalmos.*
Decius] *Mer. poet. 117* Decius, propero lucem qui fine refudit, sed famam sine fine tenet.
Deidamia] *IX 200* blanda ... Deidamia *Achillem reducem exspectat. 197* coniugis.
Deiopea] *II 131* Deiopea *nympha.*
Delius] *Or. 95* Delia *v.* Diana.
Delos] *X 594* Delos in undas fluctuet et paveat partus meruisse deorum.
Delphicus] *VI 5* potestas Delphica *Apollo. Or. 273* si centum flatibus acta Delphica fatidicos quateret cortina recessus.
Diana] *3, 217* Dianae, quae solet insontum fuso gaudere cruore ... hospitibus caesis. *V 139* Taurica crudelis mitis tamen ara Dianae. *X 10* hospite caeso serviat *Medea* et Scythicae currat per templa Dianae. *64* templa pharetratae ... Dianae. *154* Diana feras, cervos et figere dammas adsolet. *177* saevior ara Dianae. *185* castae ... arma Dianae. *188* Triviam te, Luna Diana, confiteor perstans, heres Proserpina mundi. *235* sacra Dianae *(Or. 73). 277* templa Dianae *(Or. 194. 867). 300* Diana. *326* fervescit amans et casta Diana pastorem confessa virum. *Or. 47* vota soluta Dianae. *81* miserante Diana. *104* flammari corda Dianae. *3, 221* crudelis virginis ara. *X 288* deae. *Or. 49* numina casta deae. *86* plectriferi germana dei, Letoia (lectuia *B*, letima *A*) Phoebe. *95* Delia. *v.* Latonia, Luna, Phoebe, Titania, Trivia.
Dictaeus] *v.* Ariadne.
Dido] *3, 512* dives Dido fugax *eqs. v.* Elissaeus.
Diomedes] *IX 69* quis hostis Diomedis erit. *VIII 324* Tydides Sthenelusque. *647* classica Tydidis committere bella putares. *IX 73* Tydidem Aeneas rediens in bella lacesset? *Or. 637* fortior Oenides, sollers Laertius heros.
Diomedeus] *Or. 631* Diomedeos gressus comitatus Vlixes.
Dionaeus] *VIII 515* Dionaeae matris *v.* Venus.
Dione] *v.* Venus.
DIONYSIVS] *martyr. Eug. c. app. 52* hymnus ... de sancto Dionysio. *52, 7* Dionysii. *12* Dionysium.
Dis] *VIII 465* miluus ... Ditis ... signatur avis. *X 191* atria Ditis. *VIII 477* inferni ... raptoris. *IX 119* inferni ... dei. *cf.* Pluto.
Doricus] *VIII 127* Dorica castra fremunt. *228* Dorica regna.
praes.: 1, 432 succurrens non erit ullus. *sat. 183* erat ... solens *(non 99). Or. 468* remanens est. *Eug. c. 76, 10* sit ... gerens et ... gemens *(alius generis est 60, 2* sit praesens*). tamen fortasse non recte supplevi* est *cum Baehrensio Or. 301* nec vinci (est) quisquam metuens nec vincere fervens, *cum etiam alibi omittatur copula, ut 1, 115* volentem *esse. 1, 396* gerens. *2, 634* recidens. *3, 220* madescens. *318* qua ... torpens. *VII 11* ducens. *cognata v. infra p. 438.*

usus creber part. futuri: Mer. poet. 163 domitu(ra). *175* (illatu)ra. *Drac. 1, 56* ventura *saepius (cf. X 387. 476). 1, 113* reditura *(1, 382. VI 95. X 106). 1, 241* factura *(3, 10. 681. 691. X 107). 1, 278* passura. *1, 289* missura. *1. 290* sparsura. *1, 291* paritura *2, 647. 1, 335* dominaturum. *1, 482* futurus. *1, 517* victurum *(2, 614). 1, 566* dicturum *(3, 685. Or. 131). 1, 619* mansura. *1, 672* periturum *(2, 513). 2, 9* fugiturus. *2, 203* mansure. *2, 236* caritura. *2, 511* laesura. *2, 606* peccaturos. *3, 106* feriturus. *3, 117* orbatura. *II 124* hauriturus. *III 10* positura. *V 325* possessure. *VII 60* visura *(Or. 114. 247). VII 140* aditura. *VIII 139* emptura. *VIII 452* iturus (iter *cod.*). *VIII 629* raptura *et* datura *(seq. 630* viduare parata*). X 19* regnaturus. *X 109* consumpturus. *X 423* ductura *(paene sensu praesenti). Or. 47* secuturus. *maxime notabile: 2, 177* inlaesurus.

II. syntaxis.

membra liberius concordantia:

numero: Mer. c. 1, 5 cum coniuge princeps ... possidet. *2, 9* tenet ... cum coniuge princeps, *cf. 4, 15. poet. 96* cupido ... ⟨et⟩ ... furor aestuet. *Drac. 1, 366* sit (sint *Eug.*) sibi pignus uterque. *1, 418* putat *(2, 366)* terrena propago solanturque. *1, 520* homines ... doceatur*(?) 1, 618* formatur (-antur *Eug.*) ... mas unus et una. *2, 292* parva putant ... transire. *2, 481* cecidit pars tertia *(484. Or. 680. 681. 800). 2, 786* pia turba dei sunt spiritus ⟨omnis et ignis⟩. *2, 792* ut quae captiva iacebant libera turba foret. *2, 802* sexus uterque ... resonant. *3, 188* rabies atque ora leonem ... tetigere. *sat. 16* admittunt (-it *D*) ira favorque. *92* meruere. *I 5* grex ... stupebat. *V 50* gaudebat turba ... et ... putant. *VIII 294* gens ... auderent. *568* adveniunt collecta manus. *X 48* sequitur ... manus capiuntque. *Or. 656* familia ... precantur. *695* cognoscit turba ... et fremunt. *2, 467* angelicum ... genus, quos. *2, 499* arboribusque caput, cedros. *3, 342* prole ..., pro quibus. *sat. 15* quidquid ... *(secuntur pluralia)* ... hoc. *2, 375* quodcunque ... cuncta. *Or. 751* haec ... soror urguet, ut.

persona: 2, 28 te novimus omnia patrem. *2, 185* quasi qui debes. *2, 271* gens inportuna probamur. *2, 775* nos turba rapax calcamus.

genere: 1, 404 fetus, elementa ... commissa. *1, 649* pars ... cadaver ... perempta. *679* rubentem ... depositum ... resurgentem. *2, 250 homo* factus erat caelestis imago. *3, 537* quod fuit, hoc est, hoc erit *deus. 2, 106* tertius unus idem *(neutr.). 2, 595* idem semper eris quod et es quod et ante fuisti. *1, 343* cutis est qui pulvis erat. *sat. 316* abscisi crura pedesque. *sat. 111* nec mihi dissimilis quam quod solet esse catervis. *Or. 791* pudica quod non ante fuit. [*IV 8* maestos tua regna*? v. s. v.* regnum].

casu: Eug. hex. praef. pros. 7 versiculos (-li *FP*) quos ... *detraxi*, sunt.

apposita (hoc genere positionis Drac. admodum licenter audacterque utitur):

ad nomina: 1, 114 scelus, abiectum ... reatum. *1, 286* bestia moles *(nolui gen.* molis*). 1, 310* incertusque color tigris. *1, 440* ibant ... nescia corda. *2, 61* semine ... verbo. *2, 140* vina ..., mirabile donum. *2, 440* homo ... primordia nostra. *2, 499* arboribusque caput, cedros. *549* iubar insuperabile Christus. *2, 681* vetus atque novum, duo testamenta. *3, 54* exempla ... ignes ... et requies. *3, 64* anhelantes, tormenta ultricia flammas. *3, 216* virtutis opus, miracula summa. *3, 253* pura fides, praesumptio simplex. *3, 275* Codrus ..., alieni causa triumphi. *3, 296* ara Philaenorum ..., fratum memoranda sepulcra. *3, 324* optima ... vindex exempla et pessima Brutus. *3, 719* rector ..., ... pecus. *sat. 71* ipsa parit gemmas pretiosos terra lapillos, ipsa dat et vepres spinea ligna rosas. *280* montes vastos, proxima saxa polo. *V 238* legum secreta tribunal. *VIII 562* aquas freta magna. *X 104* Phoenix, sola genus *quae sola genus efficit. X 566* volitans quadriga venena *(i. serpentes). Or. 12* melior germana sacerdos. *61* oscula ..., commercia mundi. *66* filia, noster amor et noster, nata, reatus. *453* iners, Parcarum crimina, pastor. *562—5* quae ... semina ... primordia ... viscera ... ianua. *758* scelerum complex et ... criminis auctor, ... cruor. *mens. 18* mercedem vina laborum. *audacissima haec: X 439* anguicomae ... deae, quibus impius honor turpia vipereae funduntur membra cerastae *i. quibus cerastae, impius honor, sunt pro membris. Eug. c. 46, 4* est namque facinus hospita membra cibus: *i. membra pro cibo sumi est scelus. in his artificiis peccatur mutato casu: IX 124* tene, deum suboles, caeli pelagique nepotem atque Erebi gens clara mei, te, fortis Achilles, ista decent? *cf. etiam Or. 565* ianua.

nomine apposito expletur praedicatum: 1, 156 materies rapitur ... nondum mater humus. *158 terrae* pars saxa tumescunt et cautes stant montis apex, pars flumina mergit, planities pars tensa iacet ... pars aspera rupibus horret. *1, 301* modo bellantes fluctus freta pigra iacebunt. *354* sibimet data sit possessio mundus *(VIII 196). 441* quid pars membrorum secretior esset habenda. *584* spiritus ... servit ... ventus. *635* quae nunc herba fuit, lignum iacet, herba futura. *647* mortua pars hominis ..., pars viva iacebat *(2, 126). 659* quod fumus erat, stridet iubar. *663* mortua nox ... cadit. *665* caeca latet *luna. 670* nocturnus eques iubar emicat. *678* mersus abit, novus ... resurgit. *698* pulvis erit quae dura rigebat. *2, 78* qui nasci dignatus homo est. *2, 103* omnipotens ... probatus. *2, 190* mercator nauta vagatur *(294). 192* non cognitus advena. *2, 203* mansure superstes *(793* victura s.*). 231* nos operarius aptat *deus. 557* dexter ... sedens. *2, 605* transacta ... nobis ventura creantur. *610* Christus ... datus est nobis spes. *664* David ... facinus homicida peregit. *692* ventris onus ... fundatur ... puer. *703* agis non ... severus. *704* mitis corrigis. *753* victima sola placet ... honestas. *806* surgere iussa arma elementa deo. *3, 7* stent sidera pigra. *3, 19* rutilat radians crinitum missile flamma. *3, 26* annona datur ... esca. *3, 179* spiritus ... angelus intrans. *3, 419* legatio Punica missus ... Regulus. *3, 516* adcurrere funera viva. *3, 544* fideles vivere. *3, 558* par causa locatur. *3, 633* tu pius et clemens ... iratus non es. *3, 714* aptantur cuncta ministra. *sat. 38* qui homo bos fuerat. *84* ager ... harena iacet. *195* vox vera sonat. *V 55* famulari ... alumnus. *61 pauper quasi* probus

horretur. *VIII 8* quod membratur homo. *31* praetor . . . sederat arbiter Idae. *395* murus stat . . . unda. *537* quisquis me duxit amator. *IX 36* quaesitor quos torquet avus. *54* consurgens ultor. *77* Pergama . . . non bellum, sed praeda patent. *144* poena Pelasgum servantur . . . funera. *X 33* pellis . . . servata . . . custode dracone. *74 Iuppiter* bacchetur adulter. *207* ego victima servor. *444* victima ad manes pervenit homo. *Or. 83* servio turis alumna. *78* venirem . . . coniunx. *337* cupit dux sceptra tenere. *360* advertar mendax adsertor honestus. *720* eat victima *Egistus. per accusativum: 1, 4* auctorem confessa deum *(2, 212). 228* quem . . . sentit dominum. *1, 478* capit insontem . . . victum. *576* flumina quod mittunt fontes. *577* quod pelagi trahit unda fretum. *578* quod venti . . . vaga marmora crispant. *2, 28* te novimus omnia patrem. *46 te* venerantur cuncta parentem. *3, 737* nemo tua praeconia congrua dixit. *sat. 4* quem . . . dominum saecula . . . probant. *VIII 469* accipiter dotem fera bella minatur. *X 508* ignea mors rapiat sponsum cum paelice busta.

adiectiva cum praedicato quasi adverbia iuncta composuit Westhoff p. 7.

de numeris: sat. 205 pars militis *i.* militum. *plur. insolite: v.* acies. rabies. *audacter poeticus: Or. 572* ab undecimis . . . annis. *alia exempla pluralis poetici quem dicunt cf. Westhoff p. 4 sq.*

de casibus:

genetivus:

saepe vice adiectivi positus: 1, 630 virgulta ruboris *i. rubra. 2, 151* linguas . . . ignis *i. igneas. 366* fonte sceleris. *430* inter tot scelerum turbas. *436* sine fronte pudoris *i. pudica (3, 107* fronte doloris*). 652* fructus honestatis datus est de ventre pudoris. *774* catervae paupertatis. *3, 178* roris spiritus. *440* incendia mortis. *sat. 23* cum laude salutis *i. salutari. VII 13* lis pacis *i. quieta. 51* virginitas . . . pudoris. *VIII 177* gladio pietatis. *279* fama pudoris *cuius pudet. X 486* species . . . artis *formas arte factas. Or. 225* venenum . . . necis *i. mortiferum. 259* impete mortis. *419* sceptra triumphorum *i. victricia (cf. 648* templa tr.*). 461* verba doloris. *616* felle doloris. *659* foedus amici. *699* classica mortis.

cognata haec: V 253 laudis erit . . . perire. *VIII 25* sperare . . . laudis habent. *IX 58* quod laudis habetur. *Or. 971* quod sit narrare pudoris.

post neutr. adi.: Mer. pros. 1 B 4 ⟨vasta⟩ camporum. *poet. 17* ardua montis. *60* nubila . . . algida montis. *Drac. 1, 603* molis ab inmenso. *624* legis sancta. *676* caerula ponti *(Or. 41). 2, 3* celsa polorum. *2, 4* caeli secreta *(47. cf. Or. 827). 2, 163* post ima freti. *2, 261* sort⟨i⟩s peiora. *2, 341* per clara poli. *2, 657* caeli sancta. *3, 10* maris totum. *III 3* totum . . . poli. *3, 567* scelerum . . . omne. *3, 400* tantum laudis. *3, 13* omnia caeli. *3, 380* bellorum prospera. *VIII 485* ornatus . . . plus.

post adi.: (vix recte sat. 158 sceleris certus*); VII 1* carminis . . . ebrius esse; *sat. 173* ieiuna cruoris *(cf. Or. 91);* ignarus *passim; 2, 462* indiga mercis; *Mer. poet. 103* cruoris indocilis; *Drac. 2, 629* officii . . . iners; *3, 155* iners animi; *V 109* inimica senatus; inops *passim; 2, 547* luminis inpatiens; *Eug. c. 11, 16* inpos *voti;* nescius *passim; VIII 442* nuntia fama ducis; *Or. 441* pia coniugis, impia de se; *Or. 895* sacrilegum superum; *3, 219* sanguinis . . . satiata; securus *ter; Or. 918* mentis . . . sospes; *1, 490* lingua suada mali; *sat. 170* consiliique tenax; *Eug. c. 74, 4* iustitiaeque tenax; *3, 39* annonae pretiique vorax; *1, 276* pecus utile belli.

iuncturae quales regum rex *v. s. v* rex.

originis: VIII 321 fratris . . . Achilles. *325* Nestoris Antilochus. *Or. 622* Pyrrhus Achillis.

dativus:

post nomen: 1, 121 dux lux cunctis elementis. *122* lux genitis per cuncta calor. *2, 499* arboribusque caput, cedros. *2, 554* reducum vitae. *[VII 71* Cythereae cantibus absens *abl. opinor.]*

post nomen cum copula: 1, 433 malo bonus est homini deus. *2, 424* sumus auctores . . . cladibus. *2, 654* gentibus . . . est pater unus origo. *sat. 270* ut sit . . . faucibus esca lepus. *3, 51* eris pius . . . illi . . . qui. *3, 298* extiterunt aliis tam quam sibi mentis avarae. *sat. 107* regi dominoque reus sum. *VIII 137* uni pia mater haberis . . . sed multis impia constas regibus. *Or. 957* sitque redux patriae.

post verbum: Mer. c. 4, 2 puero diem reducit. *Drac. 1, 366* dulcedo recurrat cordibus. *382* subducitur una costa viro. *400* remeat sua costa viro. *580* usibus . . . venire. *622* resurgere vitae. *2, 122* exanimes . . . revocare saluti *(V 4* patriae r. sagittas. *X 237* gladium dextrae r.*). 2, 416* eligit . . . supplicio. *2, 558* iudicio venturus erit. *3, 690* ossa . . . membris rediere suis. *sat. 41* peccando regi . . . deoque. *193* tibi clamat. *V 180* obsequio concurrit. *Or. 74* cui sic est virgo locuta. *506* cui . . . eram regressus. *754* redeunt animo . . . praesagia. *cf.* misereor.

post phrases: 1, 444 iungebant affectibus *(i. coniugibus)* oscula. *2, 279* vastent cultoribus agros. *2, 418* sulpureas his fundit aquas. *2, 539* lux funditur umbris. *2, 745* placidis saevisque . . . procedere solem. *2, 772* quîs . . . fundebat opes. *3, 229* turbis miracula fecit. *3, 650* cum manibus tibi vincla levo *(cf. Eug. sat. arg. 3* omnipotenti deo veniam petit*). sat. 121* culpis veniale minaris. *172* hostibus (pro h. *Eug.*) orabat . . . veniam. *238 luna* minuente polis. *V 183* venena neci . . . parantur. *217* Gallis *(i. in Gallos)* vexilla tulisset. *VIII 524* conubio *(i. coniugi)* servus veniam. *X 40* barbarus . . . regi . . . nuntius ibat. *Or. 398* curventur falcibus enses.

dativus derectionis: 1, 594 it naribus aura. *2, 296* bellum . . . transfert . . . terris. *2, 508* exilio trusere. *2, 535* mundo rediere sepulti. *II 4* fuderat . . . gremio se . . . parentis. *V 37* campo producat *(i. prodeat in campum). 124* cruci suspendit. *278* mortes transferre foro. *VII 87* stabulisque refertur *equus. VIII 207* domibus . . . pecus omne coegi. *VIII 432* pastor harenis . . . exsiluit. *VIII 446* hospitio . . . eat. *IX 66* puppibus . . . deriget ignes. *X 193* hostia templis . . . advecta. *X 515* capiti . . . serta locat. *Or. 46* praedam praeire Mycenis. *157* domo . . . redit. *242* referens caelo . . . coronam. *245* pignora . . . concurrunt . . . patri. *287 fratrem* adduxit Athenis. *356* pelagus . . . demersit Atridas fluctibus. *386* mersere neci *(cf. X 92. 468. Or. 803). 363* fluctibus intrat. *413* domibus remeare suis. *456* ibat . . . tumulis. *516* venit Athenaeis . . . sedibus. *889* mediis induxit Athenis *Orestem.*

nota haec: 1, 132 nec celantur ei. *VI 107* viris certate. *Braul. epist. 2, 2* quod mihi nequeat impedire. *cf.* iubeo.

cum passivo: VIII 59 quis . . . tenetur. *87* nuribus comitata *(Or. 694). 146* Astyanax Danais muro iactatur ab alto. *296* quibus . . . victa iacet.

accusativus:

de relatione: Mer. c. 4, 31 recincta vestem. *[poet. 149* mutatos semi⟨na?⟩*]. Drac. VIII 520* lon-

gior artus. *IX 41* planctu laniata comas, contusa lacertos. *X 394* deiecta oculos *Medea. de X 104 cf. p. 432 sub* apposita. *Or. 255* regem ... corpus perfundit amictu. *cf.* palpito.

obiecti: post abhorreo (*cf.* exhorreo, horreo); curro *pro 'percurro'; 1, 565* dicturum effectus non desunt; doleo *c. acc. passim; 3, 37* exigo; fleo; feto *sat. 83; Or. 232* commune nefas ... fruuntur; gemo; *1, 496* hos increpat; indulgeo; libet; lugeo; *IX 127* Acheronta natare; nocere *c. acc. passim;* obstupesco; paveo; *2, 722* peccare nocentum si fuerit permissa manus; praecipio; peto, exposco, posco, rogo *c. acc. etiam cum abl. duplici v. s. vocibus; VII 93* pluitur tellus sudore; resideo; tremo; *2, 294* bellator aquas ... vagatur *(alia s. v.); VIII 535* nos hoc Iuppiter urguet. *cf. dat. post* celare, impedire.

nota post phrasin: Or. 613 quae turba ... credula dum fuerit *i. crediderit.*

per figuram: Mer. c. 1, 21 confessa deum *(similia apud Drac. v. s.* confiteor*). Drac. 1, 56* ventura monet *(alia v. s. v.). 65* pluit imber aquas. *67* viola est mentita rosam *(alia v. s. v.). 157* pars solvit harenas. *160* pars litora curvat. *324* balsama plorant ... virgulta. *573* quod floret humus, viridis quod germinat herba, quod spicant messes *eqs. 2, 219* te nubila ... coruscant. *2, 418* bitumen compluit *deus. 3, 29* calamos nutrita seges. *sat. 208* certamina ... concurrens. *Eug. monost. 23* aetates ... mundus ... currit. *Drac. II 23* divitias ut tecta pluant. *V 27* tela pluuntur. *VI 17* Mars saltat amores. *VIII 547* pervenit iter ... satelles. *646* tuba ... increpat arma, duces. *X 75* quodcumque meum placuit mutare maritum. *X 185* strepitum *(obi.)* ... arma increpuisse. *Or. 63* vultus gaudia plorant.

adi.: 1, 302 grande tonat. *2, 232* mortale minantes *(Or. 617. 823). 2, 496* veniale minatur *(sat. 121). 2, 701* veniale iubens *(cf. 707). 3, 556* servile pavens. *sat. 137* leo terribile fremit. *VI 94* gratum ... pavescens. *VIII 361* veniale (prec)atus. *X 308* conqueritur deflenda gemens. *Or. 706* saeva minatur. *Or. 617* iuvenale fremens, mortale minatus. *856* torquetur inane. *904* censete severa.

vocativus: 2, 203 mansure. *204* adorandi. *3, 24* editor omniparens, sed non tamen edite ab ullo. *[V 143* tu ... inique *non 'es' supplendum, sed 'agis' vel 'probas']. II 152* o frustra nutrite puer. *V 325* possessure polos. *VIII 130* animose puer, virtute protervus. *3, 418* casus ..., Amphiarae, tuos.

ablativus: 1, 504 missa ... fornace liquescat *massa. VIII 395* pressa carina solo. *427* Cypro ... resedit *navis. 566* Lacaenam litore non posuit, media sed puppe locavit. *cf. 1, 459* ibi inrepsit *et multa sub* in *c. abl. collecta. IV 38* Olympo es. *V 146* delubris natorum colla secabat. *V 277* extinguere proelia campo *(IX 64). 284* solo cum mordet harenam. *VI 67* ornatus fronte corymbis. *VII 38* nutet Silenus asello. *104* ramo. *151* delphine sedens. *VIII 321* Emathia ... nutritus Achilles. *400* dispersos longo ... aequore Troas. *423* tellure ... pelagoque. *508* pectore. *598* plangitur urbe. *IX 26* corporibus vixisse suis *animas. 31* pietas ... manebit corpore. *59* pugnam thalamis *(VIII 641)* exercet adulter. *201* fluctibus. *X 116* peplo. *183* sonuerunt tela pharetris. *186* tholo. *190* tu caelo Cynthia regnas. *sat. 238* polis. *277* reptantia gramina terris. *Or. 123* animo versatur adulter. *856* animo torquetur. *156* timor grassatur mente. *243* fronte. *628* callibus occultis ibant. *3, 100* modico ... die peritura. *IV 42* casside fulgurat ardor. *V 133* ereptum vel mor(t)ibus *(i. mortuis)* ... vel vivente iecur. *VII 71* cantibus absens. *89* favor excussus caveis. *VIII 161* muris depellite fratrem. *164* pectore ... rapiatur pignus. *427* carina ... classi[s] depulsa. *484* purpura ... diffusa umeris. *576* extorquet vertice crines. *591* fletu manante genis. *X 35* subduceret arbore lanas. *78* solvat cervice catenas. *99* ut pinnas desiccet aquis. *145* sinu se subtrahit. *284* venatu ... rediens. *360* stratis rapitur. *558* radiabant vertice flammae. *564* (s)e tellure levabant. *Or. 124* descendere puppe *(239). 244* fundebat vertice flammas. *476* tumulo surrexit.

cum passivo: VIII 69 monitus ... nutrice.

duo ablativi: Or. 541. 616.

singula: v. s. v. abdico.

de personis verborum: verba impersonalia ad personas referuntur haec: 3, 478 quod honesta *femina* decet *facere; ter* paenitet; *Or. 903* peccasse pudebit *(cf. s. v.* pudet*); VI 70* Bacchaeque rotari ... placent. *aliter VIII 62* rura pigent *Parin; et exempla sub* decet.

impersonalia insolita: dolet *Eug. c. 27, 10.*

de temporibus:

praesens: inter perfecta vel pro perfecto: 1, 152 eruitur. *306* sortitur. *317. 319. 342. 443. 2, 396. 399* postquam revocantur *et* suscepit. *535. 571. 574. 3, 60. 90. 346. 352. 377 sq. 405. 447. 485. 492. 498. II 77. 148. 155 (post* cum*). VIII 162 et 168 post relativum. 287. 427. 609. Or. 37. 62. 69. 415. 748. 750. 785. 828. 846 sq. 901. post* cum *pro imperf. coni.: 2, 167.*

perfectum: inter praesentia: 1, 67 sq. 239 luserunt. *279* timuit *(non* metuit *legendum?). 313. 336. 346. 426. 454. 459. 474. 484. 645. 2, 128. 131. 137. 181. 287. 419. 422. 434. 555. 744. 811. 3, 149. sat. 157. II 81. V 311. VI 65. 72. 102. VIII 252. 388. 426. 645. X 221. 321. 364. 431. 517. Or. 129. 257. 365. 961. ante praesens ita ut hoc res consequens indicetur: 1, 400. 401. 469. 2, 422. 428. 552. 644. 3, 242 sq. 274. Or. 817. gnomicum: 1, 565. 3, 367. sat. 88. V 311.*

imperfectum: inter praesentia: Mer. poet. 63. Drac. 1, 178 erat. *236* erat. *359. 486. 536. 548. 2, 175. 231. 3, 175. II 88. 94. V 50. VI 60. 75 sq. 100. VIII 108. 219. IX 177. X 265. 564. Or. 158. 219. 238. 247. 318. 730. 733. 801. 942. 944.*

plusquamperfectum: refertur ad praesentia: Mer. c. 1, 22. Drac. 1, 206 sq. 488. 491. 551. 2, 125 (-vit *B*). *672. 3, 466. 692. sat. 8. 93. 302. VII 19. 57. VIII 217. X 259. 360. 518. Or. 798. 825. 864. 867.*

pro imperfecto (saepissime fuerat*): 2, 369. 440. 773. 796. 799. 3, 217. 456. X 317. 363. 369. Or. 296. 299. 685. 802. 867. 931. saepe item* debueram: *v. sub indicativi usu.*

futurum: refertur ad praesentia vel praeterita: 1, 300 modo bellantes ... pigra iacebunt. *698* pulvis erit quae dura rigebat. *2, 417* quia ... non dabit ..., fundit. *3, 133* cum ratione iubet fieri quaecunque iubebit. *sat. 49* imperat atque iubebit. *113* quaecunque gerit, quaecunque iubebit. *131. 132* scit ... qui volet. *II 106* non fuit ... nec ... erit. *Or. 634* non ... quatient *(i. non quassura erant)* ..., sic ... ibat. *VIII 359* turpe putans, non dente suo si praeda iacebit. *IX 82* condentur. *164. 165. 168. in precatione: 1, 744* inpendes (-is *trad.*). *inter coniunctivos: 1, 364* erit. *futuris admiscentur praesentia vel indicativi vel coniunctivi: 1, 430* non vult, addicet nec. *432* scit ... et ... non erit. *1, 523* et veniet *imber,* nec fallit hiems nec tardat adesse. *633* fit ... renascentur. *2, 53* haeret ac mittent ... et cadet. *2, 706* quotiens commotus eris, placidissimus extas. *757 sqq. 3, 83 sqq. sat. 140*

mora si fuerit, acrius inde furit; at si ... ponat ..., perit. *148* frangitur ira, cum confessus erit ... reus. *II 29* fugiet viresque fatetur vel ... tractet. *32* aestuet ... vincentur ... amabunt ... succendo. *44* flammatur ... reddetur. *II 158* quis comes alter erit, cum dat fera bella noverca? *V 153* rapientur ... et perit ... aut ... cadet. *188* mox ... tenetur ... erit, ferietur ... armabitur. *283* cum ... cadet, cum ... perfundat ... cum mordet. *317* funestat ..., si mactatus erit. *VII 140* petet ... nec negat ... vagatur ... ibunt ... perfundet ... ci(t)et ... mandat ... flammat. *VIII 124* coniurat ... petent ... fremunt *eqs.* *182* cedent ... extet. *229* dat ... faciet. *238* praestem ... adest ... erunt. *652* dabitur ... ditetur ... orbentur ... plangat ... sequatur. *IX 64* quis murus erit ..., quis ... tuetur, ... quis diriget ..., quis ... sustinet aut ... tolerat. *91* formet ... faciet. *126* negentur? nec dabis. *156* in qua ... erit ..., vocat. *218* hortaris ... si ... erit. *X 231* non es, si fueris. *348* si ... erit, si ... parentur, si pluet aut ... coruscet. *425* dabo ... superaddo. *Or. 210* veniet ... est ... dabo. *321* emimus ... trahemus. *395* erunt ... sollicitent ... verberet ... vacant. *478* morieris ... tenet. *543* purgabit ... nam ... docet. *593* occurret ... obsidet ... invehitur. *614* favebunt ac ... rapiant. *763* nec ... miscebitur ... nec ... eat ... aut ... capiatis.

imperf. coniunctivi pro praesenti: 1, 373 (sensu irreali quem dicunt). *572* imperat ... dominentur ut orbi et ... tenerent. *2, 298. 321. 406 sq. 413 sq. 547* ut remearet ... optat. *599 (irreal.) 669. 3, 347. 448. sat. 25. Or. 380. 678. 749.*

coni. praes. pro imperf.: Mer. poet. 63. Drac. 1, 541. 2, 327. 2, 383 inter imperfecta. 2, 588 sqq. 3, 154. 363. 460. 546. sat. 270. V 109. IX 130. Or. 702. ros. 14.

coni. perf. pro plusquamperf.: 2, 307.

coni. plusquamperfecti: 1, 292 ne ... fuissent, ... fixit. *2, 244* poteras ... permittere ..., ut ... tulisset. *320. sat. 134. 185. II 103* dicite, quando ... dedisset.

consecutionis temporum liberioris exempla data sunt sub coni. imperf. praes. plusquamperfecti.

ex periodis condicionalibus q. d. addo has: 1, 271 senuissent ..., ni ... darent. *2, 196* si disiuncta fiant, solvetur machina rerum; si coniuncta forent, omnis natura periret. *2, 251* retinens ..., nisi ... contemneret. *3, 248* si ... velim ..., non mihi sufficient. *323* dicere si valeam, ... probabo. *III 11* si ... negetur, ... forent. *V 288* si ... darent, ... rogassent et ... daret. *cf. etiam sub indicativo. sine particulis: 3, 140* sic iactura fiat: praestat compendia damnum. *V 221* das otia servo: ... vult esse suus. *Or. 296* venandum fuerat: socios venatus habebat. *376. 929 sq. similiter* ut *2, 282. 298,* utinam *2, 321.*

de modis:

indicativus: 2, 242 poteras ... permittere *(2, 718. sat. 55).* *261* debuimus *(338. 485. 3, 153. 545. 623).* *1, 621* fuerant ... nata, ... ni ... daret. *sat. 293* si ... dedisset nec daret ..., quae fuerat pietas? *3, 118* si ... erat ..., hoc faceret. *II 61* si ... placebat, ... cantarent. *cf. Or. 955. V 92* si fortis erat ..., peteret.

saepe legitur ind. pro vel cum coni. in interrogationibus secundariis: 1, 712 scit, quo ... creatus ... imitatur. *2, 684* exegit quid ..., quid ... mereantur, dicere. *812* ostendit ..., quid ... creent, quid ... meretur. *3, 134* monstrare ..., qua mente rogetur, qualiter ... se vult et iussit amari. *625* scio cui iusta parasti. *II 92* causas perquirit ..., cur ... petit. *V 86* quid timet aut optet, ... advertite. *VIII 30* vulgate ..., quae causa ... fecit. *222* dic, ubi vis ..., ubi ... tendis. *244* cognoscunt ..., quo vela parantur. *262* quae causa coegit, insinuare. *IX 184. 203* perquirens, si Troia ruit, si concidit Hector. *X 46* ut nossent, quid puppis erat. *357* monstrare ..., quid ... valent *(non 536). Or. 71* dic ..., qua sorte manes. *350. 875 (cf. coni. 557).* *similiter post* ecce quid: *3, 240. sat. 165. 191.* *rarius in aliis enuntiatis alternat ind. c. coni.: 3, 62 sq. in relativo: 154* haec illum responsa domant faciantque silere. *594* ubi sit ... aut ... quo ... recessit. *sat. 28* quis ... aspera cuncta petat, prospera cuncta negat? *nota ind. in enuntiato relativo: 2, 741* solus enim dominus, dominum qui non habet extat vel cui cuncta părent.

de voculis cum, dum, licet *v. ind. verborum.*

coniunctivus:

Mer. pros. 1 B 22 non ... (sic) ... impleat animos, ut si. *Drac. [1, 3* agnoscat *C].* *1, 31* adsumat. *1, 77* quis neget. *1, 397* qualem possent ... formare. *2, 57* quis ... queat. *58* quis reputet. *144* ut quid miremur. *3, 12* quis dubitet. *3, 89* si ... est ..., quam sit. *150* subiciat quisquam. *3, 268* nemo ... miretur. *577* quasi ... putem. *594* ubi sit ... aut ... quo ... recessit. *sat. 92* hoc homo quando habeat? *Or. 662* quae sit mora. *860* quid faciat? quos ... eliciat? vel ... fatiget? *Or. 927* quis ... ... audeat. *cf.* forte, forsitan.

irrealis: 1, 441 quid ... esset. *442* unde ... scirent. *531* an ... posset. *3, 63* non ferret. *2, 331* haec mala sufficerent. *3, 445* quas lueret. *VIII 289* quod mens nulla tulisset. *Or. 4* non quae iugularet. *Or. 584* ut facienda putes quae nec dicenda fuissent.

X 355 optarem *i. opto.* *VII 1* cuperem.

2, 111 quaecumque daret ..., putarent. *2, 782* quidquid agamus.

hortativus: 1, 2 legat. *361* demus. *364* noverit ... sit. *365* vocet ... recurrat. *369* sint. *370* sit. *625* conspiciant. *3, 91* veneretur. *92* sit. *94 sq. 101* doceant iam nos exempla. *124* absit. *154* faciant. *3, 185* egrediantur. *279* legantur. *477* rapiant ... et faciant. *560* impleat. *613* ne clauseris. *672* prosint. *673* sit. *677* resurgat. *722* sit *et passim. nota personam: Or. 612* eam. *in longa periodo 2, 442—463 coniunctivi primo iussivi transeunt in irreales.*

pendet a verbis vel phrasibus: Or. 15 da valeam. *VIII 186* poenas persolvat ... exoptat. *2, 778* expectamus adhuc de paupere xenia nobis afferat et praedam. *1, 731* facit ... membra tegant animam *(cf. infra VII 30). Or. 667* festinare ... audiat. *VIII 503* hortatur ... indicet. *octiens fere post* iubeo *partim mixtus cum inf. (v. ind. verb.). bis post* moneo *(v. ind. verb.).* nolo *(Eug). V 15* optate ... vincant. *V 199* non opus est laedatur. *sat. 134* oravit ..., vinceret aut certe praeda fuisset iners. *X 420* non puniat, oro. *X 422* colla paro feriat. *X 76* peto filia ... amet et laudet. *II 117* placet ..., Hylas rapiatur. *3, 614* das praecepta ..., ... cadat ... et ... ferat. *VI 31* precor aspergant. *IX 129* me vita pia promovit ad urnam, ... quaeram. *ter post* quaeso *(v. ind. verb.).* *Or. 811* scelus est, ... rapiatur. *Or. 311* raptaret opes spes una manebat. *VIII 446* turpe videri, ... Paris ... teneat. *2, 113* vitium est generale ..., hoc credant.

structura mixta ex coni. et acc. c. inf.: Or. 343 (cf. etiam 482 cum nota critica) Lachesis ... censuerat regem tam turpi morte periret *(sic B, -re A). VIII 30* quae causa nocentem fecit Alexandrum raptu spoliare(t) Amyclas. *cf. 1, 570* deus imperat ambos sedibus egressos placidis dominentur ut orbi. *2, 547* ut iam remearet ... optat dominum regemque. *3, 261* Menoecea ... Statius ostendit quia ... perfudit. *sat. 307* non semel ignosci dixit lex sancta ... sed quotiens culpa est, sit totiens venia. *1, 721—4. 2, 620. et supra 2, 778.*

imperativus: passim, nota: 1, 415 nescite. *V 323 (VIII 225)* adesto (huc ades *X 94*). *X 143* para cautusque memento. *214* esto. *Or. 667* ito. *769* accipito.

infinitivus:

inf. perf. pro praes.: Mer. poet. 3 caruisse iubet. *Drac. 2, 60* libuit genuisse. *90* intrasse. *526* obisse (mori *Mer.*). *562* tempsisse. *563* temerasse. *3, 100* quaesisse. *459* portasse. *460* invenisse ... quam punire. *743* suspexisse ... satis est ... et ... adire. *sat. 234* perdere *et* repetisse. *V 95* voluisse. *VIII 201* voluisse ... et non posse tamen. *262* venisse. *611* iacuisse. *IX 57* latuisse. *75* lusisse. *160* rubuisse. *X 16* vulgasse. *600* coluisse. *Or. 903* peccasse.

inf. praes. pro perf.: sat. 32 esse.

inf. quasi subst.: Mer. pros. 2 A 14 recte factorum summus fructus est fecisse. *Christ. 23* nasci tibi non fuit uni principium finisque mori *(cf. Drac. 2, 256* nec fuit initium nasci nec finis abisse*). Drac. 1, 548* poena mori crudelis erat, sed vivere peius. *3, 278* mors est inopem simulare tyranno. *Or. 293* velle fuit commune viris et nolle duobus *(cf. 1, 367). 774* olim velle fuit: *Eug. c. 1, 14* sic 'bene velle' queam quo 'pravum posse' recedat. *15, 3* hoc solum praestat miseram tetigisse senectam, quod. *94* recta fides sensum pandit, non credere claudit. *hex. praef. metr. 17* non velle valet, sed ... iussio cogit. *Braulio epist. 2, 2* velle tuum bonum persentio, sed posse meum non ignoro.

inf. pro gen. gerundi: 1, 398 nescia mens illis, fieri quae causa fuisset.

inf. act. pro pass.: 2, 702 ut iubeas vel iuste occidere sontes *(vix* occĭdere *intellegendum). 3, 608* nisi parcere mitis iusseris afflicto. *V 247* colla sinetis carnificis truncare manu.

VII 139 cum coeperit iri. *X 178* coeperat ostendi.

inf. misceri cum aliis structuris (coni., ut, quia*) vide in capite paginae; adde 1, 432 ubi solvitur acc. c. inf. in enuntiatum finitum.*

inf. pendet a nomine: 1, 367 velle pares et nolle pares. *368* pax animi concors paribus concurrere votis. *nomini adiuncta est copula: 2, 622* libera mens hominum est peccare aut vivere sancte. *3, 129* non crudelis erat ... auferre. *Or. 279* sunt faciles dare summa dei. *951* quis temerator erit caelestia iura movere.

inf. nudus, ubi exspectas acc. c. inf. id est addita se, me *pronomina: 1, 245* conlaudant dominum meruisse creari. *IX 25* doleant ... vixisse. *2, 124* mirantur nosse *(3, 174). 2, 240* debere fatetur *(573 nom. c. inf.; VIII 594). 2, 491* superare putent *(V 51). 569* credidit ... nil iam ... mereri. *3, 480* finxit amare. *544* testatur adoptat ... vocitare. *572* satis est *me* dixisse reum. *670* spes est mihi posse mereri. *VIII 27* meruisse cibos ... exultant *(413). IX 143* non sentiet ... tenuisse. *X 316* nesciret ... meruisse. *595* paveat ... meruisse. *Or. 166* minatus ... inducere. *761* rogas ... iacere. *aliter post* putare *V 168. 191.*

inf. liberius iunctus pendet a verbis vel phrasibus his: VII 21 Mars est accensus amare. *Or. 663* spes haec accendit amicos accelerare gradus. *V 211* populatorem ... adegit sorbere. *Or. 317* ancipitem confirmat in arte manere. *VIII 124* coniurat in arma Graecia ... raptum punire Lacaenae. *IV 18* concurrere ... conpellor *(acc. c. inf. VIII 57. 554). VIII 22* contempsit scribere. *V 121* funestare ... contendis. *3, 77* dependere curant. contingit *3, 50. 366.* continuet ... manere *2, 257. 1, 60* despiciunt ... servare *(sat. 275). Or. 155* facinusque parare disponit sub corde truci. *2, 783* differt punire. *Or. 745* dici sum digna. *1, 580* data sunt ... venire *(1, 622. 2, 200). Or. 586* imus ... donare *(1, 211. 283). 3, 35* exoptat ... reddere. *X 1* fert animus vulgare. *2, 323* furit ... damnare. *3, 458* debellare ... urguet et hortatur. *3, 306* ignorat ... mutare. *3, 516* inpulit ... accurrere. *VIII 113* lambere ... insistunt. *V 303* instas orbare. *2, 314* invadunt ... iunxisse. *3, 551* parere laboret *(II 97). 1, 245* meruisse creari *(2, 378. 770. sat. 180. Eug. hex. praef. metr. 2). 2, 350* operire minatur *(Or. 165). 2, 148* audire moneret *(Or. 612). Mer. poet. 107* nec dicere mussant. *Drac. 1, 621* fuerant succedere nata. *1, 610* negat sentire *(2, 345. VIII 58). Or. 351* quaerere neglexit. *V 25* nititur truncare. *Mer. poet. 165* certare parat *(Drac. 2, 178. VIII 219. 258. 612. X 78. 520. Or. 554. 595. 643). Drac. 1, 98* peccare ... parcat. *2, 359* nec pavet invadi. *Or. 562* *peregit ... portare. *Or. 99* pergo ... reddere. *X 490* lambere ... permisit *(2, 721). VIII 82* capitolia ... petebat reddere vota Iovi, laturus sacra Minervae. *2, 74* his praestat ... manere. *Or. 656* punire precantur. *X 12* superos ... premit ... parere sibi *(cf. 2, 714). VIII 154* quaerit viduare. *Or. 20* quatiunt sanare furores. *2, 99* caelum patri servire reliquit *Christus. 1, 428* sanxitque manere *(2, 97). 1, 346* surgens auctorem laudare suum *(VII 149). Or. 322* proceres ... trahemus ... transire. *2, 558* iudicio venturus erit ... reddere mercedem cunctis *(VIII 437. 573). 1, 262 aves* vernare ... vapor urguet *(3, 458).*

inf. alternat cum acc. obiecti: 1, 421 sqq. 2, 314 sq. 3, 341 sq. V 65 sq.

nom. c. inf.: 2, 146 discipuli ... cum tanta ... fecisse legantur. *saepius cum* probari.

acc. c. inf. liberius pendet ex verbis vel phrasibus his: 3, 563 iussa dei fieri contemnimus. *IX 127* dabis occisos iuvenes ... natare. *sat. 307* non semel ignosci dixit lex sancta reatum, sed quotiens culpa est, sit totiens venia. *VIII 177* dicite pastorem ... obire *(cf. VII 79). VI 117* succedere noctem exoptant. *1, 724 deus* facit ... noverit ut vultur ... aut aquilae ... renovare iuventam. *2, 245* quae res fecerit ista dari *(2, 735. 3, 154. 170. 342. 3, 618. sat. 13. VIII 163). 2, 747* procedere solem ... imperat *(X 7. 563. Or. 46. 382). 3, 431* institit occidi *Poenos. VIII 280* nascitur invidia ... sororem ... servire. *2, 648* miratur et haeret sic uterum crevisse suum *(3, 360).* opto *v. ind. verb. IX 78* canes laniare cadaver ... paras. *2, 243* angues ... permittere nasci *(722 passive). II 16* quid petis uri. *2, 159* surgere ventos praecipis *(passive 1, 9). Or. 629* quaerentes ausa latere. *Or. 481* impune relinques ... scelerum auctores ... regna tenere. *Or. 200* exemplum ... superaddo Lacaenam ... vivere felicem. *3, 542* se

vult ... esse parentem. *559* qui vult sua vota venire.

omittitur acc. subi.: 1, 517. 3, 552. V 191. Or. 55. 709. 807. cf. infra sub particip.

de usu voculae ut *v. ind. verb.*

de quia quod *post verba sentiendi dicendi vide item ind. verb.*

ad ablativi absoluti usum cf. 2, 573 expensus obiit se mox ultore severo. *bis positus in uno enuntiato 1, 153 sq.*

nomin. absolutus: Taius epist. 4, 13 p. 289, 36. cave huc trahas Drac. 2, 634. VIII 379. IX 193. Aegr. Perd. 226.

participia:

omittitur pronomen Mer. poet. 137. Drac. 1, 679. 2, 52. Or. 878. 884. 937, at Or. 465 cuius ... precantis. *cf. etiam exempla sub 'acc. c. inf.' allegata.*

part. praes. sensu perfecti: 1, 661 moriente *(VIII 538. IX 33; non Or. 764). 2, 804* vincente deo. *sat. 155* sol ... intrans *qui intravit. Or. 353* fugientis. *703* Hectore consumpto, Troia pereunte sub armis. *cf. Rossberg, Archiv f. lat. Lex. IV, 1887, p. 49 sq.*

part. fut. pass. quasi adi. in -bilis: *1, 468* non expugnanda *esse. 2, 92* non capiendus ab isdem. *115* deum mundo venisse videndum.

part. fut. quasi praes.: Or. 187 ne moriar tecum peritura.

abl. gerundi: 1, 87. 616. 2, 506. 733. 804. sat. 149.

liberius, quasi part. praes.: 1, 95 vitium ... agat perstando. *99* perstat ... sequendo. *592* itque reditque ... repetendo. *2, 376* putabant nil reputando. *2, 466* opponant ... fatendo. *2, 587* convertit eundo. *3, 108* stabat ... non ... udando ..., non ... dilacerans. *3, 233* petit ... sequendo. *3, 284* petiere ... spernendo. *3, 364* patriae pugnando triumphum vulneribus dedit ille suis. *3, 395* gemeret reputando. *3, 685* dictura loquendo. *V 101* iugulet ... necando. *Or. 226* vibrando. *514* abscedunt ... linquendo.

supinum: Mer. pros. 2 B 12 exierat ... populatum. *Drac. VIII 547* captatum pervenit.

de verborum generibus:

de deponentibus v. p. 431.

ad passivi usum nota haec: VIII 96 abdicor. *Or. 708* credita non est. *2, 172* doletur. *3, 37* exactum *a quo exactum est. VII 93* pluitur tellus sudore. *V 27* tela pluuntur. *1, 9* natura ... praecepta creare. *Mer. poet. 122* reptatis nivibus. *pass. verb. intr.: X 366* ventum erat. *467* redeatur. *474* conventum pactumque.

verba intransitiva vi transitiva praedita: cf. in -esco *haec:* horresco, innotesco, pulcresco, putresco, tepesco. *alia:* doleo, nato, ploro, pluo, profluo, redundo, repto, resideo, sono, vagor *(de* palpito *v. s. v.).*

verba transitiva vi intransitiva usurpata: ango *Eug.,* concludo; crispo; evinco; flagello; frango; mergo; portendo; produco; rumpo; sereno; sicco; sponso; tardo; tempero; tribulo *Taius;* verto; vibro.

de usu substantivorum:

abstracta quae dicuntur pro hominibus (locos v. in ind. verb.; cf. Westhoff p. 5 sq.): affectus; amor *(passive, semel active Or. 668* servilis amor *i. servi amantes cf. VII 66. X 66);* pietas *i. q. deus vel parentes;* simplex aetas *VII 65,* mollior aetas *Or. 370.* infantia; iuventus (-ta); senectus; sexus; virginitas; posteritas; adulterium ... Egisti *Or. 619;* cognatio, coniugium *1, 365;* conubium; thalamus; barbaries; doctrina; egestas; honestas; ignorantia; impietas; nefas; paupertas; rabies; sudor; bellum *i. hostis IX 77;* Hector, culmen et urbis apex *VIII 93;* conceptus ... meos *i. me conceptum Or. 563.* culmen apostolicum *episcopus Eug. c. app. 22, 4;* defensio *i. defensor;* dolor omnibus atque inimicus factus *3, 599;* dolor est, non zelus Iason *X 424;* dominatio *i. dominus V 207;* inferna fames *Lapithae Or. 856;* famulatus *i. famuli 3, 243;* funus *i. cadaver;* furor; legatio *i. legatus vel -ti;* lis pacis *Amor VII 13;* luctus *i. defletus X 438;* tria lumina gentis *VIII 238;* sapientes, lumina cordis *Or. 911;* prolis mors *i. interfector 3, 361;* mors *saepe i. q. mortuus;* origo *i. q. avus sat. 299;* legalis origo *auctores legum Or. 892;* origo *ter i. q. proles;* planctus *i. q. defleti 3, 122. 345;* poena *i. q. punitus 3, 520;* potentia *i. q. potentes;* potestas *i. q. potentes;* praesentia; primordia nostra *Adam 2, 440;* proelia *i. proeliatores IV 37;* rapina *i. rapta VIII 544;* redemptio *i. redemptor;* regnum *i. q. rex;* [regna *i. q. subiecti IV 8? v. s. v.* regnum]; reliquiae; sepulcrum *i. q. sepultus;* tenebrae *i. q. caeci 2, 124;* spectante triumpho *IX 77, at X 202* triumphi *i. q. victi;* ultio *i. ultrix Or. 138;* zelus *v. supra* dolor. *de bestiis: 1, 282* Massyla fames *ferae; VIII 579* feritas *i. tigris; 3, 305* serpentum glacies; *3, 209* tam saevas rabies *i. leones; cf. V 311* rabies ... fulva. *cognatum: 3, 182* vestigia plantae *i. pedes. in allocutione: Eug. praef. hex. 4* clementiae vestrae. *14* vestri solii ... pietatem. *14* vestra ... gloria. *epist. 1, 3* vestra prudentia. *1, 4* vestra pietas *(saepius). 3, 2* vestrae ... dignationis. *3, 3* vestrae potestati.

de adiectivis:

pro subst.: sing.: 3, 77 proprium dependere. *99* contemnere ... perenne. *254* aeternum ... quaerat. *sat. 6* nescius alterni. *plur.: Mer. pros. 2 B 12* Romana *i. fines Romanorum. poet. 64* laetis maesta gemit. *Drac. 1, 18* bona, gaudia, tristia, saeva. *103* ab excelsis veniat vindicta. *170* donanda poetis. *294* quae saeva vocantur. *2, 108* mortalia dura subivit. *187* cura minorum. *230* diversa. *278* deserta. *292* parva putant homines ... transire. *331* peiora. *337* graviora mereri. *443* peregrina. *465* dulcia ... et amara. *469* casta et sancta. *698* alma ministrat. *738* ima levas et celsa premis, praesumpta ... adteris. *3, 12* caelestia. *21* celsior excelsis. *sat. 15* bona, tristia, prospera, prava. *20* inlicita. *28* aspera ..., prospera. *Or. 2* festiva cruenta. *655* divina. *872* adversa. *passim; nota maxime Or. 559* anxia.

adi. per figuram pro genetivo substantivorum passim, ut: 2, 724 pia turba *pro t. piorum; 725* improba rabies *pro r. impiorum; 3, 245* sors pia. *280* castra inimica. *sat. 282* noxia poena. *288* pium nomen. *290* nomen ... placidum. *II 137* fontigenis ... comis. *V 66* carnifices flammas *(cf. Or. 721). 127* civile cadaver *(cf. 275). V 271* hostiles iugulos. *VI 17* Bromius ... Hymen. *50* maritales vapores. *53* matronali ... catervae *(cf. 99. Or. 421). VIII 2* pastorale ... ausum. *IX 20* lunares ... globos. *Or. 139* triumphalis *(i. victoris)* domitor. *145* vi(c)tricia colla. *238* morte maritali *(540). 288* studiis sapienti(bu)s. *321* Argolicos ... favores. *433* maritali ... sanguine. *503* famularis amor *(cf. 668). 531* sanguinea mercede. *547* vernula turba. *662* rustica ... membra. *793* verbere corporeo. *892* legalis origo *i. auctores legum. cf. etiam 1, 377* fur ... suus *pro 'sui'.*

comparativus hic illic non legitur ante quam *v. ind. verb. sub v.* quam. *cf. etiam s. v.* festino.

comparativus debilis quasi positivus: 1, 64 rubicundior. *728* maior *(2, 635. 695. 3, 88. 420. 652).*

2, 314 plures *(317. 535). 2, 565* clementior *(700. 3, 617). 2, 642* dulcior. *658* rectius. *3, 202* spatiosior. *551* citius *(Or. 58). sat. 91* purior. *V 131* saevior *(X 177. Or. 625. 835). VII 142* mollior *(Or. 370). VIII 92* fortior Hector *(155. 624). VIII 520* longior. *534* dignior. *IX 152* tristior *(X 172). IX 224* carior. *X 325* melior *(467). 554* minorum *(i. infantum). Or. 78* ocius. *89* mitior. *137* longius. *607* crudelior *(830).*

cf. Or. 829 interius *pro 'intra'. cf. etiam* senior.

positivus pro comparativo: Or. 637 fortior Oenides, sollers Laertius heros.

superl. pro comparativo: primus *2, 607. IX 138.*

adverbium:

quasi adi.: 1, 495 fas ante. *II 152* spectator ubique.

quasi subst.: 3, 740 numquid habes, deus, 'ante' tuum vel 'post' cadit in te?

de pronominibus:

personalia: plur. pro sing. v. ind. verb. s. v. ego. tu. noster. vester. *reflexivum pro* is *v. sub* sui *et* suus. *nota: 2, 606* qui ... tu ... vides.

demonstrativa: V 181 transitus ille *pro 'illius'. v. ad Stat. silv. 1, 3, 90.*

relativa:

enuntiatum relativum praecedit: Mer. c. 4, 32. Drac. 1, 155. 2, 289. 385. 475. 792. sat. 83. X 536.

pron. rel. (vel interrogat.) remotum ab initio sui enuntiati in locum secundum passim (cf. Westhoff p. 39); in tertium: Mer. poet. 117. Drac. 1, 503. 2, 119. 297. 507. Or. 87. 175. 662. IV 44. V 327; in quartum: 1, 385. 488. 2, 45. 118. 3, 4. sat. 3. I 10. IX 22. 66. Or. 275. 383. 901; in quintum: 1, 709. 723. IV 13. V 209. atque adeo in sextum: 2, 473. V 40. Or. 195.

complura relativa pendent ab uno nomine ex. gr. 1, 225 sq. sat. 209 sq. Or. 374 sq. 867 sq. saepe tamen in membro posteriore pro relativo subditur demonstrativum vel nomen: 1, 131 quem non obscurant ... nec celantur ei. *1, 567* penes quem ... ac ... deum. *1, 688* qui ... et una manus. *1, 740* qui ... deus. *3, 309* quos ... ibi. *3, 537* qui ... hunc. *3, 656* qui ... mea lingua. *sat. 104* cuius ... et ... inclinas. *X 124* quem ... et ... Amori. *cf. 3, 620. Or. 915.*

licenter iuncta: 2, 47 nec caeli secreta vacant quae spiritus auctor non habeat. *2, 741* solus enim dominus dominum qui non habet extat vel cui cuncta părent *ubi flagitas coniunctivum.*

relativum pandit enuntiatum primarium passim, velut 1, 157. II 62. 142. 148. Or. 291. 383. 562. 612. 652. 850. 868. 885. 906. 910.

pronomen indefinitum: in altero membro eius vice ponitur pronomen brevius: 3, 90 quidquid dedit et cui confert. *qui usus latius patet: Verg. catal. 4, 1* quocunque ... quas ... quosque. *Ciris 89* quidquid et ut *(i. utut)* quisque est tali de clade locutus. *Gratt. 451* quisquis ... fregit, quis *(sic)* ... ausus.

negatio geminata: v. s. v. nec *in fine.*

praepositio iuncta cum enuntiato relativo: 1, 374 demere particulam de quod (de quo *Eug.*) pius ipse pararat. *item* de *2, 186,* cum *1, 402* (et *Eug.*).

postpositae: propter sine, super, usque.

breviter dicta v. s. ad, ante, post.

alteri membro addita: 1, 506 promittit saxis et non de pulvere gemmas. *X 598 sq.*

particulae postpositae: secundo loco multae (Westhoff p. 40), tertio cum, dum, et, licet, nam, ne, postquam, quod, quia, sed, si, ubi; *quarto* cum, quippe, quod, si; *quinto* dum, et, licet, si, ubi *(V 32); sexto et septimo* si.

de enuntiatorum ordine turbato: 1, 404 his 'crescite' dixit et 'replete solum' omnipotens 'de semine vestro ... natis'. *sat. 270* ut sit, adoptavit, faucibus esca lepus. *123* puniat ut sit quod Christus. *sententia primaria interponitur variis secundariis: 1, 352 sqq. 2, 262 sqq. (cf. et 1, 442). sat. 184 sq. 209 sq.*

ellipsis verbi substantivi (cf. Leo, Sen. I p. 185 sqq.):

in enuntiato libero (de participio praes. nudo v. p. 432): 1, 321 Persica nobilitas *sunt* litora *(mutavit Eug.). 1, 396 erat. 398 erat. 455* constructus *est. 477* ausum *est. 556 est. 559 est. 743* vexata *est. 2, 104* dictus *est. 754* litandum *est. 806* iussa *sunt. 3, 340* hoc scelus admissum *est? 412* visus *est. 448* victa *est. II 107 erit. IV 22 erat, erant. V 1 est. 116 est. 139 sq. est. 215* missus *est. VI 83 est. VIII 162 est. VIII 241* sic fatus *est* et ... iubet. *245* nec mora *est. 340 est. 379* sic fatus *est. 402* creati *sunt. 416 est. X 81* sic orsa *est. X 96* sic fatus *est.* at ille *(219. 255). X 144* sic fata *est. 251 sum, sunt. Or. 269* consumptus *est. 513 est. Or. 677* iamque iter emensum *est. 871* expulsus *est.*

in structura acc. c. inf. om. esse *(v. etiam p. 432 sub part. praes.): Mer. c. 1, 12. 16. Drac. 1, 77* visas *esse. 1, 225. 447. 468. X 277* populatum *esse. Or. 70. 100* extinctam. *132. 310* defossas. *312* captas. *691* ultam. *709* locutam. *807* raptam. *cf. VIII 390. X 354. 384.*

in sententia relativa vel interrogativa: 2, 171 quae facta *est. 3, 260* qui[d] ... ausi *sunt. II 145* in quo raptus *erat. IV 10* quia nullus honor *est. V 60* qui ... ausus *est. VII 15* quod amoriferum *esset. VIII 69* quo sanguine cretus *sit. 503* qua stirpe creatus *sit,* indicet *(cf. 1, 712?). Or. 555* stupet ..., quae tanta potentia *fuerit* ... monuisse. *695* postquam introgressu⟨s⟩ *est. (cf. nota).*

ellipsis verbi dicendi saepius: ex. gr. X 248. verbi agendi V 143 tu, victor, inique, qui ... probas. *X 637* sic solet umbra ... sequi *eqs* ...: sic quoque Polites.

λεξικά:

deminutiva rariora: arula *Eug.,* catula (-us) *Eug.,* concula, facula, fessulus, flabellum, flosculus, formula, misellus *Eug.,* modiculus *Eug.,* muliercula, pagella *Taius,* paginola *Braulio,* pisciculus *Eug.,* porcellus *Eug.,* pusillus, ramunculus *Taius,* rancidulus *Eug.,* rivulus, rosula, scaphula *Taius,* scientiola *Eug.,* sensulus *Eug.,* servulus *Eug.,* sordidulus *Eug.,* tantillus *Eug.,* turgidulus, venula *Eug.,* vernulus, versiculus *Eug.,* vulpecula *Eug. per syncopen formata:* circla, pericla, saecla, vincla.

nomina rariora in -mentum: blandimentum *Eug.,* crementum, detrimentum, incrementum, fomentum *Eug.,* fragmentum, fundamentum, indumentum, nutrimentum, ornamentum, pigmentum, pulmentum *Eug.,* sarmentum, testamentum, tormentum, vestimentum *Mer.*

in -tor, -trix: aestimator *Mer.,* altor, assertor, bellator, circumscriptor, consolator, cunctator, deceptrix *Eug.,* dominator, editor, emptor, eversor, exactor, factor, grassator, *haustor, imitator, indultor, insessor *Mer.,* interfectrix, inventor, iugulatrix, lator, laudator, lautor *Eug.,* moderator, narrator, nutritor, nutrix, oppressor, orbatrix, patrator *Eug.,* percussor, populator, praecessor *Braulio,* praecursor *Eug. app.,* praemiatrix *Mer.,* praesumptor *Braulio,* praeventor, precator *Eug.,* proditor, productor, promissor, quaesitor, raptor, rector, regnator, relatrix, reparator, repertor, rigator, sator, scrutator, sertor, servator, sessor, spectator, successor, temptator, tortor,

transgressor, triumphator, venditor, viator, victor, ultor.

in -tus (-sus): ademptus *(?)*, adoratus, aggestus *Eug.*, ducatus *Braulio*, famulatus, iactus, natatus, parentatus *Eug.*, primatus *Eug.*, procinctus *Mer.*, profectus *Eug.*, proventus, raptus, receptus *Mer.*, recessus, rugitus *Eug.*, semilatratus *Eug.*, situs *Mer.*, tractus, vagitus *Mer.*, vicariatus *Braulio*, visus, volatus.

fem. in -tas: modicitas *Braulio*, proceritas *Taius*, prolixitas *Taius*, proximitas *Mer.*, rusticitas, sanctitas *Braulio*, serenitas *Eug.*, severitas *Mer.*, sobrietas, tenacitas *Taius*, tenuitas *Eug.*

in -tura (-sura): factura, fetura, iactura, mensura, scriptura, textura, tractura, usura.

adiectiva (subst.) in -alis: aequalis, amphitheatralis, australis, carnalis, coruscalis, decennalis, dextralis *Eug.*, diademalis, divalis *Eug.*, exitialis, fatalis *Mer. Eug.*, *fluvialis, furialis, generalis, genialis, genitalis, glacialis, iugalis, iuvenalis, Latialis, larvalis, legalis, maritalis, matronalis, medicinalis, Minervalis, mortalis, navalis, novercalis, pastoralis, perpetualiter *Eug.*, pluvialis, poenalis, pontificalis *Eug.*, regalis, rogalis, sepulcralis *Eug.*, specialis, sponsalis, triumphalis, venialis, vernalis, vitalis. famularis, lunaris, salutaris, singulariter *Braulio*.

in -ilis: altilis *Eug.*, cursilis *Eug.*, dapsilis, fragilis, labilis *Eug.*

in -ĭlis: civilis, iuvenilis, matronilis, servilis.

in -bilis: flebilis, formidabilis, inaestimabilis *Taius*, lamentabilis, maculabilis, medicabilis, mirabilis, miserabilis, mutabilis, passibilis, plectibilis, revocabilis, satiabilis, terribilis, visibilis, volubilis.

in -undus: furibundus, moribundus, natabundus, pudibundus, rubicundus, sitibundus *Eug.*, vagabundus *Eug.*

in -ax: edax, fallax, ferax, fugax, furax *Eug.*, loquax, mendax, minax, mordax, nugax *Eug.*, pugnax *Mer.*, rapax, sagax, sequax, tenax, verax, vivax, vorax, (urax*?*).

in -fer: aestifer *Eug.*, amorifer, astrifer, ensifer, glandifer *Eug.*, ignifer *Eug. app.*, imbrifer, letifer, lucifer, luctifer, mortifer, odorifer, palmifer, pestifer *Eug.*, salutifer, signifer, uvifer.

in -ger: aliger, astriger, belliger, corniger, flammiger, laniger, naviger, pinniger, planctiger, plectriger, plumiger *Eug.*, saetiger *Eug.*, salutiger *Eug.*, somniger, stelliger, triumphiger.

in -osus: formosus, frontosus *Eug. app.*, fructuosus *Eug.*, ponderosus *i. q. herniosus Eug.*, probrosus *Eug.*, saetosus *Eug.*, squamosus, sucosus, virosus *Eug.*, undosus.

singularia: acorus *Eug.*, catulaster, inlaesurus, inpullatus, philomelaicus *Eug.*, scaenaeus, semus *Eug.*

composita: altithronus *Eug.*; altitonans *Eug.*; ambigenus *Eug.*, fontigena, terrigena; armipotens, bellipotens, cunctipotens *Eug.*, flammipotens, omnipotens; armisonus, bellisonus, dulcisonus *Eug.*; frondisonus *Eug.*, undisonus; biblatteus *Eug.*; blandifluus, dulcifluus, longifluus *Eug.*, lucifluus, mellifluus, mollifluus, putrifluus *Eug.*, soporifluus *Eug.*, splendifluus *Eug.*, undifluus; candificus *Eug.*, luctificus, pacificus, saxificus, tristificus *Eug.*; cornipedus, sonipes *Eug.*; cunctiparens, omniparens; doctiloquax; elinguis; fatidicus; ferricolor; fluctivagus, undivagus; malisuadus *Eug.*; multifidus *Eug.*; multimodus *Taius*; nimbivomus *Eug.*; omnituus; omnivorax *Eug.*; pinnivolus *Eug. app.*, velivolus; semiplenus *Eug.*

verba rariora in -are: adlampadare *Eug.*, anxiare *Eug.*, blaterare *Eug.*, capulare, coadunare *Taius*, debacchare *Eug.*, delimare, ebriare, epulare, excantare, foetidare *Eug.*, incantitare *Eug.*, inpulsare *(?)*, madidare *Eug.*, mellificare, tristificare *Eug.*, minitare *Eug.*, munificare *Eug. app.*, nivare, obuncare *Eug.*, plagare, praegnare, raccare *Eug.*, recrepare *Eug.*, retentare *Eug.*, scriptitare *Eug.*, sordidare *Cato*, sponsare, subarundinare, teporare *Eug.*, terebrare *Eug.*, territare *Eug.* discipulari.

adverbia a participiis: dominanter, egenter, famulanter, fidenter *Eug.*, incessanter, insidianter, moderanter, tonanter, trementer, veneranter.

rhetorica quaedam:

abundantia sermonis:

in substantivis amplificandis: *1, 695* animorum corda. *VIII 507* dictorum verbis. *Or. 380* muneribus ... opum. *3, 265* consanguineos ... propinquos. *VIII 365* colloquium commune. *X 104* senio ... vetusto. *Or. 805* somnigerum ... soporem. *915* primaevi temporis. *X 468* fluvio ... et undis. *V 58* inimicus et hostis. *sat. 118* pectore mente. *VIII 93* culmen ... apex. *430* fretis et fluctibus. *Or. 451* rogus et pyra. *461* voces et verba *(cf. Aegr. Perd. 67. 124)*. *473* lacrimas fletusque. *3, 22* virtutum virtus. *Or. 25* ductorum ductor, regum rex *(cf. nota)*.

in adiectivis: *2, 244* tantum ... una *(3, 281)*. *Or. 215* tantum ... sola. *2, 356* tantum contenta *(X 206. Or. 130)*. *2, 683* una semel *(717)*. *3, 716* ante tamen quam ... iam prior. *VII 53* prior ante. *sat. 281* sontes peccantes. *V 142* peregrinus et advena. *V 218* exul et extorris. *X 238* impia turpis. *Or. 193* brevis est et parvus. *414* nescius atque rudis. *704* furens irata. *710* violentus atrox *(V 268)*.

in adverbiis sim.: *Mer. c. 1, 19* vix modo. *Drac. II 152* ubique ... per cuncta. *Or. 146* licet et. *Or. 781* iterum de more. *873* ingeminans ... saepe vocavit.

in verbis: *1, 41* praemonet ante *(89)*. *1, 113* reditura secundo *(2, 202* r. iterum; *X 355* iterumque reverti*)*. *528* clam ... fallunt. *2, 122* iterum revocare. *161* rursus reprimis ... recidentibus. *168* rursus aquae reduces repetunt loca prisca. *sat. 184* saepe solens *(VIII 577)*. *1, 558* recidiva ... resurgit *(V 115)*. *2, 419* adussit ... cremans. *2, 659* petiere rogantes. *3, 66* poscitque rogans. *653* cecidi ... lapsus. *3, 685* dictura loquendo. *II 101* adfata ... ait. *VIII 426* sublata ... tollitur. *VIII 609* laetata gaudens. *X 308* conqueritur deflenda gemens. *Or. 236* celatus ... latet. *670* abscedens ... praecessit. *682* reddidit ... refundens. *Eug. c. 23, 3* recubans ... quiescit. *35, 9* dilexit amatum. *Mer. c. 1, 13* nitidae candentia Lunae sidera. *Drac. 2, 668* attestante deo caelesti voce vocatur. *3, 416* praedam repetisse secundam. *3, 736* cuntare ... per carmina. *742* narrare ... sermone. *sat. 40* voce tacente silens. *VII 101* tacet omne melos retinens (-cens trad.) sub voce silenti. *VIII 606* lugeret corde dolenti. *Or. 180* verbis ... loquens. *Eug. hex. praef. metr. 8* deposce precatu. *sat. 118* pectore mente rogans, voce manuque petens. *192* ut praestet ... dans conferat atque. *Or. 183* iubeoque rogoque ... monens.

accumulationes:

substantivorum: *1, 5* quinque plagae septemque poli sol luna triones sidera signa noti nix imber grando pruinae fulmina nimbus hiems tonitrus lux flamma procellae caelum terra iubar chaos axis flumina pontus vel quidquid natura dedit. *similia: 1, 13 sqq. 18. 52 (anaphora in* quid*). 120 (anaphora in* lux*). 333 (anaphora in* non*). 434. 527. 2, 2. 42 (= Or. 558). 71. 75.*

105. 215. 222. 227. 237. 339. 401. 425. 438 sq. 523. sat. 3 (dirupta pronomine relativo). I 2. V 35. 41. VIII 286. 325. 407. X 105. 111. 129. 139. 266. 317. 405. 411. 570. Or. 1—12. 559. 775. 836.

verborum vel sententiarum: 1, 218 sqq. 264. 408 (anaphora in dum*). 573 (anaphora in* quod*). 601. 2, 208 (anaphora in* te*). 574. 813 (anaphora in* quid*). 3, 543. 598. 664 sqq. II 119. VIII 58 (anaphora relativi). 127 (anaphora in* iam*). 175. 381. X 142. 162. 223. Or. 17 sqq. 965 (anaphora in* vos*).*

adiectivorum: 1, 384. 2, 63. 514. V 173. VII 12. 14. VII 72. X 52. Or. 523. 611.

in his adamata figura est anaphora*, quorum exempla aliquot adnotavi supra; alia notabilia (cf. Westhoff p. 41): 1, 52 sqq.* quid *repetitur octies, 1, 119 sq.* lux *vicies (cf. et Mer. poet. 189), 1, 295* semper *sexies, 3, 722 sqq.* sit *septies, 745 sqq.* sit *octies. sat. 251—262* tempora *quater decies. VIII 40 sqq.* damnatur *sexies. V 104* servare pios, servare modestos. *X 3* servire reae, servire puellae. *cf. etiam Mer. c. 4, 5* omnes nunc Latiae favete Musae, omnes nunc Latiae virete silvae. *Drac. 1, 299* pro tempore temperat ignes ..., pro tempore temperat undas. *1, 357* quae sint haec cuncta requirit vel quare secum non sint haec cuncta volutat. *2, 142* copia panis abest et copia panis abundat. *IX 48* femina bella dedit, sed femina bella negaret. *crebra anaphora praepositionum: V 43* cum cive malo, cum cive cruento. *76* de clade viri, de morte mariti *(VIII 7). V 65* per membra, per artus. *243* per templa Iovis, per templa Minervae. *Or. 471* post. *1, 12* pro *(1, 299). VI 54* sub *(Or. 937; cf. et sat. 131?). passim.*

frequens in his asyndeton *cf. Westhoff p. 28 sq. (diruptum pronomine sat. 3 cf. et II 121) vel in bimembribus: 1, 51. 400. 403. 582. 2, 520. 571. 3, 624. 714. sat. 118. II 144. V 65. 86 sq. 268 (Or. 213. 710). VIII 232 sq. 335. IX 201. X 74. 77. Or. 550. 658. 679. 704. 711. tamen saepe etiam variatur: ex. gr. Mer. pros. 2 B 15* ubi qualiter quantosve. *Drac. 1, 69* prorumpit ... et discit ..., ... audet. *420* putat ... solanturque ..., ... notant. *3, 569* si ..., ..., aut. *651 in quarto membro* que. *sat. 51* respiciat restituatque ..., servet. *2, 75* homines pisces armenta volucres et pecus atque ferae, quidquid natura creavit. *2, 215* et *in sexto membro. 227* caelo tellure fretis atque aere toto, ignibus ... et lumine. *II 112 sq. V 237. 319. VIII 407. 646. IX 170. X 458 sqq. 559 sq. Or. 679. similia passim. polysyndeta ex. gr. 1, 652. 2, 301. 392 sq. 395. 403. 404. 746 passim.*

asyndeton in oppositione: Mer. pros. 2 B 13 non expectavi ..., quaesivi statim. *cf. poet. 155. Drac. 1, 316* plurima coniunxit, sed caespite; mente diremit. *2, 35. 301. 303. 331. 352. 712. 768. 3, 110. 163. 406. Or. 827* (magis) *et passim.*

anaphorae cognatae sunt iuncturae repetitis vocabulis coartatae ut: 1, 23 chaos igne resolvens igne creata fovet. *2, 818* agmina ... agmina. *sat. 195* ut vox vera sonat 'dominus', sic vera 'pius' sit. *205 sq. 239* Cynthia dum crescit, fontes ... crescunt, haec eadem minuunt, Cynthia dum minuit. *241 sq. 246 sq. 251. 303. VI 118—120* celebrant ... celebrent. *IX 62 sq.* dotata. *Mer. Christ. 6 et passim. verbum repetitum interdum mutato accentu variatur: 1, 184* fructus inest anní, cum tempora nesciat ánni. *1, 269* unda creat volucrés, producit flamma volúcres. *1, 284* ómne genús ... genus ómne.

item epanalempses, quales: Mer. c. 4, 15 coniunx, coniunx. *pros. 1 A 21* alacrit(ati ac la)bori, labori ac potestati. *Drac. 1, 19* arce ..., arce, ubi. *VII 78* fit medicina furor, furor et vox terrara Martis. *VIII 57* fata, impia fata. *Or. 756. in apodosi: VI 35. Or. 850.*

ordo ἀπὸ κοινοῦ (exempla non perscribo nisi impeditiora): Mer. c. 1, 9 orbem. *2, 14* dominos ... continuat proprios dum creat aula novos. *pros. 2 A 18* exercemus. *poet. 98* non proelia mandet, sed gerat *(Sidon.* non mandet, sed bella gerat*). 141. Christ. 2* lucisque repertor ante tua(m) *lucem. 29. Drac. 1, 97. 211* cuius ab igne suo *igni* lunam iubet ire secundam. *258* decantat ..., cum ... volat ... ales. *279* timuit. *327* portio. *456. 507* scit, quibus inmittat mordaces fluctibus hamos, retibus aut *quibus fluctibus* pisces fallat. *596. 2, 28. 301* civile *supple 'certamen'. 303* temptatur *nefas. 457* famam scaenaei verax *aries* arietis haberet. *525* fuit. *585* quisquam. *589* cordibus. *604* futura. *696* tua dextra. *775. 818* agmina condemnant *mores* et mores agmina purgant. *3, 28. 110* non dat pectoribus *exitium pietas*, pietas secura minatur exitium. *115* vota. *254* aeternum *tempus. 274* accipit *responsa. 277* negant *mortem. 316. 548* iubes *fieri. 560* vota. *594* tua *bis. 612* tolerare *flagellum. 687* lucida *tempora. sat. 12* iubes *dirigi. 151* principis augusti *regnum* simile est ad regna polorum. *204* comes *dicit. 246* dant *elementa* quae elementa ferunt. *II 92* cauta *turba. IV 6* ortu *anheli sideris. X 434* infernum *regem. 481. Or. 35* uxoris *scelerum. 554* dum narrare parat, sua somnia noscit ab ipso. *677* nosse *hoc. mens. 22* capit *terra. zeugma est: Braulio epist. 2, 2* quod mihi nequeat impedire et *(possit)* peritiam ... ostendere.

affines verborum collocationes liberiores: dispersa in varia cola substantivum et attributum Mer. c. 4, 12 laxet pectora ... ductor ... lacteamque prolem ferus ambiat. *Drac. 3, 451* hostis sua iure triumpho subducens et colla iugo. *698* palpebra tegunt lucis nudantque fenestras. *IV 36* saevos gladius mihi suggerit hostes, non rapit ecce meus (-os *trad.*). *VIII 507* sed, pastor ... ut sensit ..., incipit Iliacus. *V 254* cum plebs arderet in ira, montis Aventini tenuit Romana cacumen. *VIII 292* si pudor Iliacis aut mentibus esset honestas. *X 82* me Venerem, me, Iuno, decet me, blanda noverca. *X 89* 'hic aliger' inquit, 'hic latet Idalius'. *X 124* quem ... illa volantem occupat et crines componit mater Amori. *X 276* amoriferum Scythicam fixisse ... et volucrem puerum populatum *esse* templa. *Eug. c. 4, 7* pax fessis requies, pax denique certa laboris, *partitio fallax, cf. Drac. X 89. Eug. c. 21, 5* nomine baptistam referens et mente Iohannem. *alia audacia: Mer. pros. 1 B 16* multum dicturo obest, *ubi* multum *iungendum cum* obest. *Drac. 3, 335* in sobolis vertit pia colla secures. *VIII 93* Hector, culmen et urbis apex. *IX 27* tumulos aut ossibus urnas dedignant animae. *X 154* feras, cervos et figere dammas. *Or. 767* ad patris veniens dat verba sepulcrum. *mens. 20* rusticitasque decet gaudens plus sordida musto. *Eug. c. 3, 3* olim complacet horrens. *cf. etiam supra de enuntiatorum ordine p. 438.*

chiasmi exempla aliqua (cf. Westhoff p. 42): Mer. c. 4, 17 heroum suboles, propago regum. *Drac. 1, 255* folium ramis et floribus herbas evomit. *269. 2, 749. 751. sat. 15* bona, tristia prospera, prava. *dupliciter: I 7. V 178 sq. 301 sq. cf. Or. 17. sententiarum: 1, 298 sqq. sat. 239 sq.*

enallage: 2, 233 membrorum de parte sua *pro 'suorum'. 3, 517* veniens *(pro 'venientis')* aut terror Iarbae. *IX 42* dispersa comis *virgo. Or.*

29 Troica germina matrum. *159* gaudia vultibus aptans *(quasi 'vultus gaudiis')*.

oxymoron: Mer. c. 4, 34 distulit adtulitque. *Drac. 1, 261* molli durescunt . . . tepore. *646* nocturnos . . . dies *caeci*. *648* funera viva *(3, 516)* . . . vivax in morte cadaver *(3, 409. V 280. Or. 909)* ac sine morte tamen vitali in morte perempta. *674* famulus super astra. *2, 124* ignotum . . . nosse. *134* insolitis solitus. *195* concordi lite. *3, 4* sideris innumeri numerus. *43* bene divus egenus. *80* gemens plaudit. *107* pius inmitis. *114* displicuit placuitque simul. *173* frigidus ignis . . . gelidis . . . flammis. *203* clausa patensque simul. *293* crimine sancto. *446* intoleranda . . . toleravit. *sat. 274* feritate pia *(VIII 361)*. *V 257* impietate pius *(Or. 8; cf. 444)*. *VII 13* lis pacis tacitusque loquax . . . nudus et armatus, ferus et pius, improbus insons. *VIII 121* pietas crudelis. *413* potare cibos atque edere potus. *499* pallente rubore *(cf. X 229)*. *X 18* mu[l]ta loqui *(cf. VII 139. Or. 612)*. *Or. 1* gaudia maesta. *2* festiva cruenta. *7* memorem oblitumque. *8* *reprobae probitatis. *9* iniustos, sed iure, deos. *10* insontemque reum. *12* fraude pia. *15* nefas laudabile. *84* doluit gavisus. *alia multa*.

lusus verborum varii: Mer. c. 2, 8 gemma vehit laticem quae fuit ante latex. *4, 40* proles Martia Martios penates *vidit*. *poet. 63* huius luctus erat quod sit sine lucti(bus orbis). *140* nomine natum nuncupat. *160* nobile non animis, sed non ignobile (factis) vulgus. *Christ. 9* ipse opifex, opus ipse tui. *Drac. 1, 176. 183. 277* terribiles producit terra leones. *299* pro tempore temperat. *589* deflorat fructus et decutit arbore flores *(cf. tamen nota critica)*. *606* nec tamen intereunt pereuntia. *2, 9. 44* quem cuncta gerunt, quo cuncta reguntur. *240* reputans *de reptanti*. *661* illa virum meruit . . . , hic visum. *3, 1* luminis aeterni lumen, lux, lucis origo. *21* celsior excelsis. *22* virtutum virtus dulcedine dulcior omni. *33* usura . . . edax. *105* ferus . . . feriturus. *237* imitatorem sed non imitabilis ignis. *238* fulmina mentitum percussum fulmine vero. *3, 341* amor . . . fecit amarum. *3, 357* virginei . . . funeris *de Verginia*. *3, 397* flammipotens, cum temneret ignes. *499* sibi socrus erat. *701* supercilium . . . superinminet orbi. *sat. 124* quo vigilante viges. *140* fuerit . . . furit. *VII 43* stricto . . . marito *(lusus obscaenus ut in epithalamio)*. *VIII 213* regno non impar erat *Paris*. *508* sensit . . . sensus. *IX 133* ignoscere . . . ignorant. *X 306* strix . . . sonat rostro stridente. *cf. Or. 22—24*. *Mer. pros. 2 B 16 originatio montis Colubrarii*. *vertitur quasi Drac. X 127* Pyrois, mens ignea mundi.

formulae tritae: Mer. c. 1, 15 dicas. *Drac. 2, 182* et, ne plura loquar *(Or. 512)*. *2, 113* addo quod *(232)*. *2, 226* illud praetereo . . . quod. *2, 268* quid quod *(312. 726)*. *3, 362* quid . . . ? *(407. 419. 2, 254. 274. 472)*. *ut pergatur interrogatur varie etiam 1, 52. 441. 531. 2, 487. 3, 340. 501* quis neget et. *507. passim. humilia etiam talia qualia* apte, nam; et merito, quia; et bene. *molestissima transitio 2, 684 sq. obiectiones: 2, 466* forsitan opponant. *3, 150* subiciat quisquam *similia; interpellat ipse adversarius 1, 48. 50. 2, 98. 275*.

parentheta: Mer. pros. 2 B 17. Drac. 1, 308 sq. 375 sq. 542 sq. 552 (an 713?). 750 sq. 2, 300 nefas. *306. 320. 401—4. 3, 131. 133. 194—7. 271. 394 sq. 498—9. 630—1. 670. sat. 123—48. 176. 253. I 4—11. II 43* parva loquor. *52* adverte. *54* pudet ore referre. *153—6. III 13. IV 14. V 77—9. VI 25—9. VII 11—14. 78—9. 93. 113 sq. VIII 50. 100 sq. 110. 289. 356. 361 sq. 466. 603—6. IX 45. X 27. 108—9. 141. 159. 168—9. 209. 387. 405—7. 410—4. 425 sq. 441—2. 549 sq. Or. 19. 50—1. 69* gaudeo, da veniam. *119. 144. 150* mihi credite. *221. 289 sq. 308. 469 sq. 488—90. 502. 516—9* quippe. *533* non fama *est?* *562* perpendo diu. *588* ah scelus indignum. *618. 633—7. 706. 737* vides. *771* utinam non. *814. 868 sq*.

anacolutha: Mer. pros. 2 B 12. Drac. 2, 15. 28. 100. 696 tu . . . tua dextra. *sat. 152* pagina . . . cinctus. *Or. 603 cf. structuras mixtas sub coni. p. 436 et sub inf. p. 436*.

proverbia vel proverbialiter dicta: v. canis. columba. lactuca. *sat. 114* iudiciumque dei regia verba ferunt. turtur. velum. urceus. *3, 367* nemo suas stravit post bella cohortes. *cf. maxime Eug. c. 82—89, app. 35 sqq. aenigma Eug. c. 58*.

allegationes: Vergili: VIII 199 'imperium sine fine' dabit. *Stati: 3, 262* Statius ostendit. *Iuvenalis: 3, 86* sententia prisca est 'summum crede nefas animam praeferre pudori'. *Titi: sat. 183 sqq. M. Aureli: sat. 189 sq. Genserici: sat. 301. cf. de Homero et Vergilio dicta VIII 12—29. bibliorum: 1, 520* testante deo. *2, 584* dei . . . verba. *sat. 17* tua verba . . . Moseo dicta prophetae. *152* ut canit ad populos pagina sancta dei. *309* pia verba prophetae. *cf. 1, 360. 404*.

ipsum praeceptum rhetorices: 3, 738 formula laudis temporibus tribus ire solet; *cf. nota. controversia: carm. V. deliberativa: carm. IX. describuntur iudicia: VIII 31 sqq. Or. 890 sqq*.

notabilia varia:

errores: v. Creon; Scipio *nota ad V 214*; Commodus. Mycenae *(cf. Thebae Plautinae)*.

singularia in rebus mythicis (cf. Barwinski, quaestiones ad Drac. . . . pertinentes II, progr. gymn. Deutsch-Krone 1888): Achilles proles Gaeae IX 229; Agamemno pugnans cum Penthesilea Or. 345; Aiax Telamonius filius Hesiones (Homer. lat. 624. Dares 19 p. 25, 3 Meister); Amor Furiarum amator (II 120. X 460); Antenor legatus qui Hesionen reduceret VIII 240. 260 sqq. (cf. Dares 5); Dorylas nutritor Orestis; Erictho quasi Enyo; Helena rapta Cypro (VIII 427 sqq.; Cythera: Dares 10); Lycastus Amazonis amor; Paris crepundiis agnitus VIII 70. 102 (cf. Nero Troica apud Serv. Aen. 5, 370); Polles et Ganymedes auctores artis augurum; Troili gloria (cf. Dares). Agamemno Tauros pulsus ibi Iphigeniam invenit (Or. 45—107), Clytaemestra in litore expectat maritum (cf. Serv. Aen. 11, 267), Orestes et Pylades Athenis bonas artes discunt; Molossus Orestem apud senes Athenienses in templo Minervae sedentes in ius vocat de caede Neoptolemi et Clytaemestrae.

christiana in Romuleis: VII 132 (cf. sat. 49. 109). IX 116. Or. 146. 357. 496. 949.

de re metrica:

de synaloepha: absumuntur vocales breves et syllabae in -m *exeuntes raro apud Mer. (11 ies* que, *nusquam tamen in 46 hendecasyllabis; praeterea poet. 17* Gallia et, *27* hostem exutus, *137* librantem et, *164* ergo immite, *178* letum errantia, *185* -tam en, *Christ. 9* ipse opifex*), passim apud Dracontium; nota clausulas: 1, 26* pascentia anheli, *2, 474* culpa aliena, *3, 24* edite ab ullo, *II 49* munere in isto. *VI 51* corpore in uno. *raro apud Eug.:* que (atque) *hex. praef. 5, monost. 4, c. praef. 6. 3, 3, alia c. 6, 7 (8, 39). 28, 5. 32, 4. 38, 1. 53, 2. 99, 2*.

vocales longae nullae apud Mer.; hae apud Drac.: 1, 231 cum luna et. *649* vitali in. *2, 262* cauda et. *493* caelesti occurrere. *(527* poenae intremuere?*)*. *702* iuste occidere. *3, 84* vitae animaeque. *190* ieiuno utroque. *258* regno alieno *(clausula)*. *260* ausi omnes *(Verg.)*. *328* castae ingessit. *610* punisti errantem. *sat. 209* sub-

iecto et. *V 245* uno agmine. *VI 43* quanto ego. *VII 26* festivo in. *IX 110* puerili in. *179* generoso in. *X 284* venatu interea. *Or. 373* vidi ego *(antiquum exemplum). 577* matri ut. *790* extrema in. *sat. 51* avi ut. *X 4* poli et. *2, 153* dissimili infundens. *275* plectibili at. *491* tenui igne. *3, 676* repara adflictum. *sat. 16* fieri admittunt. *218* pueri aut. *301* homini ignosco. *V 110* populi Aeneadum. *VII 134* domino ignoscente. *praeterea absorbentur monosyllaba haec:* me *3, 626 (VIII 133?) X 207. 453. Or. 572;* mi *sat. 265;* te *2, 211. IV 18. VIII 462. Or. 746;* se *1, 267;* qui *3, 79. 112. 343. sat. 8. 38. 121. 150. V 30. IX 74. Or. 389;* quae *1, 488. 3, 717. sat. 246. Or. 38;* si *(1, 375?). 2, 760. sat. 283. X 546. Or. 926;* ne *3, 252. 431. apud Eug.: 8, 9* Tobi et Iudith. *8, 42* studio in.

hiatus: nullus in versibus Merobaudis; Drac.: 1, 431 praeter sĕ ubique *(sic B et Eug.). X 426* cŭm Ĭasone *(nisi maluit* i *pinguescere). 2, 60* deŭm ‖ ante *(adest solus B). X 173* gelu ‖ et *corruptum. [I 1* vatem ⟨r⟩enarrant *correctum]. VI 103* enim ‖ et *versus non plenus. reliqua exempla sunt ante* h*: 3, 205* hinc ... ferro, ‖ hinc. *X 327* virum.' ‖ haec. *X 565* rotae ‖ hinc inde. *Or. 216* meo: ‖ haec. *289* regem, ‖ haec. *894* oblitum, ‖ humani. *947* deūm ‖ homini.

Eug. hex. 269 quo apta. *c 5, 18* quaé amásti *(in quadrato). 12, 2* afflictí ‖ húc. *70, 9* pro tibi ut nostro *in artificio. sat. 86* quando habet (quando habeat *Drac.*). *c. app. 24, 6* Antonií ‖ átque.

de synizesi: Mer. c. 1, 15 Pĕlei (peli *cod.*). *Drac. 3, 261* Menoecea Creontis. *2, 670* eadem *disyllabum (2, 809. sat. 161),* eodem *sat. 181.*

nota u *vocalem: 1, 490* sŭada. *3, 458* sŭevit *(cf. 630. 735). V 34* Sŭevus; *at IX 161* svadente.

Eug. c. 20, 48 cónsŭéta.

de correpta vel producta o *finali cf. Barwinski, Progr. Deutsch-Krone 1889—90 p. 7 sq.*

producitur brevis syllaba:

vocalis finalis in arsi ante initia vocabulorum a duabus consonis (potest, non debet etiam ante br, pr, tr, fr, cr, gr, pl, fl, cl, gl*) incipientia: 1, 137* ope ‖ clarescere, *140* aqua ‖ glomeratis, *145* aqua ‖ glaciemve. *217* officia stellis. *290* subita sparsura. *(338?). 476* spatia procedere. *similia: 1, 521. 565. 2, 339. 366. 378. 427. 437. 451. 609. 3, 33. 34. 204. 256. 396. 525. 553. 562. 566. 580. 595. 597. 622. 624. 665. 737. sat. 137. 315. IV 17. 51. V 266. 309* ingruerē ‖ fremitusque darē ‖ procul orĕ cruento. *VI 64. VII 43. VIII 2. 85. 94. 95. 195. 280. 299. 330. (483?). IX 129. X 400. 461. 512. Or. 87. 102. 213. 288. 393. 553. 656. 717. 786. 939. 972. ros. 3. incidit haec productio saepe in caesuras, nec tamen semper; vocalis producta saepe est ultima longioris vocabuli, tamen saepe etiam pyrrhichii* (ope, aqua, fera, ego, mea, tua, sua, sine, dare, pia, dea) *vel trochaei* (luna, vota, sancta, nostra, vita, turba, zona, culpa, facta, ora, terra).

vocalis in thesi item ante duas consonas: 1, 1 placidumvē scire. *134* quantā spes. *289* missurā flatibus. *524* venturā scire. *696* nullā traxit. *cf. 592* repetendō spiritus.

Eugenii artis inertis est omnis generis vocales finales producere (quam licentiam esse natam ex illo ante duas consonas usu conicio): exempla sint c. praef. 14 sermonē pollens. *c. 1, 12* invidiā luxus. *1, 15* nil turpē cupiam. *6, 12* eccē. *talia iste etiam obtrusit Dracontio suo, ex. gr. hex. 17* vitā. *11* mediā. *46* incultā *etc.*

Dracontius non ausus est nisi haec: 2, 11 partita cum fratre vice (-ces *trad.*). *Or. (359 correctum). Or. 926* si ulciscenda reā genetrix. *et bis in* ego: *VIII 522. X 251; praeterea in medio pentametro: sat. 160* impunē. *262* servarē.

syllaba clausa producitur in arsi (in caesura): Drac. 1, 167 prodit ‖ ⟨it⟩. *737* decrescente *(possis* -ti*)* ‖ decrescet. *2, 273* agit ‖ ignarus (ranus *trad.*). *573* expensūs obiit ‖. *657* datur ‖ et *(cf. 1, 293* deus ‖ et. *IX 206* cupit ‖ et. *X 503* mittis ‖ et. *Or. 66* amor, [s]et. *405* licet ‖ et. *substitui* vel *non probo; v. s. v.* vel*). III 13* et limūs obducit; ager. *V 35* Gothus ‖ Alamannus. *VI 60* Risus, ‖ Amplexibus. *X 139* dum precibūs elementa quatit. *519* uritur ingratus ‖ usta. *Or. 197* quidquid agis, inpune geris. *784* chaos, ‖ elementa. *in medio pentametro; sat. 80* vicibus. *140* fuerit. *apud Eugenium talia passim.*

in thesi Or. 196 Menelaūs alter Atrides *in versu centonario.*

legitima est (h. e. potest, non debet fieri) haec productio in arsi vel apud Dracontium ante h *initialem (saepissime ante* hic haec *similia): 1, 186* arboreus hinc inde chorus. *247* est croceūs his pluma colōr, has aureus ornat. *252* est unūs his pluma colōr, has discolor ornat. *428* proptēr hominem. *sic etiam: 471. 519. 524. 557. 617. 693. 2, 95. 257. 284. 371. 472* quĭd homines. *506. 618. 664. 719. 3, 49. 147. 215* sĕd hic. *251. 268. 343. 421. 628. sat. 13. 62* ŭt habeant. *92. 166. 185. 191. [207]. 252* habĕt hiemes. *305. II 45* ăt his. *97. V (50?). 136. 167. 182. 206 bis. VI 55. 108* sĕd hoc. *VIII 37. 189. 201* nĕc hoc. *290. 338. 608. IX 69.* quĭs hostis. *102. 160. 173. 212. 217. 223. X 141. 303. 494. Or. 307. 457* pĕr haec. *511. 660. 944. Eug. passim.*

eadem productio ante h *vel in thesi conceditur, rarius tamen multo: 3, 674* cum pius indulges (-ens *vel* e *trad.*) ēt haec (me *C*) ad gaudia transfers. *sat. 135* dāt hóstibus hostis. *V 60* nēc ⟨haéc⟩. *93* sūb hóste. *IX 89* āt híc. *Or. 740* pēr haéc.

vitia prosodiaca: cf. Consent. gramm. V 392, 3: fit barbarismus per adiectionem temporis, ut quidam dicunt 'pĭper' producta priore syllaba, cum sit brevis, quod vitium Afrorum familiare est. *item 12: per detractionem* temporis, ut si quis dicat 'ŏrator' correpta priore syllaba, quod ipsum vitium Afrorum speciale est. *similia sunt apud Dracontium:*

producta: pēnes *1, 567. 2, 603. [3, 234* māgum*?, at 5es recte* măgus, măga*].* pāter *I 12 (saepe recte).* stātim *Or. 708.* Initium *1, 133, 2, 526.* decōrat *1, 250 (at Or. 332* decŏrantur*).* exēdat *1, 504,* ēdere *VIII 413.* praedĭcant *1, 528 (sic B),* praedĭcante *3, 637.* abdĭcor *VIII 96,* abdĭcas *IX 29.* visĭbile *2, 27.* insĭdet *2, 41,* insĭdens *1, 260.* ōdia *3, 422, Or. 546.* inpunĭtates *3, 659.* repūdia *X 297.* turĭbula *Or. 52.* prōfĭtente *Or. 411.* exĭmeret *Or. 572.* fămilia *Or. 656 (semper recte* fămul-*).* domicĭlia *mens. 13. graeca:* thrōnus *2, 150, 210.* xēnia *2, 778.* schōlasticus *VI 41. in his insunt quae propter tres breves syllabas in versum non intrabant; alia cum similibus confusa sunt ut* decorat, edere, -dicare, -sidere. *praeterea:* ariētis *2, 457,* ariētem *3, 116, et saepius* muliēris, -re, -rem, -ribus *(v. ind.).* quōque *(fortasse ob* qv *productum ut VI 50* utrā(que) *quinquies, semel* quŏque *(v. ind.).* prōpitius *sat. 14.* prōfĭtente *Or. 411.* ōmissis *Or. 90.* rēpértor *2, 361.* rēpérdere *Or. 179.* rēcérpite *Or. 397 (in his verbis acuitur vis praepositionis),* rēgréssus *Or. 506. insolitum etiam 2, 730* arbĭtretur *(cf. Or. 940* arbitri *in B).*

nomina propria: Danĭēlem, *[non* Dĭone *II 119],* Hēcuba *semper,* Hĕlena *et* Hĕlenam, Holōfernem, Ĭphĭgenĭam *et* Ĭphĭgēnĭa, Leonĭdae, Lȳcastum, Năĭdis *et* Năĭdas, Nūmantini, Ōreadas, Perdĭca, Phrȳgius, Polydāmăs, Polyxēne, Pȳlădes, Romulĭdas, Sīmona, Stĕphanus *et* Stĕphanó, Tĭtus.

correpta: natăbunda (vagăbunda *Eug.*) *1, 259.* anhĕlantis *2, 91.* adhĕrent *2, 408.* ferĭturus *3, 106.* adŏrande *2, 204,* adŏrare *3, 528 (saepe recte).* volŭntate *VII 82 (recte 3, 683).* cŏpulate *1, 407,* cŏpuletur *VII 36.* nĭtitŭr *V 25.* tăbidús *VII 72.* vĕniat *IX 216.* vĕniens *IX 219.* ălitém *X 109 (passim recte).* lăbuntur *2, 40 (recte Or. 404* lābentibus*).* tăbescens *IV 31 (recte semper* tabes*).* flăbello *VII 30, 3, 686.* ăverrunces *VIII 478.* mĭtescit *X 334 (at mens. 21* mĭtescit *et passim* mĭtis*).* *X 327* ăiebat. rēpit *1, 288, X 491 (cf.* subripio *in ind. verb.).* frĕnos *2, 436 (recte VII 83).* părent *2, 742.* plăcet *3, 34 (bis recte).* pĭcus *sat. 268.* ămens *VIII 574.* dĕmus, dĕtur *v. ind. s. v.* do. immŏbilisque *3, 6 (recte 1, 197).* vĭbĭces *2, 487.* prodŭcat *V 38 (passim recte).* idŏla *sat. 96, 2, 589.* cornipĕs *1, 58.* quamvĭs *2, 787, VIII 603.* impăr *VIII 213.* venustăs *X 53.* senectŭs *sat. 224.* septiĕs *3, 617.* mercĕs *VI 56.* ăer *2, 34 (alias recte).* fĭant *2, 196.* fĭat *3, 140 (at 2, 515* fĭunt*).* intrŏ *2, 85.* echŏ *3, 683.* posteă *2, 306. semper abl. ger. in* -dŏ *(tantum 1, 592* -dō *ante* sp-*).* hŏc *2, 306.*

insunt etiam in his quae confundendis similibus peccata sunt (niti, nitere; veneo, venio; labi, labare; flabellum, flagellum *alia*), *plura recte ad scabram pronuntiationem Afri referes.*

nomina propria: Admētus, Aeētis, Ĕolus *sed* Aeolius *recte,* Ĕgistus *et* Ĕgisteus *semper,* Clŏthŏ *(?),* Ĕous *bis,* Ĭphĭgenĭam *et* Ĭphĭgēnia, Ĭsac *et* Īsac, Lăocon *bis,* Mīnos, Musăgenes, Năĭdis *et* Nāĭdas, Optătianus *(?),* Pegasĕus, Phoenĭcis, Trŏilus *semel, quinquies recte,* Vergĭnia *(lusus cum* virgineus*).* Agamemnŏn, Iasŏn *ter (reliqua exempla in sexto pede);* Chrysēs, Eteoclēs, Orestēs *(Or. 708),* Polynicēs *(X 586),* Pyladēs *passim (semel ante consonam),* Polydāmās; Davĭd *bis* (Davĭd *Eug.*), Iudĭth.

in Merobaude solum notandum: poet. 161 rāta fides *(v. ind. verb. s. v.* reor*).*

ex Eugenio compono haec:

correpta: c. 1, 8 sŏbrium *(3, 6* sŏbria . . . ēbria; *6, 11* ēbrie*). 1, 16* desĭderet. *2, 5* praecavĕ. *3, 9* mŏmentis. *6, 10* semilătratum. *8, 7* psaltĕrium. *8, 9* Maccabaĕorum. *8, 19* Iacŭbus. *8, 36* adquĭriturque. *21, 23* sacerdŏtii. *27, 5* Nicolăus. *38, 1* plăga. *45, 1* alcyŏn. *51, 1* ēchenāis. *89, 1* fĭes. *hex. 141* vagăbunda.

producta: c. 7, 1 dāpe. *8, 26* Iōhannis *(etiam* Iŏh-*). 9, 7* Encrātia. *9, 15* Euōdius. *12, 7* mānet. *14, 33* lūtulenta. *21, 18* Grēgorius. *26, 9* Reccĭberga. *29, 9* sērente. *40, 6* Gōtus. *41, 1* rūgitum *(cf. 20, 51* rúgiámus*).* *43, 4* fēmora. *51, 1* ēchenāis. *75, 3* praenĭtent *(?). hex. 146* glōbis, *372* mallsvada. *c. 14, 51* multāque. *15, 1* gratāque. *69, 3* mutilāque. *101, 21* piceāque. *c. 20, 27* dēest quí. *hex. praef. metr. 8* dēin prostratus. *monost. 29* dēindé.

ex appendice notanda haec: 1, 2 iūgiter *(3, 2). 2, 3* mānantes. *7, 3* nūgacem. *11, 6* purpură *abl. 12, 2* clanculŏ. *20, 11* eccllēsia *(21, 1). 21, 4* sacerdŏtii. *22, 6* fĭat. *23, 2* hĕresis. *23, 5* ŭsuris. *24, 6* Antŏnii. *24, 8* extrăneum. *25, 5* censŏribus . . . obĕdiant. *28, 2* brablum. *48, 2* possidĕ. *48, 5* tertiŏ. *48, 6* aera nŏnăgesimă nona. *49, 8* hac . . . formă. *6, 4* ōdia *(15, 6). 10, 3* fāmis. *12, 3* tīnea. *20, 24* nātāns. *20, 26* tōnítrua. *20, 27* nēbula. *23, 2* Sīmoniāca. *25, 5* ōbĕdiant.

notanda varia:

monosyllaba in fine hexametri (nusquam in Mer.): Drac. 1, 429 non vult. *2, 143* sed ut quid. *183* quod sunt. *202* cum tu. *245* quae res. *352* in se *(3, 52. 740* in te*). 594* et spes *(sat. 1). 742* quae sunt. *3, 3* et fons. *158* res est. *223* et dux. *340* non est *(VIII 51. IX 55. Or. 708). 533* in quem. *535* nil dant. *537* hoc est. *568* vox sit. *596* non me. *616* ut sit. *sat. 189* post me. *V 16* mens est *(VIII 37). VI 109* et plus. *X 231* non es. *Or. 470* est mors. *441* de se. *773* hoc fit. *audaciora: 2, 206* erit iam. *328* agit rem *(Verg. Stat.). 616* fide, spe. *3, 92* amor sit. *sat. 107* reus sum. *195* pius sit. *II 150* Herculeas spes. *in quadratis: I 12* canendus es. *20* gerendus est. *coniectura nititur I 6* iumenta, tunc.

vocabula longiora (nullum apud Mer.): 2, 759 non inhiarit. *3, 91* mens veneretur. *VI 97* Maximianas. *VII 109* Optatianus. *VI 103* Rufinianus *(bene* fratres *in medio versu addidit Bährens).*

tmesis: Drac. 1, 542 sq. inter- | est.

versus hypermetri: 1, 273 iuvencique | et *(vide tamen notam). X 212* pellis (in) aurata | inminet.

non vitat Drac. ne in finibus versuum inter se proximorum recurrant eadem vel similia vocabula: velut 2, 321 sq. feriret . . . ferire. *3, 21. 22. 23* omni. *452 sq.* omnibus unus. *V 172* egentem . . . *173* egenus . . . *174* egestas. *VI 87* egentes . . . *88* egenos. *119* celebrant . . . *121* celebrent. *IX 49* triumphos . . . *50* triumphas. *129* ad urnam . . . *131* ad urnam. *Or. 171* salutis . . . *172* salutem. *343 et 346* morte periret. *cf. etiam lusus 3, 87 sqq.*

totos versus repetit plane eosdem vel lenissime mutatos: 2, 42 = Or. 558. sat. 143 = VIII 360. sat. 162 = ros. 6. VIII 110 fere = Or. 671. X 246 fere *= Or. 881.*

Eugenii artificia:

pentametri quales praef. c. 4 non pavet Eugenius, non pavet Eugenius *leguntur etiam 33, 18. 97, 20.*

disticha epanalemptica: c. 4, 11 sq. 9, 21 sq., 10, 1—10. 22, 27—30. 25, 9—10. 29 totum. 36, 9—10. cf. 97, 23 sq. 21, 29 sq.

versus 'diruptí': c. 70 cf. nota ad c. 70, 10, in qua addas Porph. ad Hor. epist. 2, 2, 93.

variatio metrorum in uno carmine: disticha et hexametri ita ut hexametri inserviant enumerationi c. 8. varia cola inter disticha c. 9, 15—20 ut recte enumerentur nomina martyrum. disticha, trimetrorum quinorum strophae, disticha, sapphica c. 14.

acrosticha et telesticha: c. 16. 28; hymnus abecedarius c. 20.

conspectus metrorum praeter heroicos et disticha dactylica: Phalaecii: Mer. c. 4. Eug. c. 9, 18.

trochaici tetrametri catalectici: Drac. I. Eug. c. 5 (trini versus in stropham ligantur cf. Prud. cath. 9. perist. 1). 39. 77. 89, 5.

iambici senarii Eug. c. 14, 7—36 (strophae quinorum versuum ut Prud. cath. 7 perist. 10). 20 (strophae ternorum cum recurrente adonio).

systema Sapphicum: Eug. c. 14, 81—100. 17. 101.

distichon ex hexametro et senario: Eug. c. 66.

disticha ex hexametris et colis iambicis vel trochaicis: Eug. c. 86—88.

versus unus tribus ionicis a minore compositus Eug. c. 79.

cola: alcmanicum Eug. c. 9, 15, 17.

ithyphallicum: Eug. c. 9, 15. 16. 17. 20.

iambicum penthemimeres: Eug. c. 9, 16.

trochaicum dimetrum non catalectum: Eug. c. 9, 20.

IV. INDEX REI ORTHOGRAPHICAE.

I. de Merobaudis codice S. Galli 908 saec. V—VI.

scriptus est litteris uncialibus, quarum per omnia folia est miranda pulcritudo et aequalitas. p. 273 inspici potest apud Zangemeister-Wattenbach, exempla cod. Lat. tab. 51. notis non utitur scriba nisi quod B· *et* Q· *semper dat pro* bus *et* que *(semel* usque *plene atque id in correctione paneg. pros. 2 B 7), semel scripsit* reip. *pros. 2 B 18, hic illic sed tantum in versuum finibus* ⁻ *conspicitur loco* M; *raro, dumtaxat ubi verebatur ne spatium versui deesset conectebat litteras velut* ae *c. 3, 7, paneg. poet. 184, vel* re *paneg. poet. 183,* nt *paneg. poet. 107. 178. 187, vel* (ur)h(os)tis *paneg. poet. 188, interdum pingebat* S *graciliorem solito ut paneg. poet. 131. 174. 191. 194. codicem qui scripsit ipse (sic mihi videbatur) postea ad exemplum suum correxit non ita paucis locis atque etiam verba omnino omissa supplevit. quae correctiones ad unam omnes verum restituunt, sunt hae:*

carm. 1, 1 concordiaė
11 placidȧ
15 dicas *superscriptum*
aemonio *in hoc versu expunctum, insequenti additum*
4, 17 re^{g}rum
40 prolis *corr. in* -les (⊨)
41 hi^{o}c
pan. pros. 1 A 16 ciu^{b}ile
1 B 11 sȧlu^{e}britas
II A 5 euexit ^{intellexit}enim
8 tibiȧ
10 pre^{a}mi
20 ^{x}estra
2 B 1 enorme^{i}s
8 totus archetypi versus omissus et inter lineas additus
11 regeẋ | exierat
24 subi^{to}calcata
pan. poet. 17 ^{scen}condens ȧṗėṙ ardua
51 despicimu^{r}s
56 pa^{u}rens
61 puppe *corr. in* rupe
91 discri^{in}me
100 insania
101 curůis
104 ce^{a}debant
108 $^{s\ d\ t}$repperiere
sen^{ten}tia
110 studiisq̇· iuuȧ^{i}tq·
122 repitatis
131 rataṡfides
155 natur^{m}a
162 uertix *corr. in* -ex (⊨)
manib$^{q\cdot}$· et
165 gadit *corr. in* cadit
170 uiȧṡ
178 te)^{l}ra
186 ^{ed}sůb

vitia non correcta sunt duo: c. 1, 21 uagitum *pro* uagitu; *4, 13* et *pro* est, *cf. etiam poet. 27* proprioribus.

orthographia utitur librarius plerumque optima, neque tamen ubique sibi constat. adpono notabilia:

e ae: *c. 2, 4* aetheris *(4, 4 poet. 2). 3, 7* achaemeniae *et passim similia, at pros. 1 A 12* lacaedemoniorum, *poet. 9* saeuo, *96* saeui, *at 4* seui; *cf. pros. 2 A 10* pre^{a}mium, *8* praemia.

ad aspirationem: c. 2, 3 foebi *(at poet. 93* phoebo*), 4, 3* inchoatus, *4, 9* tybris *(at poet. 7* thybrin*), 1, 16* tethidos *(at 4, 19* thetis*), pros. 2 A 23* triumfum, *poet. 99* triumfis *(at poet. 32* triumphales, *46* triumphorum*), poet. 38* rifaeis, *60* rifaei, *82* calybem, *124* lymfis, *56* fasiaco, *75* faretras *(80. 136), 127* scyticis *(at* scyth- *poet. 23. 33. 75), cf. etiam c. 2, 1* pulchram, *pros. 2 A 22* thracia, *2 B 11* gothorum, *poet. 5* rhenus, *16* tyrrhenis, *59* zephyris; *semel peccatum est in verborum initiis c. 1, 16* aemonio, *at recte scripta legimus c. 3, 4* hiemem, *4, 8* hederae, *4, 21* anhela, *poet. 119* heros, *94* honos *pros. 2 B 24* horrore, *65* ora *(121), 105* orbis *et similia, quare non probabilis est Heinrichii coniectura, qua poet. 107* habet *intellegi vult* avet. *recte etiam poet. 158* cohors. *alius generis est pros. 1 A 5* hii *pro* hi, *non pro* ii.

y *servatum: c. 1, 20* mystica, *2, 7* crystalla, *4, 20* stygos, *4, 9* tybris *(poet. 7* thybrin*), poet. 59* zephyris, *82* calybem, *124* lymfis, *127* scyticis (scyth- *23. 33. 75*), *16* tyrrhenis. *utrum 158* clypeis *an* clipeis *fuerit in codice, non constat; legi autem 4, 41* inclyto, *ubi Bücheler sibi visus est cernere* inclito.

de compositis: 2, 34 adtulit, *pros. 1 A 19* adparatus, *poet. 9* adsueta, *29* adnumerare, *pros. 2 A 1* adscivit, *at pros. 1 B 6* accommodatior, *poet. 43* accita; *pros. 1 B 11* conloquiis, *2 A 9* conlata, *2 B 22* conpressit, *poet. 26* conpleuerat,

191 conprimit; *at pros. 2 A 1* collegium, *c. 3, 3* commune *(pros. 1 A 21. 2 A 10), pros. 2 B 12* comperit, *poet. 11* committere; *c. 1, 8* exul; *pros. 2 B 19* improvisus, *1 A 21* inmerito, *2 B 9* inlabitur, *poet. 36* inpedit, *72* inmensa, *at pros. 1 B 22* impleat, *poet. 126* imbuit, *131* impiger, *164* immite.

de consonis singula: pros. 1 A 11 adq', *at 1 B 5* atq' *(poet. 86); pros. 2 B 16* inquid, *at 2 B 11* inquit; *poet. 93* (n)eclecto; *c. 1, 12* larisa, *poet. 25* elissaei; *poet. praef.* litterae.

pronuntiationem sequitur scriptura c. 1, 15 peli *pro* Pelei.

II. ex codicibus Draconti et Eugeni.

praemoneo me omisisse quidquid in conlationibus non bonis dubium esse videbatur. mere orthographicis addidi ea vitia ex quibus de litterarum in archetypis formis aliquid conicere liceat.

Eugeni codices visigothici et cognati

(cf. Traube PMA III p. 791sqq.) Ausonius, ed. Schenkl p. XXXIII not. 22.

M(atrit. 14, 22 saec. IX—X; de huius codicis orthographia comparanda sunt quae in editione Corippi p. LIV sq. composuit Partsch), F (Paris. 8093 saec. IX (= G), quibus cum adnoto ubi consentiant PLQ), A (Legion. frg. 8 saec. X), L (Legion. 22 saec. X), E(scorial. d I 1 saec. XI), M(atrit. Cogolla 1 saec. XII/XIII).

aphaeresis: stud *L p. 283,23.* sti *L p. 285,27.* pse *L p. 284,37.*

aspiratio:

h *male omissa:*
aberetur, aberis, abens, abet, abenda *tales formae verbi* habere *passim.*
abitum *M Eug. c. app. 5, 5.*
ac *G Eug. hex. 23, MLQ 241, MF sat. 161;* actenus *MF praef. pros. 5;* as *F hex. 130, MF*[1] *134;* aec *F hex. 462, etiam* ec *M 554, F*[1] *sat. 142. 149. 174 monost. 34, M Eug. c. 8, 38, F 9, 21. 22; cf.* et *pro* haec *M hex. 462 sat. 149;* ex comite *pro* haec comitem *M sat. 174;* e *(= hae) F hex. 129* (Hee *LQ).*
erens *(i. haerens) F hex. 143.*
amos *MF hex. 389.*
arenas *F hex. 41;* arena *F 189* (har- *PLQ).*
ausit *M Eug. c. app. 3, 6;* austus *MFLQ hex. 474.*
aut *L p. 283, 19.*
ebescunt (ab- *A*) *AMF Eug. c. 14, 14.*
ec *v.* aec.
eptametron *F* (epitameron *L,* ebtametron *Mon.*) *c. 37 tit.*
erba *passim;* erbosi *M Eug. c. 34, 1.*
erili *F*[1] *monost. 34.*
eroicum *passim in titulis A.*
exerna *(i. hesterna) M hex. 306.*
eu *F*[1] *hex. 353. sat. 40.*
iacin(tus) *MFPLQ hex. 132.*
ibernum *L c. 45, 1.*
ic *F*[1] *sat. 145;* inc *M* (hinc *F*) *hex. 69. 381. c. 8, 4 (bis); cf. M c. 61, 1* calidos hi *pro calido si, F c. 97, 8* incque *pro* inque; is *F*[1] *hex. 130. 288.*
iems *F hex. 392;* iemis *F 595.*
ians *M hex. 171 (at* hians *M 520); cf.* ians *B Drac. 1, 287 et* reptantia *F hex. 520 pro* reptat hians.
ircino *L c. 62, 2;* ircus *L 41, 6;* irco *A 42, 4. L 89, 3.*
irundo *MF hex. 409. M c. 33, 11.*
oc . . . oc *F*[1] *sat. 82;* os *M hex. 378, c. app. 24, 3 L p. 285, 9.*
omerus *F praef. poet. 20.*
omo, om̃is, ominum *sim. passim in FP; cf.* uno *pro* homo *M sat. 132,* modo *pro* homo *F sat. 86.*
onore *M hex. 206 c. 29, 3 FP sat. 154;* onoris *F*[1] *sat. 138. 153;* onestus, onestas *passim in MF; cf.* onus *i.* honos *FP hex. 53,* omne conus (omne onus *LQ*) *pro* omnis honos *F hex. 81;* mores *pro* honores *M sat. 153.*
oris *FPQ*[1] *hex. 596;* ore *A,* orae *F* (hore *PCTR*) *c. 3, 9.*
orret *FP hex. 45;* orrendum *FP 421;* orridus *FP sat. 113;* orrens *FA c. 3, 3;* orrende *FP 14, 98;* orrendo *M 17, 5.*
ortus *sim. passim in MFP* (hortus *F hex. 66 initiali* h).
ospes *AL c. 46, 2;* ospita *AL 46, 3.*
ostis *sim. passim AMF; cf.* ortivi *(i. hosti) F sat. 151;* onestis *(i. hostis) F sat. 152.*
unc *F*[1] *hex. 560.*
umanis *F*[1] *hex. 462. 480.*
umus, umilis, umilitas *passim in FM (at* humus *F hex. 60).*

aborret *L c. 41, 12 p. 285, 36.*
aduc *M*[1] *hex. 221;* exinc *(cf.* exin *P) F 551.*
anelus, anelo, anelitus *(MFP c. 6, 16) passim in AMFPL (at* anhelant *M hex. 146).*
exausta *F hex. 535;* inexaustum *AMF c. 9, 9.*
exibet *M hex. 140;* quoibetur *(i. cohibetur) F 429;* peribetur *M c. 83, 1;* proibente *F 273;* proibere *FM c. 83, 2 bis;* adibeas *L p. 284, 29;* exibiles *E p. 286, 24.*
inonesta *F sat. 15.*
trait *F hex. 459, M c. 31, 3, F 96, 1;* traunt *F 484;* trao *MF c. 13, 2;* traens *ML 52, 2;* detrait *ML 89, 2.*

carta *FP c. 99, 2;* cartis *M app. 9, 6.*
celidrum *AF (chel- PTRC) c. 4, 1.*
corus *M app. 20, 9.*
crisma *L semper in epist. 1 et 2;* cristo *M hex. 463, c. 36, 12;* cristum *M 63, 2.*
talamum *AML c. 47, 2;* talam- *semper M app. 29 sqq.*
tesauris *F hex. 588.*
tronum *AMFP c. 14, 56;* trono *M app. 24, 4;* altitroni *AMFP c. 14, 53.*
aristarcus *F praef. poet. 22.*
bracia *M c. 43, 3.*
concula *MFP sat. 68.*
debaccare *M c. app. 20, 4.*
disticon *M passim in titulis;* monostica *M* (monast-) *F c. 38 tit.*
macina *F hex. 230;* macine *M c. 43, 1.*
monacis *AMF c. 12, 8 M app. 24 tit.;* monaci *M 17, 7.*
